


SVETONIVS

Suetonius

# Cōmentationes condite a Philippo Beroaldo adiecta paraphrastica. M. Ant. Sabellici interpretatione in Suetonium Tranquillum additis q̄ plurimis annotamētis, quæ ut facilius cognoscantur Asterisco * notauimus.

Eiusdem Philippi Beroaldi uita per Barptolemæum Blanchinum composita.






BIBLIOPOLA CANDIDO LECTORI.

Facturus certe preciū operæ Candidissime lector, si nullas præter hasce, in Suetonium Tranquillum Hystoricorum facile principem, commentationes adamussim exactaq; diligentia excusas emeris. Tanta enim cura castigationeq; alias hactenus impressas, uel albis quadrigis praecedunt, ut etiā Momo satisfacere possent. Quod si ipse tu operi nostro album (ut dicūt) calculum adieceris, nō secus ac ego dixi, esse: haud dubie adfirmaueris. Quocirca si admonitioni nostrę purgatas præbueris aures, neq; siueris me Hylam inclamitare, hortaberis pfecto me tanq̄ Lydū in planiciem, ad pleraq; alia studiosę iuuentuti non parum utilia, coimprimēda. Sed ne extra oleas ferar assē paracletaberis. Neq; pati uelis hoc, quicquid est operis, tanq̄ Sardum foro superesse. Vale.

I. k.

Venundantur Parrhisiis sub intersignio trium Coronarum foelicis Colonię Agrippinę In uico diui Iacobi.

Ioannes Kierhèrus Sletstattinus Nobili Claroq; Viro Leutholdo de Sala Amico admodum singulari. S. D.

CVm nuper imprimendi essent Duodecim illi Suetonii Tranquilli Cesares, duobus nõ parum doctis commentariis tanq̃ litterariis paludamentis (vt ita dicam) uestitissimi. Ex multis aliis tu precipue Nobilissime Leutholde mihi in mentem uenisti sub cuius clarissimo nomine tam eminentissimum opus, quamuis & antea sepius, nunq̃ tamen emendatius auctiusq; & uenustius, uel merito in lucem ederetur. Cui enim per deum immortalem rectius ueriusq; dicarentur nuncuparenturq; nobilissimi Cæsares: q̃ tibi uiro nõ obscuro loco nato: utpote qui ab illis maioribus oriundus sis: qui non parum glorie auctoritatisq; rebus strenue gestis rei militari contulere. Qua in re cum & ipse tu non nihil excellere: membrorũ firmitudine, procera corporis statura, ingeniiq; sagacitate, potuisses: maluisti tamẽ (meliore numine ductus) Mineruæ q̃ Marti: Toge q̃ armis operam nauare. Que res tibi apud tuos laudem, apud exteros gloriam, apud eruditos sempiternã memoriã paritura est: nisi bene ceptis uite tue institutis, malum (quod absit) finem prestiteris. Quod nunq̃ committes si parentum tuorum uestigiis inniti uolueris. Fortes enim ut Flaccus ait fortibus creantur & bonis, est in iuuencis est in equis patrum uirtus, nec imbellem feroces progenerant aquile columbam Idq; tanto minus de te uereor: qui ad omnes bonas maximeq; politiores litteras natura es promptissimus. Quarũ precipue gratia dulcem linquens patriam charosq; parentes: ex penitissimis Germanie locis in Galliã usq; profectus es, meliores disciplinas tecum in patriam allaturus. Cumq; abunde satis tibi adessent ea, quibus corporis bona fluxa illa & caduca tutari posses: pretulisti tamen (diis auctoribus) animi bona cultumq; mentis illum perpetuum, in aliud etiam seculum duraturũ. Illud Flacci mire memoria tenẽs Doctrinam scilicet uim promouere insitã: rectosq; cultus pectora roborare: culpasq; bene nata dedecorare. Quod postremum ita uelim menti tue Leutholde nobilissime hereret, ut tibi id preter mortem adimeret nemo. Tanti enim est (si bene consyderes) ut hoc uel solum te fœlicem reddere possit Sed de hoc satis. Tue deniq; partes erunt ceterorũq; ita Tranquilli Cesarũ uitas legere, ut ea que uirtutis sint seruetis uobisq; aptetis noxia uero uiciosaq; tãq̃ mera toxica relinquatis. Quod si feceritis, tum demum uerum lectionis uestre fructum adepti gaudebitis. Bene Vale meq; tibi commendatum habeto. Ex Lutecia Anno a partu uirgineo duodecimo supra millesimũ & quingentesimum.

Ad Indytũ Hannibalẽ Bentiuolũ Illustrissimi Io. secundi Benti. filiũ. Philippi Beroaldi. Bononiensis epistola.

Clarissimi philosophiæ cõditores / Inclyte Hannibal Bẽtiuole / humanã felicitatẽ ex animi corpisq; ac externis
bonis metiũtur: beatitudinẽq; statũ bonorũ oim cõgregatiõe pfectũ esse diffiniũt: q & singilatim & in uniuersũ cõ
templanti mihi liqt illustrissimũ patrẽ tuũ: absit inuidia uerbo: esse felicissimũ. in quo & naturæ dotes & fortunæ
bona cumulari pgesta pspiciũtur. Nãq; prudẽtia: q ars uitæ ẽ: ppe singulari psilioq; presentissimo pcellẽs / rei pub.
bononiensis habenas iã multos annos adeo callẽter regit. adeo sapienter moderatur: ut nullius ciuitatis status sit
fortunacior. ut illo gubernãte male uehi neqamus: ut illo clauũ regẽte nulla pcella: nullus turbo sit bononiẽsi cym
bæ ptimescẽdus. Ad hæc decor formæ. cõpactio firma membrorũ: succulenta pceritas: dignitas oris: suffl aua cæ
saries lõge lateq; principẽ ostentãt: & amabili q̃si q̃dã maiestate cõdecorant: breuiterq; primigenia naturæ q̃ uo
cant. in eo uno absoluta idẽtidẽ cũ uoluptaria admiratione suspicimus. De fortuna uero: q̃ ut non inscite autumat
Theophrastus uitam regit: ẽ: ut inqt captiuus plautinus: hũana fingit arctatq; ut lubet: & si timide cauteq; dicẽdũ
est: dicam tñ: clarissimum patrem tuum ab ea tã molliter foueri tm indulgenter hilarari: ut fortunæ uel partus uel
alũnus merito uideri possit. L. sylla apud Romanos felicis sibi cognomẽ adoptauit. Timotheus apd' græcos euty
ches. i. fortunatus impator dicebat. Maximus uero pater tuus. nũq̃ a me sine honoris prefatiõe noiandus re nõ uer
bo est &. L. sylla felicior: & timotheo fortunacior: cuius ut opes: affinitates: clientelas: potẽtiã auctoritatẽ: gloriã: cæ Sylla foelix
teraq; id genus omittã: nõne illa uel sũma felicitas est: qd' rei. pu. bononiensis animus est / illa corpus ipsius: quod Timotheus
ab eius uita uelut a filo pendet salus uniuersæ ciuitatis. qd' a capite nõ possũt mẽbra diuelli citra pniciẽ: qd' nomẽ fortunatus
bẽtiuolorũ nõ minus amabile est apd' ciues tuos: q̃ olim apd' romanos antoninorũ. soleo eqdẽ ferrata bẽtiuolæ gẽ
tis insignia nõ incõcinniter opinor herbã parietariã nũcupare. ex eo qd' in oibus parietibus. in oi structura parieta
ria. in oibus tam publicis: quã priuatis edificiis sculpta celata: picta cõspiciũtur: adeoq; simulachra ferrulata intra
oim edes fauorabiliter correpserũt / ut pene simillimus sacrilego iudicet: q domi uelut in larario nõ habuerit effi
giẽ ferræ pnitẽtis: cuius nomẽ adeo frequẽs adeo plausibile est: ut quotidianis acclamationibus in ore uulgi fauẽti
audiatur: magnũ prsus fortunæ florẽtis indiciũ. illd' uero quale est q̃tũq; specimẽ raræ felicitatis: qd' sũmates infi
matesq;: qd' ois ordo / ois etas / splẽdidissimũ prẽz tuũ certatĩ affectãtur / psequũturq; / Matutini post meridianiq;
deductores reductoresq; haud dubie officiosissimi. qd multa: hoc columẽ est / hec nostrorũ fultura municipũ. ad
hunc oẽs dirigimur. ad hũc puertimur. sub huius nutu regitur uita nostrarũ. Nec id immerito: refertur eñ ab illo
nobis gratia plixior. Nanq; qd' cũ dignitate ociamur: quod festa pace gaudemus: qd' longa felicitate florescimus:
quod opulẽtiis affatim suffarcinati uitã degimus beatã / omnia deniq; bona: quibus iã multos annos pfruimur:
si benigni ratiocinatores esse uoluerimus: tam beniuolẽtissimo patri tuo accepta referemus: q optimi status auctor
qui florentis rei pu. tutor: q dulcissimæ libertatis conseruator existit. Olim Titus flaminius græciæ soter ob salutẽ Soter.
libertatẽq; pbitã uocabulo græco est appellatus. quid uetat & hũc nostrũ Bononiæ sotera nũcupari / q salutẽ no
bis libertatẽq; dedit & quot diebus dat: qui patriæ est exornator amplificator. illustrator. Istã ei urbẽ edificiis uel
nouis uel refectis excoluit: adeo ut gloriari possit se latericiam fornicatã exornatã relinqre: quam ligneã luteãq; ac
carie uetustatis inualidã acceperit. hoc auctore: qd' nemo nõ nouit: Bononia exuto senio iuuenescit. & deterso situ Bononiæ
recentatur: magisq; ac magis in dies excolitur: adeo ut q̃ prius neq; eñ diffitebor: sordida taberna uidebatur: nũc in laus.
ter pulcherrimas italiæ ciuitates percenseatur. & cũ felicitas principũ maxima sit posse facere felicem: felicissimus
est pater tuus: qui nos omnis facit felices ac fortunatos: quo incolume incolumes: quo felice felices nõ esse nõ pos
simus. E cõtrario cũ felicitatis pedissequa sit superbia: sPe minissimus est comissimusq;: Ad quem ita faciles aditus
sũt: ita libera alloquendi facultas: ut sũmi i infimi seniores iuniores indiscriminatim adeũtes admittantur statim: &
statim dimittantur. mira prsus in principe aurium patientia: qui in audiendis oiu desideriis adeo expositus adeo
obuius est: ut qui dignitate sũmus est: is facilitate infimus uideatur. Idem in cõponẽdis litibus / ac controuersiis in
ter ciues æquissimus disceptator. in sedandis simultatibus ac reconcilianda gratia optimus pacificator. ex quo fit
ut cuncti ueluti parentẽ publicũ ueneremur: & q uera felicitas est dignũ felicitate censeamus. Cæterũ cũ beatitas
mortaliũ mutila ac manca sine liberis a conditore pipateticæ sectæ nobilissimo iudicet: in hoc quoq; felicitas am Beatitas si
plissimi parẽtis tui sit cumulatissima: qui uel sola sobole: q̃ illi non minus generosa est q̃ numerosa. põt uideri bea ne liberis
tissimus: cuius tu stirpis maximus natu: ueluti lucidissimũ sidus enitescis: qui corporis ac naturæ bona bellicis po manca.
liticisq; uirtutibus insigniter exornasti. tu ab incũte pueritia armorũ pitus & callens: dũ audis disciplinã militarẽ
prestare cæteris omnibus: dedisti in hasticis certaminibus documẽta non modica excellẽtis generositatis. Tu pri
ma militiæ rudimenta in æturiæ liguriæq; confinio Florentinis approbasti: a qbus adolescentulus imo puer ad
huc militari prefectura honoratus id specimen uirtutis dedisti eam operam nauasti in bello aduersus Genuenses
susceptoeut serzanã quã uocant tibi tuæq; uirtuti acceptã retulerint: utq; eiusce belli cõfecti gloria penes te unum Hastica cer
ppe solida resederit. ubi cepisti noscere uiros militares nosci a uiris militaribus. ubi illud utiq; gloriosum: q more tamina.
carthaginensis Annibalis militaria rudimenta puer in castrensi [illegible] tolerasti: & quod gloriosius est sub te ma
gistro. instar Magni pompeii: qui pcõrantibus ut mos [illegible] nnia militaria munia obiisset: omnia re
spondit & sub me ipso imperatore. post id tam auspicatæ militiæ [illegible] ocinium ab Illustrissimis Mediolanensium
principibus euocans: fecisti secũda stipendia non minus honorata: nec minus opulenta: q̃ prima. ecce autem nũc
iterũ Florẽtini te ad suã militiã reuocãtes ducatũ militarẽ lõge prio uberiorẽ splẽdidiorẽq; dedere. hic tota ciuitas
fremit bellico apparatu: ubiq; arma & paludamẽta militaria ubiq; eq bellatores cõspiciũtur: ut ex more lustratiõis
ad diẽ edictã Florentinis ostendas tuos turmati milites instructissimos atq; ornatissimos. Cæterũ cũ res urbanæ
non minores q̃ bellicæ existimentur: cum splendor togæ non sit q̃ armorum obsoletior: nõ minus tu urbica q̃ bel
lica laude precellis: ante annos animũq; gerens mentem q; uirilẽ. tu moderatione iam & circumspicientia uirtutes

paternas effingis ac representas. iam in filio pater agnoscitur: tibi soli ueluti alteri papirio cõcessum est una cũ cla-
rissimo parente curiã introire: cõsultationibus senatus interesse: decreta perpendere: silenda nosse: & formulã admi
nistrãdæ rei pub. multo ante pcipere. ex quo fit ut in te indoles ueræ uirtutis expressa splendescat. ut in adolescẽtulo
præstantia altæ ac generosæ mentis eluceat. Age uero illud q̃ inusitatum q̃ memorabile est: quod proximo ab hic
triennio uix agens uigesimũ etatis annũ consulari ac pene dictatoria dignitate decoratus gessisti magistratum bi
mestrem qdem. sed oĩm apud nos magistratuum haud dubie honoratissimũ amplissimũq;: quẽ uexilliferũ iusti-
ciæ uulgo nominitant: quo quidẽ magistratu edocuisti ubi magna uirtutis indoles enituisset / grandiorẽ etatẽ ex-
pectari nõ oportere in honoribus uel amplissimis capiendis: quod & priscos illos Romanos: quorũ exẽplis uelu-
Valerius ti norma formatur uita mortalium: factitasse memoriæ proditum est: qui. M. Valeriũ Coruinũ tris & uiginti nas-
Coruinus. tum annos: qui superiorẽ africanũ & Titũ flaminium admodũ adolescentes post habitis legibus annalibus con-
sules renuntiauerũt / cũ ab excellenti eximiaq; eorũ indole admonerentur / non in magistratibus dandis spectan-
dos annos sed pensitandã esse uirtutẽ: cuius plerũq; q̃ etatis cursus solet esse celerior. cõsimiliter senatus noster ut-
pote cõsultissimus nõ in te spectauit etatẽ: quem ante annos uirtutibus fulgentẽ & moribus pollentẽ cõtẽplabant
sed sicut preter cõsuetudinẽ fuit etati Iuuenili administrandã rẽm pub. cõmitti: Ita p̃ter consuetudinẽ iuuenilẽ fuit
tua in tractandis rei publicæ negociis administratio: cunctis asserentibus te expectationẽ uniuersorũ probitate ui
cisse. Nam cũ magistratus uirum uirtutẽq; uiri ostẽdere dicatur: tu amplissimo honore preditus in obeũdis ciui-
libus disceptationibus te moderatũ trutinatorẽ circũspectũq; adeo p̃stitisti: ut uirilis in non uirili etate maturitas
Philonis senilis in adolescente prudentia conspiceretur. Duo singularia philoni contigisse a celeberrimis scriptoribus me-
p̃rogatius. morantur: prorogatio Impii nõ antea in ullo facta & exacto honore triumphus. tridem duo Hãnibali Bentiuolo
adhuc paradolescenti peculiaria p̃uenisse nõ fando audiuimus nõ legendo didicimus: sed presentes aspeximus:
uidelicet liberam more senatorio in curiam itionẽ & sũmũ totius ciuitatis magistratum. Caeterũ cũ in ueteri pro
uerbio sit pares cũ paribus facillimæ congregari. te ueluti principẽ iuuentutis assectatur populosus ordo iuniorũ
sicut maximũ patrem tuũ seniores cateruatim p̃sequuntur pulchrum est p̃fecto & inspectione dignissimum hic
clarissimum parentem inuisere / stipatum cunctis uirorum frequentiore comitatu certatim prosequentiũ. illinc ge
nerosissimos filios cõferto adolescentiorũ offitiosorũ agmine comitatos. hanc ueluti peculiarẽ in bentiuola gente
beatitatẽ cismõtani trãsmõtaniq; suspiciũt. & p̃conio laudis extollũt. hanc ultroneã propensamq; uniuersæ ciuita
tis officiositatẽ in patrẽ filiosq; satis mirari non queũt. cũ ducibus cũ dynastis cum regibus assectatores conducti
ci / uix contanterq; obsequantur. illud quoq; amoris ciuium: quo sepimento nullũ firmius est: in te specimen cõspi
citur. quod ueluti uera parentis proles. dum per urbem uel equitas uel incedis acclamationibus pueribus plausi-
biliter exciperis: quod tanto est sincerioris affectus indicium: q̃to simpliciora sunt ingenia puerorũ minimæq; fu-
cosæ simulationis. Quid memorem q̃ sis affatu blãdus: cõuictu comis: indulgens in tuos. facilis in omnes. in do-
mestica uero & interiore uita iucundus: mitis: amabilis quid referam ut decorẽ corporis & dignitatẽ formæ mo-
rum honestamentis exornes: ut uestitus nitore & ornatus elegantia filiũ principis agas. profecto sicut addit uirtu
ti forma suffragiũ. ita magnificus cultus addit homini auctoritatẽ. preterea habet quælibet etas quiddã in degẽ-
da uita peculiare: ut alia studia puerũ. alia iuuenem. alia deceant senem. iuueni illa conueniunt quæ oratianus uer
sus sententialiter expressit gaudet equis canibusq; & aprici gramine campi. gaudes tu equitatione. quam cyrus il-
Cyrus eq- le maximus persæq; cum primis approbabant. oblectaris canibus uenaticis & aucupatoriis; qua exercitatione oli
ster. futuri duces imbuebantur: qua animus hilaratur & uires corporis roborantur. te iuuat interdum urbis umbracu-
lum ruris apricitate mutare: paulisperq; urbanæ uitæ oblitum uillicari. & ita ignaui marcoris tergere rubiginem.
Non nunq̃ etiam peregrinaris: uerum ut prouerbialiter dicitur non sine theseo: hoc est non sine delitiis meis Mi-
no Roscio senatore prestantissimo: quo cordatiorem solertiorem litteratiorem: ut mea opinio fert patria nostra nõ
habet: quem elegans spectator ingeniorũ parens tuus impense diligit: quem tota bentiuola domus carissimũ ha
bet: qui anno proximo ob excellentem uirtutem lectus fuit a cuncto senatu unus oratorum in honoratissima illa le
gatione romam ad salutandum reuerentissime pontificem maximum Alexandrũ destinatæ: quæ unius dexterita
te imprimis bene gesta est: in qua uenerabilis protonotarius Antonius galeacius frater tuus specimen dedit circũ
spectæ probitatis: qui etate puerili egit orationem plane grauem ac impetrabilem. fui & ego quoq; in comitatu il
lius florentis legationis speciatim euocatus a meo Roscio: qui mihi secundum te peculiaris est patronus: quo om
nium hominũ: Bentiuolos semper excipio: neminem pluris facio: qui a te tanti fit quanti fieri debet Sincerissimus
Iuuenibus consultissimus amabilissimus amicus. Praeterea cum iuuenem hilaritas deceat: neq; frui etate & ueneris tenere bi
indulgẽdũ gas turbe sit / non incesso castigatione censoriaq; es amorabundus. cum peccatũ id: si modo peccatum est: sit igno
scibile. Conuenit enim conuenit uitam amenare & ut inquit Matius edulcare. Detur: ut indulgẽter monet arpinas
orator: aliquid etati: sit adolescentia liberior: non omnia uoluptati denegentur: qua quidam sapientes summũ bo
num metiuntur. uincat aliquando uoluptas rationem. eamus interdum quo itur / faciamus quod fit. id autem a
nobis irreprensibiliter fiet si illud aureæ m[illegible] [illegible]rtatis saluberrimum in uita degenda temperamentum amplexa
Ne quid ni bimur: Ne quid nimis Disciplina mehere[illegible] [illegible]aperata stoicorum superciliosaq; seueritas cum suis cõ
mis. ditoribus obsoleuerunt. quod amas q; stip[illegible] [illegible] facis in [illegible]oris contubernio non reprendo. fecimus & nos hec
iuuenes: & si quid faciam nunc quoq; quæris: Non sumus osores. quid multa: lectio te suetonii docebit Cæsarem
Impatores dictatorem Octauium Augustũ: Titum Vespasianum: maximos clarissimosq; imperatorũ amasios extitisse: nec
amasii. minus sub cupidineo q̃ martio papilione meruisse. nec minus frequẽtes fuisse cupidinis q̃ mauortis assectas. qui
etiam cognominis ille tuus Annibal ducum maximus: fuit amatoriæ militiæ auctoratus: cuius nomen & egregia
facinora cum tibi animũ ad uirtutem bellicam accendant: sic etiam illius exemplo: non nihil temporis mansue-
tioribus musis impertis. & sicut ille Sosilo græcarum litterarum doctore usus esse fertur: ita tu me latinarũ præ-

## D INCLITVM ANNIBALEM BENTIVOLVM EPISTOLA:

ceptore ac monstratore utens / subinde interuissis recolisq; non inuitus studia humanitatis; quo pastu animorum
nullus potest esse conditior suauiorq;. modo seria modo iocosa te iuuat ex nobis audire / legimus modo historicõ
aliquid. modo poeticon. inprimis erotica hoc est amatoria: non tanq̃ exploratores transeunter inspicimus: sed tã
q̃ in commilitio cupidinis educati / haud dissimulanter accedimus. sed cum historica omnis cognitio te delectet: Cõmilitiũ.
comprimis lectio tranquilli animum tuum capit: mulcet: amenat: quod me potissimum ad hosce commentarios
cudendos extimulauit: quos annua lucubratione elucubratos tibi ob id ipsum nominatim dedicaui inclyte Anni
bal Bentiuole. & quia alumnus meus es & patronus: & quia iam tempus appetebat soluendi primam Bentiuolis
Meis pensionem: quibus multiiugam debeo. in quorum contubernio annos iam complusculos honestissime de
go: quibus uel notum esse tantummodo summus honor est. Postremo enarrationes de principibus disertantes
cui conuenientius dicari debebant: q̃ principi aut principis filio in paternas opes succedenti: qui ex hac lectione
condisceret. quid deceat principem quid dehonestet. Erit hoc præcipue in cognitione huiusce scriptoris luculenta
ri salubre atq; frugiferum nobilium te exemplorum documenta ueluti in illustri posita monumento contempla
ri. quid imitandum quid fugiendum sit uelut in speculo internoscere. Est mediusfidius lectio Suetonii Tranquilli:
quod de peripatetica disciplina prodidit Marcus Tullius: digna studiosis ingenuarum artium: digna eruditis:
digna claris uiris: digna principibus: digna regibus. Dicere solebat Cyprianus. da magistrum cum tertullia
num significaret. sine cuius lectione nullum diem præteribat. tu quoq; diem nulllum sine tranquilli lectione præ
tereens dic promo librorum: da magistrum. & sicut africanus scipio. Pediam cyri de manibus ponere non sole Da magistrum.
bat: sic tibi liber hic de manibus sine causa non ponatur: sitq; uelut enchiridion. nunq̃ de tuis manibus recedens.
hic te ociantem: uillicantem: peregrinantem: militantem: uelut iucundus omniumq; horarum comes continenter
subsequatur. ad hanc autẽ tam frugiferam tanq; uoluptariam tranquilli cognitionem introducent te cõmentarii
nostri: qui ueluti duces ac præcursores claustra rependent: calles referabunt: cliuosa præmolient. spineta succident:
aspreta leuigabunt: salebras edomabunt: & ita moramentis omnibus repurgatis uiaq; molliore confecta: te decur
sus spaciis duodenis omniq; difficultate superata in uertice mollissimo sistent. Equidem elaboraui in his commẽ Cõmentariorũ laus.
tariis exarandis & pro uirili parte contendi ut nodosa enodarem. implicita explicarem: obscura clararem. sinuosa
corrigerem: maculosa emacularem: usus interdum sum uerbis uulgatioribus: quo res fieret lucidor & enodatior
Nam qui explatationis lucem professus est in his debet uerbis: quæ sunt in usu posita uersari ne interpres egeat in
terprete. & quia solent / parerga quæ uocant / hoc est a proposito digressiones / quasi reficere recreareq; lectorem ia
lasce ssentem. dedi operam & quidem ex industria: ut flosculis hinc & inde complusculis ex uirore pratorum non
dum conculcato decerptis insignirentur: ut loca q̃ plurima ex innumeris scriptoribus subobscura impromiscuaq;
ueluti in transcursu explicarentur. quo uberiores fructus ex eorũ lectione capi possent. In calce appendix est anno
tatiuncularum super rebus ignorabilibus. Sed ne ego insicitus: qui commentariones hasce tanq̃ filiolas uideor ex
osculari: qui nugis lenocinium magis paro: q̃ patrocinium. quid uis fieri mi clarissime alumne: sic iubet affectus
nature potentissimus. ut neuos etiam nostros & cicatrices amemus ego plane his commentariis adiici posse non
pauca confiteor: cum etiam hi: qui habiti sunt mortaliũ sapientissimi: ut inquit uerissime columella: dicantur mul
ta scisse non omnia. pene interruperunt lucubrationes nostras commentarii ab antonio sabellico non indocte neq; Multa sciri nõ omnia.
ineleganter conscripti: qui huic labori meo haud dubie consuluisset: nisi reliquisset aliquid: quo ut inquit boetius:
se noster quoq; labor exercere atq; parare potuisset. sed hæc & id genus aliaq; iam pridem edidi conferenda pensi
tanda diiudicanda candidis lectoribus permitto quos spero si non laudabunt ingeniũ. non uituperaturos indus
triam: si non probabunt nomen conditoris: non improbaturos nomen Annibalis cui lucubrationes nostræ nun
cupatim dedicantur & peculiariter ascribuntur: ut ita auspicacius fauorabiliusq; in publicum procedant. uni eni
missæ / omnibus legentur opinor. Tu uero inclyte Aannibal Bentiuole accipe queso hilaro uultu & animo hilario
te commentarios hosce ueluti pignus & monumentum meæ erga te obseruantiæ: quos in mille exemplaria
transcriptos impressores diuulgauerunt: in quibus intercisim sparsimq; monitiones inserui / ut opinor non insalu
bres: quæ te non dormitantem excitarent: sed currentem ut aiunt incitarent. munus est haud quaquam preciosum
nec inficior: sed quo nullũ preciosius a doctore discipulus / a cliente patronus. a Philippo Beroaldo Annibal Ben
tiuolus accipere nec debeat nec uelit nec possit. existimabo me fecisse opere pretium & fetosam edidisse feturam: si
tibi & propter te aliis uisa fuerint hæc: neq; nauseosa neq; fastidienda Vituperones uero & inuisores: quorum lin
guæ cote liuoris acuminatæ sunt: qui tantum legunt ut carpant: nihil moror: cum id genus homines: ut inquit ue
rissime Sidonius: nõ litteris utãtur sed abutãtur. uerũ ut ex carceribus ad metas aliquando decurrat character epi
stolicus absoluatq; suum pensum. iam uale mi patrone iucundissime. & philippi tui memor uiue optantis fortu
nam Bentiuolorum quam florentissimam permanere.

FINIS.

Subiunximus epistolæ breuiarium rerum aliquot memorabilium:quæ cuiq; commentario insunt.explicatæ pensitataeq; subtilius:q̃ litteratores agnoscant.ut ex his iam statim declaretur.quid de totis commentariis curiosius lector coniectare debeat & sperare possit.

In Cæsare Dictatore.

In transcursu enarratus ille catullianus uersus a pilearis nona fratribus pilæ:in quo enarrãdo commentatores hallucinantur.

Quid sicut decimum syllanum consulem designatum non piguerit sententiam suam quia mutare turpe erat:interpretatione lenire.

Inducto priore decreto quid sit inducere decretum.

Locus ciceronis qui non pluris fecerat bonam deam:q̃ tris sorores:q̃ fuerint illæ tres sorores

Correctus locus ex calce plinii.tricariis pro trigariis.

Correctus locus ex.xxxiiii.plinii hastadiedromon stylon.pro stadiodromicos.

Correctus locus in tertia uerrina:aristarchus:pro trirerarchus.

In morem cocleæ.legi posse.in minore coclera.

Disiecta nouarum tabularum expectatione:ad quas pecunias pertineat lex de nouis tabulis.ex sententia fortunatiani.

In transcursu emaculata uerba & explicata iurisconsultorum titulo de publi.inibiq; enarratum.illud plautinum:tu petalion.

Tessellata pauimenta.quæ sint hæc & de pauimentis digna annotatu.

Numo addixit.quid sit numo addicere.

Emendata dictio apud plinium.Diruptis oliuis pro dirupis.& inibi enarratum quid sit oleum omphacium & gleucinum.

De maguderi & silphio emaculatus plautinus uersus ex rudente.

Quis fuerit strabo Cæsar.

Transtulit in diuinationem suam.de qua diuinatione intelligendum.

Dii magni salapucium disertum:equid sinificet totum illud catuli epigrama;non satis cognobile enarratoribus:iniqi de caluo non indigna contitu.

De thensa Disticta lectio alias confusa

Quid sit iugulum petere ĩ causis agendis.

Emendata dictio cassi pro cascæ.

Qui sint biothanati.& quæ mors biothanata

In Augusto.

Intercesa & porrecta explicatus locus ex epistola Ciceronis ad atticum.

Quid sit illud ex plauti aulularia:pol me non diuides:ibiq; de diuisoribus.

Alii ornandum tollendumq; iactassent.a quo dictum & cur.

Ianum quirinum tertio clausit.uideri legendum.ter clausit:inibiq; pensitata subtiliter historia.

Tirocinio deduceret:quid sit tirocinio deducere.

Admissa turba paganorum:qui sint pagani:& inibi enarratus iuuenalisq; uersus cõtra paganum possis.lõge secus q̃ a commentatoribus explicari & in scholis a professorius explanari solere.

Apud quintilianum non codrus sed cordus legendum.atq; inibi super hoc nomine explicata quedam.

De intercapedine locus apud Ciceronem:& quintilianum.

Ne ullo libertatis genere ciuitatẽ adipisceret.inibi enarratũ illđ plauti & casina tribus ꝯduci nõ possũ libertatibus

Rationem aratorum.De aratoribus aliter:q̃ uulgo existimetur.

De panatheneis & panethenaico isocratis.

Asprenas causam ueneficii accusante cassio seuero diceret.de cassio seuero:& q̃ causa ueneficii illa fuerint.

Et ne laudatione quidem iudiciali data:q̃ sit laudatio iudicialis.

In transcursu quid sit splachnoptes siue sparganoptes enarratum.

Quid sit apud martialem:ipse potest fieri marsia causidicus.

De topiariis:& topiis non pauca digna relatu.

Cæsar in commentario.xiii.litteris in siciliam missis per satascha pium.ubi catascopum.siue catascopium legi debet & quid significet utrunq;.

Dabat titulis ambiguis:quid id sit.

De callo aprugno.

De lithanicis & opisthothonicis.

De petasato & petaso & petero.

Sextertio inuolutus.uideri legendum sesticula.

Ocellatis nucibus lude bat.an castellatis an oscillis.

Locus lucani:herceas monstrator ait non respicis aras:inibi de herceis diis.

Aciam cũ matronæ dormirent obdormi[illegible] sit dormire in templo & incubare:nec hoc simplr̃ intelligendũ.

Quid sit apud plautum.iacit uulturios qu[illegible] curgulione.

Qui sint aluini.

Quæ [illegible]alaria.apud uopiscum.

In Tiberio.

De equo funali & habenali.

Verba plini percepterus & morphos.emendata.cum legendum sit penopterus & morphnos.

Sub calendas iulii demigrasse:quando prisci migrabant.

Religiosas uestes cum instrumento.De uestibus egipti & iudeæ sacerdotum & de instramento pulchra.

Gallipedes legendum callipides:inibiq; explicata subtilior sententia.
In antliã condemnato. uideri legendum in latomiam.
Tomentum cõcisa palus circense uocatur. nõ significare id apđ martialem qđ tradit interpres.
Tantumnum:super hac particula non nihil.
Apollinem temenitem:quid id sit.
Quid differat paniscus a panico.

### In Caligula.

Vitilitigent apđ pliniũ. p eo qđ est inuiti legent.
Locus gelii. ex primo de induciis.
Conuictu megistanum abstinuisse:qui sint megistanes:in quo labuntur enarratores.
Prouerbium ausonii. Δισ ϖαιδεσ οι γεροντεσ.
Titi labieni & cassii seueri scripta senatusconsultis:remotior hic historia explicaẽ. quã narrat Seneca in cõtrouersiis
Polipum miniani iouis similem locus ex epistola Ciceronis.
Mileti. De Didymeo peragere de dimeo longe aliter q̃ tradatur.
Simulacrum iconium.
Locus Ciceronis ad atticum putealia sigillata duo pro putealia sigilla.
A caluo ad caluum. quid sit.
De anno magno & uertente:de annis uariis non iucunda.

### In Claudio.

Misisse in sigillaria:quid sigillaria & sigillaritia.
Velut per ludum excitabatur a capreis. uideri legendum a tropeis.
Correctum uerbum titulo de extraordinariis criminibus:ubi pro dietarii legitur detractarii.
Locus ciceronis ex oratione pro rabirio:posthumo ubi diogenes legitur pro dioectes.
Locus plinii De Rabulana pice legendum radulana.
Emilyana pertinacius arderent:quæ fuerint emilyana.
In diribitorio mansit. uideri legendum delibatorio.
De pseudotyro. ibiq; enarratus locus Ciceronis ex uerrinis.
Iudeos impulsore christo tumultuantes expulit.
Bestiariis meridianisq;:qui sint meridiani.

### In Nerone.

Emptorem familiæ in testamẽto quis dicatur emptor familiæ ex disciplina iurisconsultorum.
Sorte uel sede prætorum non redemptorum.
De marisca fico correctus locus apud festum põpeium.
Emendatus locus apud orosium:ceritos pro cerycas. & quid sit cerix explicatum.
Enarratum illud sparciani & emaculatum lytium prytaneum. pcilem uocabat adrianus ubi docuimus legendũ esse poecilen atq; inibi multa de poecile porticu.
Super ingenuorum pedagogia. uideri legendũ pederastiam:& quid sit utrunq;.
Cimazacum turba an potius Amaxicorũ Porticus triplices miliarias quid decocta neronis.

### In Galba.

Belli uiriatini causam extitisse. historia uberior recitata.
De emissariis hoibus & emissario palmite:& quid sint duramenta. scãna. tabulata in arboribus.
Disiecta. paganorum turba. de quibus paganis intelligendum.
De adunco naso. obseruatus error interpretis plutarchi ex apophtegmatibus; atq; inibi collata uerba græca cum latino interpretamento.
De polichroniis & oligochroniis:de columnis striatis non ingrata.

### In Othone.

Et quidem ante principia:quid sint principia in castris & de principibus.
Correctus taciti locus atq; inibi de optiõibus militaribus.
Augusti Clauius quid.

### In Vitellio.

De samnitibus gladiatoribus. ibiq; explicata multa. & illud Iuuenalis pinirapi cultos iuuenes iuuenesq; lanistæ.
Fumariam exercentis:quid sit exercere fumariam.
Capite uelato circumuertens se de adoratione deorum corporis uertigine. & ritu priscorum multa: inibiq; enarratus plauti locus ex gurgulione.
Quid sit comesari:& annotata quedam:non fastidienda super comessationibus & phidiciis & andriis.
Vaticinante catha muliere. quid sit mulier catha.

### In Vespasiano.

Vnus ex nobilibus captiuis Iosephus. ibi declaratum hunc eundem fuisse Iosephum belli iudaici scriptorem: qui dicitur Iosippus in historia hebreorum.
Se cõuertisse:de uertigine & cõuersione sacrificali demũ.
Statura fuit quadrata:q̃ dicatur statura quadrata.
De spheristerio de sphæristica tq; inibi emendata dictio apud iurisconsultos.

Ne pretextatis uerbis abstineret: que sint uerba pretextata ibiq; correctus Macrobii locus. fabulõis ꝑ fubulõis.

In Tito.

Thraciam & gamalam urbes iudeæ. legendũ taricheam siue tarichea. & inibi explicata hystoria.

Nundinari præmiariq; solitum.

In Domitiano.

Methodiũ uideri legẽdum odiũ. qd sit odium. inibi de methodo medicina: & de triplici medicina enarratus ausoni uersus.

De lĩris laureatis. & qd sit apud pliniũ. laurus addit lĩris.

Duas circensibus græcũ factiones: uideri legendum non græcum. sed grecum. inibi de factionibus quattuor aurigarum digna memoratu.

Promiscua iniqtate. uideri legendum ꝓmiscue in equite

De scatinia lege. secus q̃ uulgo credatur.

Hinc ptinet beroal. uita. Quid significet. thracẽ myrmiloni parẽ nũerario ĩparẽ.

De cophino iudeorum. De quo Iuuenalis. Cophinus fenũq; supellex.

Marianũ malum: non marcianum dicendum.

Locus claudiani de draconibus signis militaribus. inibi de draconariis.

Retractãdus locus in augusto. cũ de falso testamẽto ageretur oẽsq; senatores lege Cornelia tenerẽtur. pensitata diligẽtius snia nõ senatores legendũ ui. sed signatores qui signando testamẽto adhibebant: q oẽs lege tenebãt in causa falsi testamenti. iuxta illud signator falso: & ita sensus fit lucidior & accommodatior.

In eodem augusto. illud itidem retractãdũ. Cæteros duces & exercitus cõsentire ꝓ patribus uide an potius legendũ sit ꝑ partibus. & referrẽ ad partes antonii & lepidi: quas plancus & alii cũ exercitu secuti sunt.

In domitiano ubi de cõsulatibus eius multiiugis mẽtio fit: addi põt id: quod scribit ausonius in panegyrico ad gratianũ. scis iquã septẽ ac decẽ domitiani consulatus quos ille inuidia alteros ꝓuehendi cõtinuando consertuit: ita in eius auiditate derisus: ut hoc cũ pagina fastorum suorũ. imo fastidiorum fecerit insolentem. nec potuerit præstare felicem.

FINIS.

M. ANTONIVS SABELLICVS AVGVSTINO BARBAdico Serenissimo Venetiarũ Principi Salutem.

Nihil est omnino in tua florentissima repub. a qua ego contẽplanda nũq̃ mentis oculos auerto Serenissime princeps: preclara ista publicæ administratiõis forma: aut maius. aut pulchrius: cuius effigies. si qualis siet spectantiũ oculis cerneretur: incredibiles quidem hominum affectus: studiaq; ad se amãdã excitaret cõpelleretq; haud dubie ipsum humani generis cõsensum fateri. nichil uestris maioribus: qui ꝑ manus eam uobis disciplinã tradiderunt: fuisse in terris sanctius: nihil maiore æquitate: & innocentia preditũ: quorum memoria: nõ solum ob id merito sit colenda: sed immortalitatis etiã laudibus posteritati cõsecrãda. At q̃ prudenter illi ciuitatẽ sanctissimis institutis munitã uobis reliquere: tam tu solertissime princeps diligenter: & accurate ex sublimi ista dignitatis arce / uelut ex specula quadã ꝓcuras: nequid eorũ: que ab illis sunt rite tradita. negligentia aut iniuria eximatur. Eteni presentẽ hanc rerũ omniũ ubertatẽ: quietẽ: salubritatẽ: q cũ tuo prĩcipatu quinto iam ab hinc anno huic urbi affulsere: secũdũ deũ optimũ tuo felicissimo genio ascribimus: quod uero iuris & æquitatis cultus: ut si quãdo alias nunc maxime toto Veneto floret impio: qd religio & innocẽtia passim oibus alludũt. qd augusta principũ sedes. porticus: uiæ. templa: multaq; alia edificia publica: & priuata his paucis annis: aut ab imis sint fundamentis erecta: aut sumptuosissime instaurata. qd urbs tota pene noua: atq; eam ipsam longe splendidissimã induerit faciẽ: non fortunæ tñ: sed æquitati etiã tuæ. prudẽtiæ: & religioni damus. Verũ q̃q̃ ea sit sapiẽtia tua inclite prĩceps: id sanctissimi istius ordinis: q tecũ assidue de republica cõsultat & solertia: & prudẽtia: ut nõ Venetarũ rerũ tñ: licet & ipsæ multũ terra mariq; polleãt: sed oim etiã gentiũ gubernaculo admotus: q̃tãuis administrationis molẽ sine ullo maiorũ exẽplo sustinere possis: nihilominus ueluti nauis rector: q & si oĩa coeli: & aqs lõga callet experientia: lineas tñ & numeros: quosdã breuissima tabella intuet: ut nõ mõ nõ locorũ rõ: sed nec tẽporũ qdẽ ulla se inscio ꝑtereat momẽta: sic & tu iucũdissime princeps: & potes qdẽ & debes in tua ista felicissima administratiõe. si qñ ꝑ ocium uacat illustriorũ uirorũ exempla recognoscere: uel eorũ in primis: qui in summo rerũ fastigio collocati in suorũ ciuiũ conspectu nõ in armis uixere. Sed quũ non unus auctor id serenitati tuæ præstare possit: qui Tranquillo auctore grauissimo in eo genere plus ualeat prodesse: est meo iudicio nemo: id ego quum persuasum haberem. haud inepte sum mihi uisus facere: quod eius scripta: quibus duodecim ille cæsarum uitas fuit complexus: cum uerborum nouitate: tum obscuris historiarum inuolucris a q̃paucissimis nuper: nec sine cunctatione adiri solita laboriosa enarratione perspicua atq; ob idipsum multo fortasse utiliora reddidi. Hæc ego secutus quia certo sciebam non defuturos: qui cæsarum nomen auersati: nõ aliter tranquillum a liberæ ciuitatis oculis q̃ homerum poetarum antistitem ex emen datissima illa Platonis republica ablegandum censerent: cunctantius lectionem hanc Serenitati tuæ cognoscendam proposuissem: nisi singulare ipsius ingenium: longeq; accuratius: q̃ uerbis ullis explicari possit: id esse intelligerem: ut que in alterutrã partem scribantur: ea ipsa & sciret & uellet: tam ad ipsius usum uitæ: q̃ ad reipublicæ salutem accõmodare: clæmentiam in quibusdam: mansuetudinem: innocentiam: cæterasq; uirtutes haud tibi iam antea ignotas cõplexus: munificentiam in aliis: industriã: popularitatem: & breui ut quæq; uirtus usui: aut ornamẽto esse poterit: ita aliã in alio studeas imitari. Contra si qua uitia occurrerint: nam nõ eo inficias / esse oino aliqua pene indigna relatu: eorũ foeditatẽ detestatus: merito tibi gratulãdũ putes: qd tanto uirtutũ comitatu: presidioq; septus ad istud dignitatis culmen accesseris: ut nullus sit turpitudini locus ad foelicissimum istum uitæ cursum labefactãdum relictus / enixius inde operam daturus: ut eiusmodi laudis detrimenta: que longe abs te semꝑ abesse uoluisti: longius adhuc remouisse uidearis. Sic.n. natura cõparatũ est: ut ingenia ad laudẽ nata nõ minus uitiorũ odio proficiant: q̃ uirtutũ æmulatione. Ita ego euenturũ arbitratus. Tranquillum ipsum: quem ex duro tetrico: obscuro: tractabilem feci: planum ac perspicuũ. Serenitati tuæ interim dum alia longe utilior tibi. Venetoq; nomini texitur historia cognoscendum proposui. Est fateor id quod damus si quis

Per manus tradere.

Tranquilli eminẽtia.

tui nominis splendorē intueatur: omnino exiguā: ac pene sordidū. Sed tu mitissime princeps satis amplū & splen
didum facies: si quicquid id est. quod tuis auspiciis in publicū rettuli: sapiētissimo iudicio tuo probaueris: quod
si ita ut spero: euenerit: iuuabit me uehementer susceptus labor: sin minus nec adhuc consilii poenitebit: si dū tuis
serenissime princeps cōmodis studeo: fuero fortasse non paucis gratificatus. Vale.

M. ANTONII SABELLICI IN C. SVETONII TRANQVILLI paraphrasim poemiū.

SOlebam ego saepe mecum reputare: q̄ iniqua esset illorum cōditio: qui aliena scripta susciperēt enarran
da: q̄ prona in lapsum: q̄ inuidiae proxima. omniumq; obtrectationibus obiecta: quippe quę & si quod
nunq̄ uel raro contigit: ex omni sit parte emendata: si breuis: dilucida: si denique talis: ut nihil in iis quę illi
dixerint merito reprehendi possit: haud tamen susceptus labor plus gratiae apud eos: quibus in primis
consultum uideri potest sibi compararet: q̄ contemptus apud alios & ludibrii: uelut nullum sit scriptorū genus sor
didius. ociosius: ineptius: hoc uno cuius infelix sterileq; ingenium: quia per se nihil parere possit obstetricis uicem — *Vicem cō-*
parientibus praestet: exhibeatq; se eorum ministrum: quae merito aliis referantur accepta: quod ipsum propemo — *mentantiū*
dū seruile sit: aut certe non multum ab eo diuersum: haec & inuidiose magisq̄ uere obiiciuntur. & enim non pauci — *solet.*
hac una scribendi uia ingressi magnum in omni studiorum genere sibi nomen quaesiuere: nescio tamen quo nam
modo uanam illam calumniā reformidans in nullam scribēdi rationē: minus q̄ ad hanc ipsam de qua loquor ani
mum adieci: perseuerassemq; in ueteri instituto: nisi amicorum hortationes: immo preces potius me ad tranquilli
scripta enarranda cōpulissent: quem superiore anno domi interpretari adortus: quum ea quae in medium afferrē
tur: haud tam facile qui aderant stilo consequi possent: efflagitarentq; identidem: ut sibi illa ipsa in cōmentarii spe
ciem repraesentarē: eorum praecibus fatigatus: nihil enim erat quod in tanta necessitudine excusare possem: accinxi
me ad id opus magis officio ductus. quam fiducia: neq; eni speraui unquā futurū: ut uel ea enarratione omnia: q̄d
fieri non poterat: uel omnino plura q̄ caeteri praestaremus. Sciebam ego certe aliqua ne multa dicam lectione illa
contineri: quae cum uerborum nouitate: tum ueteris historiae ignoratione tam recōdita & abstrusa essent: tam al
tis uoraginibus immersa: ut uelut Heraclidi scripta quod facete a Socrate dictum accepimus delio aliquo indige — *Heraclidi*
rent natatore: q̄q̄ ne in ipsis quidē locorum tenebris lectorē omnino destituendū duximus: Sed uel coniectura: uel — *obscuritas.*
eorum similitudine aliquid certe in singulos locos cōmenti sumus: cui illius animus modo is sit qui singula di
iudicent aequa lance expendere: facile acquiescat: caetera lectionum uarietate fracti ita executi sumus: ut non sensa tan
tum: ordines: historias: sed singulorum pene uerborum pondus singulis uerbis reddiderimus: quod ipsum quū
aliquanto intentius facio: exit haec nostra lucubratio in paraphrasis uerius q̄ alterius commentationis speciem.
Caeterum fuerit ne operaepreclum haec scribere alii iudicabunt: illud ut uere ita sine rubore dicam accepisse nos
haec quae in paraphrasim hanc nostram contulimus. Sic enim a similitudine quadam appellare libuit: a centum
& amplius graeci & latini generis scriptoribus praeter alios pene innumeros qui uelut externa quadam citantur
nomenclatura: nec omnino id fecimus ut in re tam parua nostram industriam commendaremus: quod ridiculū
ac pene circulatorium semper iudicaui. Sed ut simul eos quibus haec scribebantur plenius demereremur: si quum
nostra legerent ex quibus potissimum fontibus essent hausta non ignorarent: simul ut caeteri qui in hanc forte le
ctionem incidissent his quae dicuntur facilius acquiescerent: quāquā sic quoq; scio non defuturos: neq; enim spe
raui unquam posse fieri: ut extra omnem scriptorum aliam haberemur: qui nostra haec: ut nimis uaga & luxurian
tia contemnant: sed meminerint illi paraphrasim hanc esse: cuius legem si implere uoluissem: omnium uerborū
ratio fuisset explicanda: placuit tamen temperamento quodam utiq; quo pluribus haec nostra satisfaceret enarra
tio: neq; enim peritissimo cuiq; haec scribebamus: aut iis tm̄ quibus q̄ paucissima: ac nescio an illa ipsa: quae parū
nobis explorata sunt: ex hac lectione petebantur: uerum & aliis tranquillianae historiae studiosis: qui ad hunc diē
non ita ut illi profecere. Poterit igitur ut nostra quisq; opera indiguerit: sibi lectionem hanc accōmodare: sic neq;
his breues & ieiuni: neq; illis prolixi & graues iudicabimur: sed sic quoq; non deerunt fortasse qui alia uia atq; aliā
grassati calūniam intendant: nec tam causam q̄ odium secuti pergant nostrum in hac parte studiū aspernari: hos
ego quādo inueteratę licentiae aliter occurri nō potest: illud unum meminisse iubeo ex omni mortaliū numero q
sunt hodie: quiq; olim fuerunt eos misera & extrema conditione semp fuisse: qui ex alienae laudis obtrectatione si
bi phamā quęsiuere: fuisse illorum inuidiam alienae celebritatis non obscurū instrumentū: infelicitatis uero suę ta
citam altricē: nulla unq̄ ingenia tam feliciter claruere: q̄ dirae huius pestis liuentes morsus oino declinarint: petit
enī summa id uitium ut ignis. haeretq; ptinaciter felicitatis uestigio: cōstat omni tēpore iniuriā: inde in bonos mis
sam: sed tm̄ abfuit: ut ad illorū quēpiā quādoq; peruenerit: q; quū Graeculi homero mastices: & ex nostris abomiati
quidā spiritus ad odiū & cōtentionē tanq̄ stigiae erynnes nati omniū memoria exciderint: qui illorū ueneno fues
rant afflati aeternū nomē cōsecuti gloria floreāt & aeternitate: & haec breuiter: non meo magisq̄ omniū qui aliqd
in cōmunē usum assidue cudunt: simul ut qd̄ noster animus iā pridē in hūc ordinē parturit: quādoq; pareret sine
dicta: quę nollē eo consilio uideri obiecta: ut rectioris iudicii uiros a suo officio deterrerē: quin hortor potius atq;
obtestor pergāt illi sua idustria nostrū hunc laborē iuuare. Satis enī iuuabūt si qd̄ qd̄ minus placeat his fuerit cō
mētariis assuti: hoies enī sumus id ipsum quoquo mō in aptū referrēt: esse; fateor odio magisq̄ gr̄a dignus: si dū
nostra studiose nimis cōmendo: nullū ad ea tanq̄ mysteria q̄dā: uel corrigēda: uel mutāda locū cuiq̄ relictū uideri
uellē. Erunt p me igitur oia illis integra: nā qd̄ ad p̄sens officiū attinet: satis supq; uidebor mihi ex hac lucubratiōe
consecutus: si Tranquilli fores secretiora illius scripta adire uolentibus primus omniū aperuisse dicar: qd̄ factum
merito ne pbari possit: omniū ut dixi potius q̄ meum erit iudicare. Illud uero nō dissimulabo ex omnibus q Cae
sarum uitas memoriae prodiderunt: & in his quos uidimus Iulius Capitolinus: Spartianus: Lampridius: Volca
tius: Treuellius: Vopiscus: & alii plerique: dispositione: uenustate: elocutione: aliisq; hystoriae uirtutibus: unum pro
pemodum Tranquillum esse maxime dignum: qui ab omnibus legatur. Caeteri ob corruptum dicendi genus lō
ge post sequuntur. & idcirco huic nostro minime conferendi.

# PHILIPPI BEROALDI VITA PER BARPTOLOMAEVM BLANCHINVM BONONIENSEM CONDITA AD CAMILLVM PALAEOTTVM.

ORIGO PHILIPPI BEROALDI VETVSTISSIMA EST SICVTI IN QVADAM EPISTOLA ad me/Beroaldus ipse commemorat. Philippo pater Ioannes fuit: Mater Castorea sanctissima femina Natus est Bononiae septimo idus Nouembris: Anno a Partu Virginis tertio/& quinquagesimo/supra Millesimum/& quadringentesimum. Quarto ętatis anno/Patrem amisit: educatusq; honeste sub matre uidua/una cum duobus fratribus/Antonio natu maiore/ac Ioanne Architecto posthumo. Matrem/ne a Sanctissimis nature legibus discederet/religiosissime coluit: quę senex admodum decessit. Vbi egressus est annos: qui nutricum fouentur auxilio: Puer litterarum studiis: quibus ętas illa impartiri debet/eruditus fuit Marianum/deinde Matthęum/Clarissimos tunc grāmatice magistros audiuit. Primo bonę indolis puer apparuit; in quo uirtutes cum etatę creuerunt. Amor laudis acuebat eum ad cupiditatem litterarum. Erat preterea in puero/summa ingenii docilitas: ac innata quaedam suauitas oris/uocisq;. Memoria autem tāta/ut omnia legisse/omnia meminisse uideretur: quae sicut in paruo tenacissima fuit: ita iam aetate prouectus/firmauit eam/atq; aluit assiduo studēdi docendiq; usu. Exacta puericia sub Francisco Putrolano poeta inclyto creuit: quem assecutus est mira studiorum cupiditate/& quodam ardore iuuenili. Studia litterarum Bononię primum/uix dum annos pubertatis egressus; mox Parmę; atq; inde in Gymnasio Parrhisiorum celeberrimo frequenti professus est auditorio. Ad postremum honorifice reuocatus in Patriam usq; ad supremum uitae diem/maxima gratia & uenere legit: ita ut eius fama cresceret quotidie. Bentiuolorum rogatu/iam quattuor et quadraginta annos natus/Camillam Vincentii Palęotti Iuris periti filiā/in matrimonium accepit ex qua Liberos quattuor tulit; Mares suscepit duos totidemq; feminas Quorum unus tantum superstes patri fuit/nomine Vincentius; reliqui infantes adhuc capti. Huic mulieri cūcta bona a natura data sunt: Forma honesta/uenustaq;: Sermo comis: nec absurdum ingeniū: nobilitas sanctimoniaq; insignis. Cum marito sine ulla querela uixit. Deniq; quicquid in Egregiam foeminam laudis dici potest: in hac sit beneficio naturę collatum. Cum Mino Roscio Senatore/ingenii iucundi & elegantis uiro: quem puerum in ludo cognouerat/adeo uixit cōiunctissime/ut ad ultimum uite finem amicitia eorum durauerit. Tantaq; inter eos fuit concordia/ut alter alteri (quāuis semper honesta cupiebant) nunq̄ repugnauerit. Huius uero mortem cōmodissime Beroaldus ipse prosecutus est/in eo libello: qui Symbola Pythagorae inscribitur. Fuit aūt Minus uir domi/forisq; conspicuus: ac mira eius facundia populo gratus/Bentiuolisq;. Fortunis longe omnes in ciuitate nostra (Bentiuolos semper excipio) superauit. Nihil dulcius ingenio eius animo fuit: q̄ uidere plenam semper domum concursu doctissimorū hominū Codri quoq; Oratoris clarissimi; cuius uitam superioribus annis memorię mandauimus: intima familiaritate utebatur. Franciā insup meū mel/measq; delicias; magnū inter precipuos Aurificē: & in pingendo longe citra emulū ualidum fraterna charitate dilexit. Fuit etiā amicissimus Angelo policiano: & Pico Mirandulae rari exempli uiro: qui cū ab amicis rogaretur quidnā de Beroaldo sentiret: memorabilē illā/meritoq; celebratam hominū memoria uocem/respondebat: Beroaldū sibi uideri uiuā quandā loquentē Bibliothecā. Cęterū non ab re erit/excedere paululum ad enarrandā breui compendio huius Pici uitā. Ioannes Picus Mirandula nos nobilitate familiae fortunisq; satis cognitus/tantam in omni litterarū genere laudē cōsecutus est: ut ceteris oībus: qui nostro precepta sapientiae tradiderunt aeuo/Fulgore quodā suę claritatis (uenia ceterorū) tenebras induserit. Quinq; linguarum noticiā habuit: quibus in singulis cū multū emineret; ubi tamen excelleret potissimum/ambigebatur. Reliquit nō mediocrē Syluā ad posteros monumentorū: quę nunc in manibus hominū habentur; plura & meliora scripturus/nisi properata mors/uiro fecisset iniuriā: Extinctus est eni in summo pfectissimae laudis splendore/secundū ac trigesimū aetatis annū agens. Vir profecto supra humanū fastigium magnitudine ingenii pręditus. Aderant necnō fortuita: Corpus procerū: decorā faciem honestabat flaua caesaries: Comis tum sermo tum etiā congressus. De uiro hoc; q plura scribit/se ipsum potius onerat/q̄ honorat; qa laudes eius quisq̄ enumerare haud satis digne unq̄ posset: Hactenus de Pico. Fuit p̄terea Beroaldus noster/uir ingenii prestantis multiplicis doctrinę: Memorie uero infinitae rerū innumerabiliū. Quod sane ex eius apparet scriptis Euolue diligēter cōmentaria in Apuleiū: amplius quod desideres/nihil erit. Praeterea comi faciliq; natura Si quis de eo male sentiret/sui q; deq; ferebat: pari animo emendabat; quae bene reprehensa ab unoquoq; uiderētur. Illud de uiro hoc dicere satis habeo: quod ī uita sua nulli maledixit unq̄. neq; alienā existimationē apud se lacerari passus est. Erat eni natura letus/sic ut uultum nunq̄ mutauerit moerore ullo. Sup mensam semp comissimus/multa ioco transigebat Conuiuabatur assidue/praesertimq; cū Roscio suo: cuius mihi memoria sacrosancta est: ac Bentiuolis: a quibus q̄cūq; peteret/repulsam nunq̄ habuit Lautus in uictu quippe qui pluribus semp cibis uteretur: & quotiens ocium esset Alea se oblectabat: Ceterū ex ipso lusu raro lucratus est: Nam cum minus psperiore uteretur fortuna/grandē quandoq; pecuniā amittebat. Profusissima libido in foeminas Beroaldo/cetera uiro sancto ac integro obiici potest. Matronas aliquot nobilitate familiae/fortunisq; satis cognitas sollicitauit ad stuprum: hisq;/quia sumptuosus in tali libidinū genere erat/potitus est Verū hec; cum adhuc permaneret in coelibatu. Scripsit multa/quāuis annū aetatis quinquagesimū secundum nondum attigerit. Primū annotationes/in Plinium/cum publice pfiteretur Parmę/uix dum expleto etatis sue undeuigesimo anno Post hec Seruii correctiones; in Propercium Commentaria/cum centum Annotationibus. Item Orationes quasdam dispersim habitas/in iustum uolumen redegit. Scripsit itidem Commentaria in Suetonium: in Thesculanas questiones. Post hec Sextum & quadragesimum

etatis annū gerens celeberrima illa in Asinū Aureū Cōmētaria/ ꝓponere instituit/ absoluitq;. Scripsit quoq; Annotatiōes in Philippicas: quas Benedicti Hectoris Bibliopolę noīe mihi dedicauit in Columellā nr̄m annotatiōes ꝓplurimas edidit. Cōposuit/ & uarie eruditiōis aliquot opuscula: De felicitate: Declamationē Philosophi/ Medici/ & Oratoris: De optīo statu: Septē Sapiētū sn̄ias: Quorū pręcepta q̄sdā uitę leges existimamus. Itē Ebriosi Scortatoris/ Aleatoris declamationē Libellū unū ꝓposuit: cui titulus est/ Symbola Pythagore. Extat & alter eque modicus puerbiorū. Nouissime De terre motu/ Pestilētia/ ac Galeni correctiōes scriptū reliq̄t. Poeticā uix attigit. In hēdeca syllabis multū/ & fere glorię meruit. Quosdā preteritos errores postremis scriptis suis dānauit. Litteris uero grecis leuiore studio operam dedit/ & quidam adhuc puer filo scribendi docto usus est/ compto expolito/ lectoq; florum genere ornato: sed qui Numeris omnino careat: non omnia possumus omnes. Ceterum hoc ferme dicendi genere/ multi nostro sunt euo: qui utantur/ uiri alioquin docti/ & in plurimis admirandi: excusantur uicia consuetudine/ aut auctoritate. In eius certe scriptis deprehēdere licet/ nō ullius ingenue artis scientiam ei defuisse: ita omniū rerum scientia exūdat illa immortalis eternaq; memoria. In cōmentandis/ exponendisq; auctorū sensibus inter ceteros adeo fuit eminentissimus: ut Codrus Vrceus Orator/ nostra homo memoria acri iudicio/ magna doctrina/ Beatissimaq; rerum uerborumq; copia preditus/ per excellentiā quandā BEROaldum commētatorē Bononiensem appellare consueuerit. Legem eīn quandā commētandi nō seruasse modo affirmabat: sed prope cōstituisse. Forma fuit iusta: Facie paulo oblonga/ exiliq;: Pręgrādibus oculis ac nigris Capillo raro: caluoq; plurimū capite: Colore inter aquilū & candidum: gracilitate maxima ceruicis ac totius corporis: Ore aliquanto pleniore Natus annos duo de uiginti periculosam ualitudinem expertus est/ ad desperationē usq; Medicorū laborans. Creditum ē & sanguinis detractatione curatum/ pristinam recuperasse ualitudinem. Sepissime etiam Hemorrhoidum morbo infestabatur/ non sine maxima sanguinis profusione. postremo sanguinis profluuio cohibendo/ admoto consensu Medicorum igne sanatus est. Omnibus tum ferme annis/ certo tempore Febri implicabatur Seruande ualitudinis causa quotiens a Bile inquietabatur: cibo se abstinebat. Tuebat etiā salubritatē suā assidua ante cibum deambulatione: Nam celeri adeo deambulabat gradu/ ut subsequentes plerumq; defatigaret. Frigora quidem facile: sed estus difficillime tolerabat. Valitudine prospera usus est/ extremo uite tēpore: excepto/ quod annū anteq̄ moriretur/ questus est biduo de Ischiaco dolore. Maligno febris ardore implicitus decessit. xvi. kl̄. Augu. annum agens etatis quinquagesimum primum superq; menses octo/ ac dies noue/ relicto impubere adhuc filio Vincentio/ & Vxore Camilla/ una cum duobus fratribus Antonio natu maiore ac Ioanne Architecto posthumo. in īmo publico luctu funeratus est/ magna impensa/ ac solēni prosequentiū pompa. Ciuitas eni omnis in funere ornādo/ magno studio certatim progressa est Cadauer eius pro templo diuę uirginis extra montanam Portam asportatum est. Ante paucas q̄ obiret dies/ uocata ad se cōiuge dulcissima/ Numina genialis tori testatur/ se matrimonium seruasse illesum: impatientius dolentem consolatur/ oratq; temperaret dolor: ac desiderium sui incontemplatione recte factorum/ scriptorumq; suorum solatiis honestis toleraret Extremo uite tempore ad honestum dignitatis gradum non ambitio: sed boni mores: & spectata inter ceteros uirtutis eminentia uirum perduxit: in amplissimo etenim sexdecim uirorum ordine consensu senatus A secretis electus est: magno eius honore nec minori emolumento. Scholam eius clari genere fortunisq; Viri frequentarunt. ad quem audiendum undiq; ex longinquis regionibus confluebant. Sunt & alii doctissimi eius discipuli, nobis admodum familiarissimi: qui (modo Vita supersit) prestantissimi Preceptoris gloriam ęquabunt. Profitebatur autem hora diei fere tercia frequenti audientium turba. Pronunciabat dulci claraq; uoce/ ac iucunda & ad auditū accomodata: Recta facie: nec minus decoro corporis motu/ ac decenti actu. In elucidandis uero scriptorum sensibus tanta ingenii dexteritate usus est: ut omnibus pariter audientibus satisfaceret semper. Adeoq; magna in litteris eius fuit auctoritas: ut non ab homine: sed a deo responsa dari uiderentur: Huius uiri inter multa egregia/ & istud memorabile fuit: quod indefessus a mane ad uesperas post publicas lectiones priuatas etiamnū legebat. Me quidem adolescentulo memoria repeto/ singulis diebus nouē lectiones legere solitum: nec unq̄ de mercedibus pactus est: eoq; plura ex liberalitate discētiū consecutus. hunc questum sine crimine sordium fecit: quia tunc tēporis res familiaris ad usus necessarios non homini ad plenum suppetebat. Sic etiam Socrates quasi quidam philosophorum Deus: sic Chrisippus: sic Cleāthes mercedes a Discipulis acceptauerūt. Vixit paruo cōtentus/ Pecunię: quę nimis in hominū animis potest/ minus erat cupidus. Proculdubio hic a diuiciis possessus non est. Sed possidet diuicias. Sacris etiam per omnem uitam intentus/ ut bonum ageret christianum fatigabat/ deum festos dies religiosissime celebrans. De eternitate animorū sepissime disseruit: cuius haec erat sententia: animos hominum esse sempiternos: & bonarum rerum sensum manere perpetuo.

Ioannes baptista pius Bononiensis ad librum

I liber Annibalis genio suffultus & aura
Nec tu nasutum rhinocerota time
Inuida doctiloquo poterit magis esse philippo
Quam fieri possit aemula posteritas

Vgerii pontremulensis Tetrastichon

Venerit unde tibi liber hic si forte requiris
Crede mihi celo nobile uenit opus
Viuet ineternum uiuet tua fama philippe:
Post cineres uirtus uiuere sola facit

III. EI .I. .S.
REM CVNCTIS NOTAM TIBI FORTE IGNOTAM
VIATOR PELLEGE AC GEMENS ABEI
PHILIPPVS Beroaldus humanas discipli. Sũme callens: Qui omnia perlegit & apprime nouit: in oĩ sciẽtia Scriptorũ instaurator & Columẽ Senatusq Bononiẽsis. Archigrammateus accepriss. Vita functus Viuit.

Quãtũ uir hic ualuerit. patrie Italie ac fere tot' orbis Moeror
Scriptaq sua comprobarunt.
Secula uoluentur: nec adhuc natura rependet.
(Proh dolor, a nobis quod tulit hora breuis.

Per Dominicum Fuscum Ariminensem

Virgilii porti Mutinensis Scazon

Heus fare Virgo cuius est lapis: que tu.
Quid plena luctu crinibus sedes passis?
Beroaldus hoc philippus recubat saxo
Ego Melpomene Apollinis sororum una
Dictura ueni (prefica ut soler) laudes
Sed quid taces: monuit silencium frater
Laudare dicens neminem hunc satis posse

Ioannis Kierheri Scazon

Bis sex benigne Cesares ama lector
Opus beatum ex omni parte perfectum
Interprete hoc gemino niter magis belle
Dein bellulis ut uix prius typis prodit
Locis adauctum mille & amplius: monstrat
Prefixa paginæ q stellula elucens
Hec preter hystorias scitu nec indignas
Habes: & dictionum flosculis plenam
Siluam quod ipse Copiæ uoces Cornu
Si rite tu sententiam feras: ergo
Bis sex benigne Cesares ama lector

## PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS ENARRATIONES IN.C. SVETONIVM TRANQVILLVM.

EGIPTII REGES suos partim pharaones partim Ptolemeos: parthi arsacidas. latini murranos Albani silujos uocitauerũt. Romanorũ uero Imperatores Cæsares dicti quod nomẽ tanto est ꝗ̃ superiora nobilius: quanto romanũ Imperiũ cæteris regnis maius fuit atq; excellentius. Igitur cõmẽtaturus Cæsares duodecĩ a tranquillo ꝓscriptos uideor esse facturus opere præciũ si quædã explicauero ad Cæsarũ nomen & originẽ cõducẽtia: ne illotis: ut aiunt: manibus protinus fores interpretationis ingrediar: istæ enĩ præfationes ut inqt eleganter Caius iurisconsultus: & libentius nos ad lectionẽ ꝓpositæ materiæ perducunt: & eius euidentiorẽ præstant intellectum. Illũ itaq; primus Cæsaris nomen adeptus est: ab eo dictum autumãt clarissimi scriptores: q cæso matris utero sit natus: uel ab elephãto in pugna cæso: qui lingua maurorũ Cæsar appellat̃: uel quod oculis fuerit cæsiis hoc ẽ glaucis uel a cæsarie cũ qua natus ꝓditur: Plinius in. vii. Na. historie tradit qđ memoratu dignũ ẽ. Scipionẽ africanũ primũ fuisse dictũ Cæsarẽ a cæso m̃ris utero: qua de causa & cæsones appellati: pliniane sentẽtie solinus astipulat̃. ✳ quã quidẽ aliter interp̃tantes ꝓtellũt. ✳ Certe quacũq; de causa Cæsares nũcupati sint. hoc cõstat clarissimũ & duraturũ æternitate mũdi nomẽ istud effloruisse: qđ nõ absurde dici posse nomẽ sup omẽ mortaliũ nomẽ. Iulius aũt Cæsar. q dictator ꝑpetuo epitheto dr̃ ab eruditis a quo familia & appellatio cæsarũ deinceps ꝓpagata ẽ de quo in p̃ntia cõmentari auspicamur. Nõ ẽ natus cæso utero materno: ut qdã male sentiũt: sed matrẽ habuit aureliã fœminã primariã: quã amisit eo tpe quo gerebat bellũ in gallia. pater uero: & ipse cæsar nũcupatus ꝑturaro. po. fũctus obiit pisis morte repentina: dũ calciat matutino. de cuius obitu neq; plutarchus neq; trãquillus meminere: sed mẽtio fit ab unoq̃ qđ equidẽ sciam plinio: qui in septimo scribit hæc Nullis euidentibus causis obiere dũ calciantur matutino duo cæsares pretor & p̃tura populi romani functus dictatoris cæsaris pater. hic pisis examinatus: ille romæ. his adde ut nihil quod nouerim præterea: cæsarẽ in munere patris funebri usum esse omni apparatu harenæ argenteo. tũcq; primum uisum feras argenteis uasis incessere. Sed iam uerba ipsa tranqlli enodare moliamur: quæ nodosa esse uidebũtur explicantes: quæ uero apriora & cognitu facilia prætereũtes. Sequẽtibusq; consulibus. hoc est sequẽti anno. Aetatis uero cæsaris decioseptio. Nãq; anni apđ romanos a ꝯsulibus: qui magistratus ẽ annuus nũerabant̃. Lucanus. annos a consule nomen habentes. pacatus in panegyrico. Consul creatur habiturus est nomen annus. *Cæsarũ nomen unde. Scipio Africanus prio dictus cesar cesones Aurelia cesa mater. Consules pro annis.*

## CAII SVETONII TRANQVILLI DE VITA. DVODECIM CAESARVM LIBER PRIMVS.



### Cæsar dictator

c. I.

ANNVM agens Cæsar sextũdecimũ patrem amisit: sequẽtibusq; cõsulibus flamen dialis

M. ANTONII Sabellici ad Augustinum Barbadicum: Serenissimum Venetiarum Principem Paraphraseos In. C. Cæsarem Dictatorem parænesis Prima.

ANNVM AGENS CAESAR. Sunt ni fallor uirtutes oẽs in oibus. ut uitia Augustine Princeps Serenissime: uerũ nõ oẽs in singulis: nulli enĩ hoim unq̃: ut eminẽtissimus ait poeta: cũcta dii dedere: Sed cũ ita sit: plures tamẽ in uno Cæsare dictatore uirtutes extitisse affirmare ausim: ꝗ̃ in cæteris oibus: quorũ a Trãqllo uitas elegãter scriptas accepimus: cui pudicitiæ parũ custoditæ phama detracta: qua ab ineũte adolescentia usq; ad humiliũ ꝑsonarũ exprobrationẽ deflagrauit: nihil meo iudicio defuit: qđ & uiro sũmo adesse oportuisset: in eo cõsiliũ: eloquẽtia: uigor: cõstantia militaris disciplinæ: oimq; altissimarũ artiũ studiũ: & qđ ad gratiã cõciliandã plurimũ ualet mira quædã liberalitas: quibus ille gradibus ex humili fortuna ad sũmũ rerũ hũanarũ peruenit fastigiũ. Sed quo plura & maiora in eo extiterunt uirtutũ exẽpla: eo diligentiorẽ operã adhibuimus ut ex locupletissima historiarũ penu oẽm rerũ seriẽ tibi iucũdissime priceps depromeremus: uidebã enĩ fore: ut si unius uitã tuæ amplitudini ex oi parte cõspicuã fecissemus: fieret illi ad reliqua cognoscẽda facilior accessus. Nũc qd sit qđ ab adolescentia. C. Cæsaris uitam scribere sit Tranquillus exorsus: in dubiũ uenire põt: sit q cõiectura haud inepta nõ potuisse dicant sũmi uiri gesta eius incunabulis: & infantiæ crepũdiis cõfũdi. Sed id Plutarchus in Alexãdro cui hũc nr̃m cõparat: haud seruãdũ putauit: nisi qs eũ regiã fortunã: in qua oia multo ꝗ̃ in priuata sũt illustriora secutũ dixerit. Annũ igit̃ sextũdecimũ agens: quũ sexdeci. s. annos esset Cæsar natus. Annus uero ab anno: ut Varro ait. i. circulari solis reuolutione: uel qa annũ græci ενιαυτον dicũt: Acteius Capito: ab eo qđ ueteres an pro circũ posuere annũ tradit appellatũ. illi enĩ ambire ꝓ circũ ire dixerũt. Cæsar: ab eo qđ q primus id cognomẽ tulit: cæso matris utero sit æditus: unde & Cæsones: hæc Plinius. Seruius: & Spartianus de rõne nois uterq; plura. *Cesaris laus. Annus unde.*

Patrẽ. L. Cæsarẽ uirũ prætoriũq cũ Pisis: ut Plinius scribit: mane calciaret: repẽte obiit. Sequẽtibus ꝯsulibus: sequẽti anno Martialis: Bis iã pene tibi ꝯsul trigesimus instat: ois fere annorũ rõ cõsulũ noibus in fastis ꝯtinebat̃.

PHI. Flamẽ dialis. flamines sacerdotes dicũtur a filo: quo cinctũ caput habeãt: & capite uelato erãt semp ut interpretat̃. M. Varro: de qbus ita scribit seruius. flamines in capite habebãt pileũ: qđ cũ ꝑ estus ferre nõ possent filo tñ capita religare cœperũt: Nã nudis penitus capitibus incedere nefas fuerat. Vñ a filo quo utebant̃ flamines dicti sũt quasi filamines. uerũ festis diebus filo deposito piles necesse erat accipere ad eminentiã sacerdotii declarãdã. hoc idẽ in canonicis decretis scriptũ ẽ Di. xxi. græci autore dionysio flamines uocãt stephephoros. Singuli flamines nomẽ habent ab eo dło cui sacra faciũt: ut Martialis Vulcanalis: quirinalis a marte Vulcano & qrino. Dialis uero a Dio idest a Ioue dictus q̃si iouialis sacerdos. De cerimoniis flamini diali impositis scribit erudite gellius in nono: inter quas hæc una est: uxorẽ si amisit flaminio hoc ẽ sacerdotio decedit. Vxor aũt flaminis dialis flaminica sacerdotissa nũcupat̃ Et flaminia eius domus. ordo sacerdotũ apđ romanos hic erat: maximus putabat̃ teude- *Flamines unde. Stephephorus. Dialis. unde.*

inde dialis;post hunc Martialis:quarto loco quirinalis:quinto loco pōtifex maximus. Itaq; rex supra oēs accubat. Dialis supra martialē & quirinalē & supra pontificē maximū;perinde ac dialis foret uniuersi mundi sacerdos qui

Sacerdotes nō iurent.

appellat̃ diū flamini diali subdiuo ungi fas non erat. eidem iurare non licebat; nec fermentū farinam ue attingere; quarū rerū causas explicat plutarchus in ꝓblematis. Sensus trāquilli est caesarē;agentē decimūseptimū aetatis annum. aspirasse ad hoc sacerdotiū. a quo mox aduersante sylla repulsus est ut tradit plutarchus.

Destinatus quid.

Destinatus. paratus electus designatus. a plinio in panegirico Destinatio cōsulatus dr̃ ꝓelectio. ab apuleio inusitate magis q̃ ineslegāter dictū est destinatū ꝓ alligatū sic em̄ ait in quarto de asino aureo. Arreptum me loro q̃ ualido ad ansulam quādā destinatū.

destinatus dimissa Cossutia: quae familia equestri: sed admodū diues praetextato despōsata fuerat. Corneliā Cinnae quater cōsulis filiā duxit uxorē: ex qua illi mox Iulia nata ē: neq; ut repudiaret illā cōpelli a dictatore Sylla ullo modo potuit Quare & sacerdotio: & uxoris dote: & gentilitiis haereditatibus mulctatus diuersarū partiū habebatur: ut etiam discedere e medio & q̄q̄ morbo quartanae aggrauāte ꝓpe per singulas noctes commurare latebras cogeretur: seq; ab inquisitorib[9] pecunia redimere: donec ꝑ uirgines Vestalles: perq;

Noia cossorū & eorū origo.

Dimissa cossutia rōc fuerūt cossi cossitii cossuni & cossutiani;quorū noim una opinor origo ē a cossis;q uermes sūt e ligno editi & ut autor est plinius in. xvii. luxuria cossos roborū delicatiores adhibere cœpit in cibo. hinc luculenter a hieronymo dictū in libro cōtra iouinianū. in ponto & phrigia luxuria est cōmedisse xylophagiō. ita em̄ appellat

xylophagion.

cossos uermes obesos exlignorū carie enascētes;q apd̃ illos a patre familias in magnis redditibus ꝯputant̃ a similitudine horū cossorū hoīes rugosi corpis ab antiqs cossi dicti;unde & cossutiorū nomē deduci uidet̃. ex qua familia fuit cossutia haec quae Caesari puero despōsata mox dimissa ē ab eodē ꝑ renūciationē;quā intuenir coportet ī spōsalibus discutiēdis in q̃ re haec uerba ꝓbata sūt. cōditiōe tua nō utar. Autor iuriscōsultus titulo de diuortiis.

Praetexta quid.

Praetextato. puero Caesari ē em̄ ꝑtexta uestis puerorū patriciorū;dicta ab eo qd̃ purpura praetexit. Vñ oli papirius cognoiatus est ꝑtextatus ob tacēdi loquēdiq; in ꝑtexta aetate prudētiā: autor macrobius. hic ꝑtextati mores dicunt̃ a poeta satyrico & ꝑtextatus sermo a priscis dictus nihil obscenitatis hñs;q a praetextatis pueris nefas erat obsceno uerbo uti. ē etiā praetexta Gestamē magistratū. & ex regibus romanis primus tullus hostilius toga praetexta usus ē autor plinius. fuit & in usu ꝑtexta pulla. i. nigra;q̄ nulli alii licebat uti nisi ei;q funus faciebat. Neq; ut repudiaret illā. plutarchus. cinnae dictatoris filiā corneliā a Caesare distrahere potitus rerū sylla uoluit;qd̃ cū aut metu aut spe efficere nequiret eius dotē publicauit. Repudiare ē dirimere mr̃imoniū diuortio. in repudiis āt. i. in renūciatiōibus cōprobata sūt haec uerba. Res tuas tibi hēto. Tuas res tibi agito. Repudiū Verius ait dictū q fit ob rēpudēdā.

Repudiū.

. M. AN. Flamē dialis;Iouis. s. a filamēto. uel ut Plutarcho placet a pileo q̄si pilamē dictus. Destinatus:designatus;sed Syllae dictatoris potētia a petitiōe repulsū Plutarchus tradidit;nec placet qd̃ qdā ad ipetratā a ppl̃o petendi facultatē id referūt;uel qd̃ ꝓ collegio noiatū accipias;q certo anni die fieri solitū;in epl̃is Pli. scribit. Et ei nō solū gētilitiis haereditatibus ab eodē est Sylla mulctatus;ut Tranquillus nō multo post subiicit;sed & sacerdotio;qd̃ utiq; suffragio fuerat adeptus. Dimissae repudiata. Familia eq̄stri;honesto qdē loco: s3 qa honestiore potuisset;diues adiecit. Praetextato;praetextā adhuc hñti;ac ꝑ hoc puero de praetextae usu tenerae aetati ꝯcesso. Macrobius;Plinius;& Plutarchus in quaestiōibus abūde scribūt. Cinnae quater cōsulis;Plutarchus eū dictatorem appellat. Iulia;ut i Corneliorū gēte Corneliae sūt dictae;& in Aemiliorū Aemiliae;ita & Iuliorū Iuliae gētili noīe nūcupatae;ob idq; Possidonius Romanas feminas sine ꝓprio noīe fuisse credidit;qa ꝑnomē nō haberēt; qd̃ tū loco ꝓprii eēt. Sed Tarqnii uxor Tanaql;Plinio auctore. ). Caecilia dicta ē;sic & Acca Laurētia;(. &. Teratia in antiqs annalibus cū suis praenoībus sūt;ut Gellius scribit;relatae. Plutarchus ꝯtra Posidonii opinionē duo dixit in quaestionibus noia Ro. foeminas habuisse;mares uero tria. PHI. A dictatore sylla. mox suo loco dicemus de dictatoris origine: & noīe & de sylla dictatore;ne indigesta fiat & ueluti ꝯfusanea interꝑratio. Sacerdotio. i. flaminio illo diali de quo iā dictū. Gētiliciis hereditatibus. gētilicia noia dñr;quae originē gētis uel familiae declarāt ut scribit diomedes. gētiles sūt;q eodē noīe inter se sūt;ut scipiōes & bruti;ab igenuis oriūdi;quorū maiorū nemo

Gētiles qui

seruitutē seruiuit. in q̄bus gētilitas peculiarit̃ eē dr̃;cū neq; seruorū neq; libertinorū gētilitas ulla sit. sicuti docet boetius i cōmētaris topicorū. gētilicia nota a liuio;gētilicia fūera a plinio nūcupant̃;gētiliciū uocabulū a gēte. i. a natiōe nō a familia usurpauit gellius. ide Gētilicia sacra dñr a liuio;quae statuta sūt eidē gēti. Sēsus ē Trāqlli Iuliū Caesarē a sylla mulctatū fuisse hereditatib3 gētiliciis a gēte uxoris corneliae ꝓuenientib3. uel gētiliciis hoc ē familiae suae & gētis Iuliae;quae Iuliū ascaniū autorē sui nois nūcupat. ut inqt plutarchus Sylla dotē Corneliae publicauit. Diuersarū ptiū. i. marianarū;marianus fuit Caesar. syllanus uero Pōpeius.

Multa qd

Mulctatus. ꝑ punitionē mr̃ae exutus spoliatusq;. Mulctā eē dici putāt poenā. M. Var. ait poenā eē s3 pecūniariā. Idē mulctae uocabulū nō latinū s3 sabinū eē dicit;sūpma mulcta apd̃ priscos erat in singulos dies. xxx. bouū & duarū ouiū Minima autē ouis unius. De dñamulcte & penae subtilit̃ scribūt iuriscōsulti titulo de uerborū significatiōe oli lex de mulctarū estiatiōe romae lata ē quae fuit ꝑgrata. ut docet liuius in q̄rto. a mulcta mulctatitiū aes dr̃ qd̃ noie mulctae exigit̃.

Quartana.

Morbo q̄rtanae scribit plato in timeo corpa mortaliū laborare q̄rtana febre;qn̄ excessus fit elemēti in hoīe terreni. cū em̄ terra q̄rto elemētorū gradu sit;tēpis circuitu q̄rto feruet;hic q̄rtanas inuehit febres;quae qdē lōge sūt. sed ut ait celsus q̄rtana neminē iugulat. Ab inqsitoribus. Corneliū significat ducē militū syllanorū;a quo depresus duobus se talentis redemit.

Vestales deprecatrices.

Donec ꝑ uirgines uestales. solebāt romani in piculis deliciisq; adhibere uestales dꝑcatrices. ut ita uenia fieret ipetrabilior. hic ait Cicero in dissuasiōe legis agrariae. siqd deliquero nullae sūt uirgines;quae me a uobis deprecētur. hinc messalina cū audisset claudiū maritū ab hostia redire festināte ad ipsius ultionē;orauit uibidiā uir=

giniū uestaliū uetustissimā:ut claudii aures adiret & clemētiā expeteret De dignitate sacerdotioq; uestaliū infra suo loco affati dicet. Mamercū.mamercus prænomē oscū ē ab eo:q; hiimartē mamertē appellāt.apd' liuiū i q̄rto celebrat mamercus emylius dictator ex gēte mamercaq bello clarus pace quoq; non spnēdus legē tulitut censura: quæ prius erat qnquēnalis:ne plus q̄ annua ac semestris foret. Quidā dicūt emyliā gentē a mamerco appellatā:cui ppter hūanitatē ciuicā cognomē fuerit emilio:græci eñ emiliā uocāt sermōis lepiditatē atq; facūdiā. Aureliū cottā.aurelia familia ex oriūda a sole dici credit.cui peculiare romæ sacra faciebat. Antiqtus dicti auselii ut ualesii papisii pro Aurelii Valerii papirii. Cotta autem dici uidet ab ira quæ græce coton uocat. Et hoc ē q ait quintilianus grammaticū scrutaturū origines noim:unde scipiones & cotte & serrani dicant. aurelius cota affinis erat Cæsaris utpote cuius mater dicta sit aurelia ex aureliorū familia. Ornatissimis uiris q̄lis erat mamercus emylius & aurelius cota. Pertinacit ptēderēt pseueráter instarēt:ptinatia a ptēdēdo dīnā in quo nō debet ptēdi & ptēdit ptinacia ē. in quo uero oporteat manere si in eo pstet pseuerātia nūcupatur.

Mamercus · Emilia lepiditas, · Aurelia familia. · Cotta unde. · Pertinatia unde.

Mamercū Aemiliū & Aureliū Cottā ,ppinquos & affines suos ueniā ipetrauit. Satis cōstat Syllā quū depcātib' amicis & ornatissimis uiris aliq̄diu denegasset: atq; illi ptinacit cōtēderēt: expugnatū tādē pclamasse: siue diuinitus: siue aliq̄ cōiectura uincerēt: ac sibi haberēt: dūmodo scirēt: eū quē icolumē tātopere cuperēt: q̄nq; optimatiū ptib' : q̄s secū simul defēdissēt: exitio futurū: Nā Cæsari mltos Marios iesse

## De prima Cæsaris militia. c. 11.

STipēdia pria i asia fecit. M. Thermi ptoris cōtubernio: a quo ad accersendā classē i Bythiniā miss' dese

auctor uarro. M.AN. A dictatore Sylla:primus Ro. Sylla ppetuā induit dictaturā: quū ea alioqu dignitas semestris eēt:uerū ultro tandē se ptāte abdicauit:cui in ordinē redacto:cū puiciū fieret ab ignobili adolescēte:q̄si diuinitus dixisse ferī fore:ut qcūq; post se eā dignitatē iuasisset:nō nisi cū morte deponeret:qd' nō mlto post i. C. Cæsare euēit. Sacerdotio:flaminio. Vxoris:Corneliæ.ad illd' puto referēdū:qd' Sylla oia Cinnæ bona publicauit. Gētilitiis hæreditatibꝫ:quæ lege agnatiōis ad eū puenire potuissēt:unde illd':Si pr̄familias intestatus moriī:familia pecuniaq; eius agnatorū gētiliūq; esto. Mulctatus:mulctæ noie priuatus:Mulctā osci pœnā dicere: qa nō singula:ut oli:s; multa simul eo noie:ut Varro existiat:a reo exigi occœperit:estq; delicti Pecunaria aīaduersio:cū pœna sit & capitis. Diuersarū ptiū:marianarū:& ob id Syllæ inimicus. E medio:ex publico cōgressu.

Sylla primus dictator. · Mulcta.

Quartanæ:febris.s.Pli. & Celsus Cornelius. q̄rtanas & tertianas nūero mltitudinis frequētius usurpāt. Quartanæ inqt Celsus:sūt simpliciores:incipiūt fere ab horrore:deinde calor erūpit:finitaq; febre biduū integrū ē:ita q̄rto die reuertit. Aggrauāte:affligēte. Latebras:loca qbus latere posset. Inqsitoribus:ad eū & cæteros marianos ingrēdos missis. Redimeret:duobꝫ talētis redemisse se Cœsarē a Cornelio Phagita inqsitorū duce Plutarchus ait. Per uirgīes uestales:Cice. Nulle sūt inqt uirgines:quæ me a uobis depcent:q̄si p uestales de recōciliatiōe ageret. Cornelius ad hæc & Trāquillus in Vitellio auctores sūt:hoc noie eas cū legatis i Flauiana castra publice missas.de uestaliū nūero & ministerio eorū:plura suo loco dicētur. Aureliū Cottā:hoc ē qd' p ppinquos & affines dixit:nā & mr̄ Cæsaris Aurelia dicta est. Depcātibꝫ:uel pce suppliciū amoliētibus:ut Ennius: Lætū & inimicū depcor. & Catullus: Totidē mox depcor illi:uel ualde depcātibus. Cice. q̄ multorū hic uitā a Sylla depcatus ē. Viris ornatissimis:si qdē Cotta prætor:& psul fuerat:Mamercus & ipse bello marsico legatus; Liuius & Asconius sūt auctores. Cōtēderēt.obnixe.peterēt. PHI. Expugnatū.uictū:syllā pcibus depcatorū.

Quartane. · Aurelia. · Deprecor.

Vincerēt ac sibi haberēt.uerba sūt sylle ad eos q pro Cæsare depcabātur. Optimatiū ptibus.optiates sūt q i republica uersātes ita legerūt ut sua psilia optio cuiq; pbent. de qbus ita scribit Cicero in oōne p sextio.oēs optiates sūt:q neq; nocētes sūt:nec natura iprobi nec furiosi nec malis domesticis ipediti. populares uero habebātur illi:q ea quæ faciebāt:quæq; dicebāt mltitudini iucūda esse uolebāt. De his pscianus in. V. hæc optiates sūt:q defendūt senatores. populares q defēdūt ppl'z:Dicebat igit sylla Cæsarē utpote popularē & marianū futurū exitio optimatibꝫ:q ferme syllani habebant. Multos marios.scribit plutarchus syllā eos amētes eē dixisse q Cæsarē seruādū asserebāt:nisi in eo puero mltos marios inesse pspicarent. inimiciciarū autē Cæsaris & sylle causa erat affinitas marii:q iuliā Cæsaris amitā hūit uxorē. Stipēdia pria fecit.pmū militauit.ē eñ stipēdiū a stipe appellatū qd' p stipes.i.modica æra colligat:ut scribit iuriscōsultus.ff. de uerborū significatiōe. De stipēdio militari ita scribit Varro lib.i.linguæ latinæ.milites ærarii dicūt ab ære qd' stipēdia facerēt. hoc ipm stipēdiū a stipe dictū:qd' æs quoq; stipē dicebāt stipē ipaꝫ a stipādo dicere cœperūt:ppterea qd' in cella stipabāt.i.pponebāt. Inde stipēdiarii nūcupati:q stipēdiū hoc est tributū pēdebāt:q alio noie uectigales appellanti:quare uulgus simidoctū hallucinat existimās stipēdiarios dici milites q stipēdiū accipiūt.cū tales pprio uocaculo mercēnarii sint uocitādi. Cōtubernio.castrēsi uerbo usus ē:Cōtuberniū eñ ut docet uegetius in scd'o de re militari:uocabat manipulus ab eo qd' cōiūctis manibus parit dimicabāt. & pprie decē milites sub uno papiliōe degētes noiabātur cōtuberniū: qbus præerat decanus:q caput erat ptubernii. Vñ accipit p puictu & sodalitate.inde ptubernales uulgo sodales dicūt. & cōtubernalitatē elegāter cyprianus appellat ipam sodalitatē. M.thermi.nescio an hic sit. M. ille thermus:ad quē asiæ ppretorē extāt. M. tullii epistolæ cōmēdaticiæ:qbus eū laudat ab integritate:grauitate atq; clemētia: sed erat illi nō marci prænomē sed qnti. Cæsar in prio cōmētario belli ciuilis meminit alterius thermi pretoris:q cū eēt pōpeianus ex oppido tignio pfugit cognito Cicerōis aduētu:quē cæsar miserat eū qnq; cohortibꝫ. milites i itinere a thermo discesserūt. de quo lucanus in scd'o. iusq; sui pulso iā pdidit umbria thermo. Ad accersēdā.hoc ē euocādas naues accersere ei euocare ē:arcessere uero aliquē accusare significat:& ab arceo nasci:nāq; aliū accusare a male ficiis arcere ē. inde a cicerone dictū est arcessiī maiestatis.i.accusatur crimine lesæ maiestatis.existimat priscianus

Optimates qui. · Populares. · Stipendiū unde milites ærarii. · Stipendiū unde. · Contubernium quid · Decanus. · Thermus. · Accersere. · Arcessere.

arcesso idē significare qđ accerso:dicitq; ab arcio uerbo qđ nūc accio dicimus. Apud nicomedē.qui erat bitiniae
rex amicus romanorūq; olī raso capite sūpsit pileū & se romanorū libertū uocauit:sicuti meminit plutarchus in li
Bithynia bro de fortuna alexādri. Desedit.māsit cōmoratus est. Prostratae.pstitutae ad stuprū. Bithynia repetita.sūt
unde. autores trāsisse ex europa populos noīe thynos:a qbus appellātur Bithyni & Bithynia quae regio ē asiatica/clau-
Exigere qđ dianus.thynitraces arant quae nūc bithynia fert Exigēde repetēde.exigere ei ē debitū repetere.alias excludere.
M.AN. Expugnatū:precibus uictū. Eū:Caesarē. Optimatiū partibus:nobiliū studiis:potentiae: fa-
ctioni Optimates:qui primū in ciui-
tate locū optinent:uel q opulentiores
sint:& in maiore cēsu:uel q in primis
oppressis opitulari possint. Defen-
disset:aduersus Marianos tutati eēnt.
Multos marios:mlta psiliae & stu
dia optimatibus inimica:qlia a Ma-
rio fuere.Lucanus:Multisq; in pecto
re uano est Hānibal. Marci Ther-
minon therinū:ut quidam habēt Lu-
canus:iusq; sui pulso iam perdidit
umbria thermo.Extāt & Cicerōis epi
stolae pleraeq; ad Thermū Asiae pro-

dit apud Nicomedē nō sine rumore prostratae regi pudici-
tiae:quē rumorē auxit intra paucos rursus dies repetita Bi-
thynia p causam exigēdae pecuniae:quae deberet cuidā liber
tino clieti suo.Reliq militia secūdiore fama fuit: & a Ther-
mo in expugnatiōe mitylenarū corona ciuica donatus est.

De secūda eius militia & reditu ipsius ad urbem. c.III.

Meruit & sub seruilio Isaurico in Cilicia:sed breui tem
pore:Nā syllae morte cōperta simul spe nouae dissen
siōis:quae p Marcū Lepidū mouebat Romā ,ppere

praetorē ad eū credo sub quo Caesar pria fecit stipendia.Nec me fugit apđ Tacitū therinū saepius legi:sed aut mē
dosē:aut certe alterius familiae id nomē fuit: Cōtubernio:domestico uictu:cōmuniq; habitatiōe:qsi cōtabernio
unde cōtubernales dicti.Modestus Cēturias in cōtubernia diuidit:quorū singula decenos haberēt milites. By-
thyniā:ad Nicomedem.Bithyniae Regem.Est Bithynia Asiae regio thracio Bosphoro.& ponti ostio ad occasū ob
uersa. Prostratae:ad stuprū subiectae. Rumorē:phamā. Exigendae pecuniae:ab iis q eā deberēt repetendae.
PHI. Libertino clieti.nō est mirandū si caesar repetiit bithyniā clientis libertini causa:cū cōstet ex moribus
Declientibus populi romani secundū pupillos ,primū locū clientes habereq; sese in fidē patrociniūq; nrm dediderunt. Vñ M.
Cato ita scripsit.aduersus cognatos p cliente testatur.testimoniū aduersus clientē nemo dicit. & Caesar dictator i
orone p bithynis adscripsit.hanc clausulā.clientes sine sūma infamia deseri nō possunt:qbus etiam a propinquis
nostris auxiliū ferre cōstituimus.Romulus cōditor urbis instituit patronos oīa pro clientibus facere debere:qrūq;
efficiunt pro filiis patres:clientes autē e conuerso patronis suis ad filiarum dotē pecuniā cōtribuere.Nihilq; diffe-
rebāt clientiū patronorūq; cōiūctiōes appropinquorū necessitudinibus.magna laus erat nobiliū clientes habere
Clienta. quāplurimos.Inde exiit illud plautinum in menechmis.clientes sibi uolunt esse multos:ab eodem clienta mulier
Mitylenae. eleganti uocabulo nuncupatur. In expeditione mitylenarum scribit liuius libro.lxxxviii.mitylenas in asia expu
gnatas dirutasq; fuisse quae sola urbs post deuictum mithridatem arma retinebat:est autē in insula lesbo iuxta me-
tymnam clara pittaco ex septem sapientibus uno:& alceo poeta:plur aliter mitylenas & singulariter mitylene pro
nunciantur.scribit diodorus in sexto milytenen macarii filiā:urbi nomen indidisse.Non omiserim hoc in loco qđ
uictruuius prodidit in primo/oppidum milytenen magnificenter quidē edificatū fuisse & eleganter:sed positum
non prudenter:in qua ciuitate auster eum flat homines egrotant/cum corus tussiunt:cum septemtrio restituuntur
Ciuica co- in salubritatem. Caesar in huius urbis expugnatione meruit ciuicam coronam: quam ciuis ciui a quo seruatus
rona. est in praelio testem uitae salutisq; perceptae dat:ea fit:fronde querna qm uictus cibusq; antiquissimus ex quercu ca
pi solitus sit:fit etiam exilice:quae & ipsa arbor glandifera est: Vnde cecilius poeta comicus coronam ciuicam ap-
pellauit ilignea.hac corona lucius gellius censuit donandū esse Ciceronē:qđ eius opera esset atrocissima catilinae
cōiuratio detecta uindicataq;.De hac ita scribit plinius in.xvi.iligna primo fuit:postea magis placuit ex esculo io-
ui sacra:ubiq; custodito honore glandis.additae sunt leges arctae ut.s.ciuis qui seruatus esset fateatur:alias testes ni
hil prosunt ut ciuis fuerit.auxiliaribus uero externis q̄uis rege seruato decus id nō dant.accepta corona ciuica licet
uti perpetuo in ludis:induenti semp assurgi etiam ab senatu:in more est.sedendi ius est in proximo senatui.Vaca-
tio munerū omniū ipsi patriq; & auo paterno datur.plutarchus in ,pblematis & in coriolano ideo existimat hanc
coronā dono dari ei:qui romanum ciuē seruasset in praelio:qm Ioui sacra quercus sit:in cuius tutela sunt ciuitates:
Merere qđ & quia ex quercu antiquitus cibaria erant glandes:& facilem militi fructū quercus exhibebat. Meruit. milita-
uit merere enim dicimus stipendii gratia militare.lucanus aere merent paruo.M.Varro equo publico merent:me-
rere etiam significat sordidissimū quaestum capere:Vnde meretrices & meritorii pueri dicti:interdum merere dici-
mus pro mereri.plautus in captiuis.uale atq; salue & si aliter ut dicam meres pro mereris. Sub seruilio isaurico
Seruilium illum signat qui piratas deleuit:quo tempore coepit isaura pamphiliae ciuitatem:de hoc intellexit ouis
Seruilius dius illo uersu:africa uictorem de se uocat:alter isaurum:aut cretum domitas testificatur opes.hic ut testis est Eu-
isauricus. sebius chronographus:publico funere romae elatus fuit ✳ De eodē sic refert Ammianus Marcellinus.Hec due
M.lepidus ,puincie bello quōdā pyratico cateruis mixte predonū a Seruilio ,pconsule misse sub iugū:facte sūe uectigales. ✳
Quae per marcū lepidum.M.lepidus signatur:qui inuito sylla suffragante pompeio cōsulatum adeptus est:
qui cum acta,sylle iam defuncti rescindere tentaret bellum excitauit:& a quinto catulo collega ex italia pulsus est.
De hoc lucanus.sternere profecto.ut catullo iacuit lepidus.periit autem in sardinia in quam fugerat non tam mor
bo q̄ merore:quod in litteras quasdam inciderat:ex quibus ut inquit plutarchus uxorem cognouit adulteram.Mi
rum est pariterq; scitu dignum:quod tradit plinius in.xxxvi.q non fuit Romae pulchrior domus q̄ ipsius lepidē:
at eadem intra annos.xxxv.centesimum locum non obtinuit:adeo luxus coepit inualescere.

Societate abstinuit. noluit Cæsar lepido se coniungere offerenti maria & montes. & pollicitationibus amplissi= mis inuitanti: cũ uideret eius ingeniũ socors & minime circũspectũ: & quia occasionẽ ex cuius momentis magnæ plerũq; res agitãtur: inuenerat minorẽ q̃ foret opinatus. Cũ. i. partim. M. AN. Libertino. ad ingenui differentiá dixit. Secũdiore: psperiore. A Thermo: eius ductu militabat. Mitylenarũ: urbs in lesbo libe ra Mitylene ut Plinius ait. Ciuica corona: quernæ: & qua qui ciuẽ seruasset donari cõsueuit; sed alia de causa im peratoribus data: ut postea dicet. Meruit: stipendia fecit: militauit: unde emeriti: qui iá militia soluti sunt: quidã emereot & emeritum: a mereor liben tius ducũt. Seruilio Isaurico: is ab isauris in cilicia uictis Isaurici cogno men Romá reportauit. Ouidius: Alter isauras aut cretũ domitas testificatur opes. Marcũ Lepidũ: is ɔsul post Syllæ mortẽ in eius acta & uniuersæ factionis opes temere inuectus armis a Luctatio collega uictus in Sardiniá aufugit: ubi distillationis morbo non multo post piit: sũt qui dolore nimio affectũ: quũ de adulterio cõiugis resci uisset cõsũptũ dicant. Magnis cõ ditionibus: magnis uictoriæ premiis Ingenio eius: uano & inconstanti. Minorẽ opinione: omnia minus q̃ opinatus esset ad discordiá & seditio nem paratá. Offenderat: inuenerat

rediit: & Lepidi quidem societate: quanq̃ magnis conditio nibus inuitaretur: abstinuit: cũ ingenio eius diffusus: tum occasione: quam minorem opinione offenderat.

De accusatione Dolobelinæ. C. IIII.

CAeterũ cõposita seditione ciuili Cornelium dolobellá cõsularẽ & triũphalẽ uirũ repetũdarũ postula= uit: absolutoq; Rhodũ secedere statuit: & ad declinádá in uidiá: & ut per ociũ ac requiẽ Appollonio Moloni clarissi= mo tũc dicendi magistro operá daret. Huc dum hybernis iá mensibus traiicit circa pharmacusam insulam a prædoni= bus captus est: mansitq; apud eos non sine sũma indignatio ne prope quadraginta dies cum uno medico: & cubicula ris duobus. Nam comites seruosq; cæteros in initio statim

PHI. Cõposita seditiõe ciuili. seditionẽ significat: quá rome excitauerat lepidus aduersus collegá catulũ. Cor. dolobellá postulauit. Duos eodẽ tẽpore fuisse & prænoie & noie & cognoie dolobellas tradit asconius pe dianus quorũ alterũ marcus scaurus & accusauit & dánauit. alterũ Cæsar accusauit nec dánauit: De quo nunc loq̃ trãqllus hoc scitu dignũ est. qđ uno &. xx. ætatis anno Cæsar dolo/bellá hũc accusauit orone luculenta: quá cũ ad mirãtiõe posteri legebant. auctor tacitus in dialogo de oratoribus. postulare uero significat accusare: in quo signi= ficatu crebriter accipitur apud oratores. & ut scribit Vlpianus iurisconsultus postulare est desideriũ suũ uel amici sui in iure apđ eũ: qui iurisdictiõi preest exponere: uel alterius desyderio contradicere: qui autem postulare prohi= beantur libro tertio digestorũ copiose traditũ est. Repetũdarũ. præsides prouinciarũ accusari solent repetũda rum. a prouincialibus: qbus eripuerũt pecunias: aut uasa aut uestẽ aut frumenta aut id genus alia. de qua re ita scri bit iuriscõsultus libro. xlviii. digestorũ. lex iulia repetũdarũ pertinet ad eas pecunias: quas qs in magistratu lega= tione uel alio officio ministerio ue accepit: & paulo infra aptius ita scriptũ est. lege iulia repetũdarũ tenentur: q cũ aliquá potestatẽ haberent pecuniá ob iudicandũ uel nõ iudicandũ decernendũ ue acceperit. dicimus autẽ repe= tũdarũ & de repetũdis p duos tãtũmodo casus: Acilius glabrio legẽ primus tulit de pecuniis repetũdis: quæ aci= lia dicta ẽ. quæ ut inqt Cicero lex socialis est & tota sociorũ causa cõstituta. Absoluto. S. dolobella. fuit eñ abso lutus: q̃uis ad dánationẽ peragendá cõplures græciæ ciuitates testimonia Cæsari detulerint. Apollonio moloni. scribit plutarchus Cæsarẽ cõdiscipulũ fuisse/ Ciceronis sub apollonio molone: qui ut auctor est strabo alabanden sis quidẽ fuit sed rhodi uixit: & ideo rhodius nũcupatus. Cicero in bruto testatur apollonio moloni utpote optio dicendi magistro recoquẽdũ se dedisse: sub quo cũ fauonius parum profecisset facetosa quadá annominatiõe di= xit idẽ Cicero eũ rhodi molis potius q̃ moloni operá dedisse. * Quidá codices habent Apollonio Molo nis. s. filio ex locutiõe grecis p q̃ familiari a quibus dr̃ παυσανιασ ο πλειστωνακτοσ pausanias plistonatis/ & subintelligitur filius: & alia hoc genus sexcenta. Subscribit huic lectioni plutarchus qui in uita Ciceronis Ap= polloniũ hũc Molonis filiũ fuisse iudicat. Led cũ Apolonius quoq; Molo dictus sit priorẽ lectionẽ magis probo q̃ celebratior est. * Circa pharmacusam insulá. iuxta atthicá regionẽ in salaminiaco mari duæ sũt exiles in sulæ noie pharmacusæ: in quarũ altera sepulcrũ circes uisitur. auctor strabo in nono. pharmacuse insulæ meminit nudo tñ noie plinius in q̃rto natu. historiæ. * Stephanus de pharmacusa sic græce scribit. φαρμακουσα δυο νησοι πλησιον σαλαμινοσ. εστι και αλλη υπερ μιλητου εν η ατταλοσ ανηρεθη. i. pharmacu se due sũt insule ppe Salomina est & alia supra miletũ in qua Attalus occubuit. * Rhodũ se cedere. rhodos insula ẽ in mari carpario ut indicat lucilianus uersus. Rhodos carpathiũ in pelagus se inclinat apertũ. soli sacra est q puellæ noie rhodiæ amore captus rhodũ ab ea noiauit: ut refert diodorus in sexto. Aurũ rhodi pluisse ob felici= taiẽ insulæ cecinit pindarus: ubi studia liberaliũ artiũ & in primis oratoriæ facultatis effloruerũt: Vnde Cicero & quintilianus tria oratorũ genera fuisse pdiderũt: atticũ asianũ & rhodiũ. qđ uelut mediũ erat & ex attico asianoq; cõmixtũ: merito itaq; Cæsar secessũ elegit rhodiẽse utpote locũ disciplinis ingenuis faciẽdoq; oratori accõmoda tũ: illinc. n. multi memoratu digni extiterũt: circa philosophiá & oratoriam: panetius & stratocles. & andronicus. Rhodi qdẽ uixit possidonius & sophisticá rhodi exercuit: fuit tñ A pamiensis ex syria: quẽadmodũ appollonius molacus & molõ ná hi alabádenses fuere. pterea simias grámaticus & appolonius q argonautica cõposuit alexan drini qdẽ fuere: Rhodii tñ uocati sũt. A pdonibus captus. scribit plutarchus Cæsarẽ captũ fuisse a cilicibus pirati cũ discederet a nicomede bithyniæ rege Cato pdonulos dixit υποκοριστικωσ. i. diminutiue q̃si pusillo pdones. Coites. appellatiõe coitis eũ accipere debemus q seq̃t: siue liber siue seruus siue masculus siue foemi a sit. & ita

De duobus dolobellis.

Postularẽ. Accusatio repetũda= rum.

Locus de molone.

Pharmacu sæ insulæ.

Rhodos.

Rhodos felix insula.

Comites q

ad expediendas pecunias quib⁹ redimerẽ dimisit. Numeratis deinde quinquaginta talentis expositis in littore nõ distulit: quin e uestigio classe deducta ꝑsequerẽ abeuntes: ac redactos in potestatẽ supplicio: quod illis sæpe minatus inter iocũ fuerat afficeret: Vastante regiones ꝓximas Mithridate: ne desidere in discrimine uiderẽ sociorũ ab Rhodo: quo pertenderat transit in Asiam: auxiliisq; contractis: & præfecto regis prouincia expulso: nutantes ac dubias ciuitates retinuit in fide.

De tribunatu militũ eius: & aliis gestis ipsius.

TRibunus militum: q primus Romã reuerso per suffragia populi honor optigit auctores restituendæ tribunitiæ potestatis: cuius uim Sylla dimminuerat

comitẽ labeo iurisc̃õsultus definit: q frequẽtãdi cuiusq; causa ut sequerẽ destinatus fuerit. Inter comites usq; & pedagogi erũt: hoc tpe comes nomẽ est dignitatis: quod & usurpat amianus marcellinus: a quo largitionũ comes dictus: q ꝑerat largitiõibus Imperatoris. Ad expediẽdas pecunias: quas. S. milesii ei supeditauerũt ut redimeretur.

De talento. Talentis. talentũ multiplex est nãq; talentũ atticũ magnũ octoginta tres habet libras: paruũ uero sexaginta: auctor priscianus. scribit seruius talentũ apud romanos eẽ septuaginta librarũ. Varro aũt talẽtũ. atticũ ait taxari sexdecim sexterciis. plinius in. xxxiii. Ex auctoritate Varronis tradit talentũ egyptiũ põdo octoginta patere. De talẽto attico liuius describens foedus qd̃ cũ antiocho & romanis ictũ est ita ꝓdidit. talentũ ne minus põdo octoginta romanis põderibus pẽdat: erat aũt talentũ euboicũ: qd̃ quattuor milia ualebat denariorũ romanorũ: erat ꝑterea talẽtũ rhodiũ qngentorũ denariũ. Neapolitanũ sex denariũ. syracusanũ triũ denariũ. rheginũ uictoriati. ẽ autẽ uictoriatus nũmus argẽteus uictoriæ nota signatus: & idẽ nomẽ. hic intelligimus attica talẽta nũero qnquaginta fuisse numerataq; singula romanis põderibus pẽdãt octoginta põdo hoc est libras. * Græci uocãt ταλαντον Vñ μολυταλαυκος dictus diues ut docet pollux lib. nono Onomastici. * Eue stigio. statim. M. AN. Corneliũ Dolobellam: duo eodẽ tẽpore: ut Pedianus ait fuerũt Dolobellæ: atq; ambo postulati: 

Victoriatus nũmus qui. sz hunc Cæsar accusauit: quẽ damnare nõ potuit: quanq̃ multi græciæ populi: & testimonia ut Plutarchus scribit: ei detulissent: alterũ. M. Scaurus: qui ut damnaretur effecit. Consularẽ & triumphalem: qui nõ modo consul fuerat: sed triumphũ etiã egerat. Repetũdarũ: pecuniarũ intellige quo nomine pecuniæ. & alia quibus diuitiæ constant: continẽtur: sed siue nomẽ sit: siue aliud duobus casibus: repetũdarum: & repetũdis ueteres plurimum usi sunt. Apollonio Moloni. cui Cicero quoq; ut Plutarchus ait: operã dedit. Pharmacusã insulã: circa carpathum est ea insula: unde & carpathiũ mare. Classe deducta: ex milesio: ut Plutarchus ait: portu in altũ ducta.

PHI. Supplicio afficeret. Cæsar piratas a qbus captus fuerat cũ in potestatẽ suam redegisset q̃m suffixurum se cruci ante iurauerat iugulari prius iussit deinde suffigi: fenestella tamen in secundo epitomatũ prodidit piratas a cæsare decollatos fuisse hoc est securi cesos nõ suffixos patibulo. apud illũ. n. ut ait diomedes inuenitur quemadmodũ Cæsar a piratis captus sit: utq; eos postea cœperit & decollauerit. Ne desidere. cessare & per ignauiã desidẽs & cessator esse.

Auxilia. Auxiliisq; contractis. Auxilia proprie dicũtur sociorũ: sicut legiones ex romanis cõstant. inde scribit uegetius libro. ii. de re militari. auxiliares ex diuersis locis ueniunt: & legionibus semp auxiliat tanq̃ leuis armatura in legione iungebantur ut in his preliandi magis adminiculũ esset q̃ pricipale. inde apd̃ historicos legionarii & auxiliarii discretim produnt. Prouincia expulso. prouinciam intelligit asiam nõ eam: quæ tertia orbis pars significat: sed alterã quã aggrippa determinauit ab oriente armenia minore: ab occidẽde phrygia lycaonia pãphilia: a septẽtriõe ꝓuincia põtica a meridie mari pãphilio. Regiões ãt lõge Ab italia acqsitæ bello ꝓuinciæ dictæ

PHI. Accensus ante illum iret. accensus duas res significat. namq; accensi dicebantur: qui in locum mortuorum militum subrogabantur: ita dicti quia ad sensum adiiciebantur. Asconius accensus inquit est nomen ordinis promotionis in militia: ut nunc dicitur princeps: uel cõmentariensis: aut cornicularius: in alia significatione: accensi ministratores sunt magistratuũ: sicuti Varro Catoq; notificant: & hic accensus ab acciendo dictus: nãq; accensus instar preconis acciebat iussu consulis quirites ad contionẽ. de hoc ministro loquitur Plinius cũ sic ait in septimo. post aliquot annos adiectus est & meridies accenso consulum id pronunciante: erant singuli presidibus prouinciarum accẽsi quod munus nõ nisi libertis deferebat: sicut docet. M. Tullius in epistola ad quintũ fratrẽ asiæ ꝓcõsulem: cuius uerba hæc sunt accensus sit eo etiã numero quo eũ maiores nostri esse uoluerũt. qui hoc nõ in bñficii loco sed in laboris ac muneris nõ temere nisi libertis deferebãt. de hoc accenso nunc intelligit tranquillus scribens Cæsarẽ reuocasse uetus institutũ: ut accensus hoc est minister iret ante cõsulem eo mense quo fasces nõ habebat lictoribus subsequẽtibus.

accensus ante eum iret: lictores pone sequerentur: lege autẽ agraria promulgata obnunciantem collegam armis foro expulit. Ac postero die in senatu cõquestũ: nec quoq̃ reperto q sup tali cõsternatiõe referre aut cẽsere aliqd auderet: qualia multa sæpe in leuioribus culpis decreta erãt: in eã coegit desparationẽ: ut quo ad potestate abiret domo abditus nihil aliud q̃ p edicta obnũciaret: unus ex eo rpe oĩa in rep. & ad arbitriũ administrauit: ut nõnulli urbanorũ quũ qd p iocus

Quod autẽ hic mos fuerint uetus: indicat liuius: qui in tertio de decemuiris: quibus erat imperiũ cõsulare scribens sic ait. eo die penes prefectũ iuris fasces duodecim erant: collegis nouẽ singuli accẽsi apparebant. Pone. aduerbiũ est: & significat post. Virgilius pone subit coniunx. Lictores. cõsul duodecim lictores habebat. inde scribit liuius quattuor & .xx. lictores solitos apparere duobus cõsulibus: procõcluses uero ut inqt oulpianus nõ amplius q̃ sex fascibus utunt: qm̃. S. sex tm̃ lictores ꝓconsul habebat. Ridicula est interpretatio accursii exponẽtis sex fasces. p sex mẽsibus. Lege agraria ꝓmulgata. lex agraria: quæ est de agris uiritim inter plebeios diuidendis: primũ ꝓmulgata est apud romanos a cõsule cassio regnũ affectãte: quæ nũq̃ deinde ut inqt liuis usq; ad hanc mẽoriã sine maximis motibus agitata est. Nãq; dulcedo legis agrariæ animos maxime plebeios capiebat quam gracchi fratres imprimis exercuerunt: & nũc Cæsar legem agrariã promulgauit ut ita fauorabilis esset apud plebem: quæ tamen leges (ut inquit plutarchus) non consuli sed audacissimo tribuno conueniebant cæsari legem agrariam ferenti: honestissimi & præstantissimi in senatu uiri obnixe eefragabantur: & imprimis bibulus collega tunc confugiens ad plebem Crasso quoq; & pompeio auxiliantibus: bibulum foro expulit: legemq; agrariam pertulit q̃ pompeius Grassusq; comprobauerunt: Agrarii homines dicitur a liuio suffragatores legis agrariæ & agripetæ qui petunt ex agrorum diuisione portionem que uiritim dabatur.

Agrarii homines. Agripetæ qui. Obnunciare quid. Leges Cæsaris.

Collegam obnunciantem. quid sit obnunciare scripsimus affatim in libro annotationum: ubi & hic locus tranquilli explicatur. est enim obnunciare rem malam nunciare & proprie (ut inquit donatus) obnunciare dicitur augures: qui aliquid mali hominis scæuũq; uiderint. ergo obnunciantem accipe pro resistẽtem relucrantẽq; legi Cæsaris tribuniciæ magis q̃ consulari tanq̃ imminens quasi malum omen nunciantẽ. inde enim etymologia huiusce uerbi est. De obnunciatione perlege: qui copiosius scripsimus in annotationibus. Foro expulit. bibulus collega Cæsari in cõsulatu impulsus a senatu: ut Cæsaris conatibus obuiam iret: uenit in forum: ubi tumultu exorto fasces & celiqua ipsius bibuli insignia lacerata sunt. & cum bibulus nihil territus iugulum ultro nudatum ferret: ab amicis in proximũ iouis templũ delatus est. & ita bibulo catoneq; e medio sublatis leges a Cæsare perferuntur: in quas tanq̃ optimas & senatus & populus iurare adacti sunt. Auctor appianus. Conquestum coegit in desperationẽ ordo est Cæsar coegit in desperationẽ conquestũ. S. bibulum: qui cum in senatu conquereretur de iniuria sibi a collega Cæsare facta neminem reperit: qui aliquid referre auderet super tali consternatione. qua. S. ipse consul armis & ui foro pulsus fuerat. est autem consternatio concitatio & perturbatio quedam subita ex aliquo metu. a Sternutamento deduci existimat festus quo toto corpore concutimur. Referre uero significat in consultationem ferre quando habet accusatiuũ cũ prepositione ad: liuius eam rem consules rati pernitiosam ad patres referunt. quintilianus non retulit ad matrem non propinquos consuluit non amicos. inde relationes fieri dicuntur in senatu. & maiores nostri (ut ait seneca) in libro de tranquillitate uitæ. Nouã relationem post horam decimam in senatu fieri uetabant. ex relationibus manant senatusconsulta. Quo ad potestate abiret. i. quo ad potestas consularis finiretur.

Consternatio quid. Referre qd. Edicere qd. Edictum.

Per edicta. S. consularia: edicere enim est iubere. Vnde edicta consulum edilium atq; pretorum nuncupantur. inde etiam plautus edictiones basilicas appellat in captiuis. Donatus edicimus inquit iubemus edicta enim imperatoris sunt: Cicero in uerrinis edictũ pretoris annuam legem dicit esse. * Edicta hec Bibuli in cesarem a marco tullio dicta sunt Archilochia q̃si mordacitate iã dicta & maledictis asperioribus referta. * Obnũciaret: obloquerẽ & quasi aliquod malũ omen scæuũq; nunciaret: obnunciatio eni perniciosis legibus resistebat. Vrbanorum facetorũ. nãq; urbanitas cui cõtrariũ est rusticitas significat sermonẽ preferentẽ in uerbis & arte & usu ꝓpriũ quendã gustum urbis: auctor quintilianus in. vi. Demosthenẽ urbanum fuisse dicũt: dicacẽ negãt. Cic. urbanũ. nouum credit esse uocabulũ: q ita scribit ad apiũ pulchrũ. hic ego multa simul cogitaui te hoiẽ: nõ solũ sapiẽtẽ uerũ etiã ut nunc loquimur urbanũ. & de urbanitate idẽ sic ait. addo urbanitatẽ: q est uirtus (ut stoici rectissime putant).

Quid sit urbanitas & quid urbanus.

M. AN. Accensus: publicus minister: sed Varro festus: & Marcellus de accenso aliquit uariant: Pedianus accensus ait est nomen ordinis: & ꝓmotionis in militiã. Lege agraria: qua omnẽ ferme cãpanũ agrũ populo diuidebat: & extra sortem cãpũ stellarem optimã eius agri partẽ. xx. m. ciuiũ quibus tres liberi essent. Polybius stellatẽ campũ in quẽ quũ Hannibal ducis errore uenisset a Fabio pene interclusus est cãpanũ agrum interpretatur.

Obnunciantē:perniciosæ legi:ut Asconio placet resistentē:sed augures obnūciare dicebant quum aliquid mali hominis nunciarēt.i.scæuū:& dirū quidā:hinc tribunitia lex illa.P.Clodii nequis de cœlo seruaret p eos dies quibus cum populo agi liceret:qua rogatione fusiam legem:& ęliam propugnacula & muros tranquillitatis & ocii constat sublatas. Lex enim ælia obnunciationē ut Asconius scribit:confirmarat:quæ omnia ad publica decreta aut comitiorū euentus rogationesq; impediendas ptinebant:ergo obnunciantē infaustis denunciationibus remorātē. Consternatione:quod ro.consul ex publico ui pulsus fuisset. Referre in consultationē ferre. Censere:sententiā dicere hoc ad uindictā decernendā illud ad inuidiā faciēdā attinet. Potestate:magistratu dignitate. Per edicta:p libellos quibus Cæsari plura cōtra auspicia molienti identidem obnunciando resisteret. Vrbanorum facetiis & iocis scatentium.

restandi gratia signarent: non Cæsare & bibulo:sed Iulio & Cæsare consulibus actum scriberent:bis eundem præponētes nomine atq; cognomine:utq; uulgo mox ferrenē hi uersus. Nō bibulo quicq̄ nuper sed Cæsare factum est. Nam Bibulo fieri consule nil memini. Campum stellarem maioribus consecratum:agrumq; cāpanum ad subsidia reipu. uectigalem relictum diuisit extra sortem: ac uiginti milibus ciuium: quibus terni pluresq; liberi essent. Publicanos remissionem

PHI. Signarent. scriberēt:notarent. Vnde resignare p rescribere antiqui usurpabant: sicut subsignare pro subscribere alias signare significat anulo signa imprimere Vnde resignare p signata recludere:interdū signare est pecora signis notare a signo signator dictus. Sed iulio & Cæsare cōsulibus actum maiores nostri quotiens aliquid aliquo anno actū esse significare uolebāt id a noibus consulū significabāt. Verbi causa. Marco Cicerone &.C.antonio consulibus detecta est Catilinæ coniuratio: crasso pompeioq; consulibus natus est Virgilius. Igitur cum Cæsar solus rem pu.administraret bibulo domi se continente: faceti quidam & dicaces.significare uolentes aliquid actum esse illo Cæsaris & bibuli consulum anno.bibuli nomen prætaeribant ita scribentes iulio & Cæsare consulibus.tanq̄ iulius Cæsar uicem impleuisset duorum consulum.

Resignare

Subsignare

Campum stellatem. Cicero in dissuasione legis agrariæ contra seruilium rullum mentionem facit campi stellatis: quo uiritim diuiso dimiuutio fiebat uectigalium publicorum:nāq; ager campanus ac stellatis subsidiū erat belli fundamentū uectigaliū.horreū regionū. Solatiū annonæ. Cāpū aūt stellatē in agro. Cāpano fuisse docet liuius:cuius uerba hæc sunt ex libro.ix.ab urbe cōdita.eodem anno in cāpū stellatē agri cāpani sannitiū incursiones factæ.silius quoq; in.xi.punicorū.stellatesq; docent cāpos cererēq; benignā. hūc Cæsar diuisit una cū agro cāpano q̄uis esset cōsecratus & religiosus:ut cōsecratū a maioribus intelligas dicatū diis & factū religiosum:a ueteribus romanis:ut olim ager tarquiniorum a priscis fuit cōsecratus marti martiusq; deinde campus dictus. & ita maioribus erit septimus casus: si uero sit datiuus casus : intelliges campum stellatem fuisse consecratum maioribus. idest ut esset subsidiū publicū & tributarius rei.pu.uel q possideret a patriciis.de agro possesso a patriciis mētio est apud liuiū in tertio. Vectigalē. uectigal tributūq; rei pu.pendētē. uectigales appellamus puincias agros & hoīes: q uectigal & tributa psoluunt. alio nomine stipendiarii dicuntur. liuius. utrum hannibal hic sit emulus itinerum herculis ut ipse fert an uectigalis stipendiariusq;:& seruus po. ro. a patre relictus. publica autē uectigalia intelligere debemus (ut inquit uulpianus) Ex quibus uectigal accipit fiscus. interdum uectigalia redditusq; priuatos significant: cum publicos quidam tantūmodo significare tradiderint:sicuti docet porphirio enarrans illud oratianū. Ego uectigalia magna diuitias habeo tribus amplas regibus:& Cicero inquit:nō intelligunt homines q magnū uectigal sit parsimonia. Et mox tenui uectigali Detractis sumptibus cupiditatis aliquid etiam redūdabit. Viginti milibus ciuiū cæsar ut auctor est appianus agros q circa capuā cæteris uberiores habebaē diuisit patribus: quibus triū liberorū ius esset:quippe ad uiginti hominū milia in unum uenerāt:qui liberorū triū alimoniā ultro deposcebant.

Cāpus stellatus.

Vectigalia publica.

Quibus terni liberi. apud ueteres romanos:q tres liberos habebat hic uocationū priuilegio erat decoratus:& ut auctor est dionysius in tertio lex lata fuit ppter illos tergeminos oratios Imperii ro. ppagatores:quæ iubet his q bus tergemini sint filii alimēta puerorū de publico dari. Donec puenerint ad pubertatē:Martialis grās agit imperatori domiciano. quod sibi roganti ius triū natorū concessērit scribunt tamen iurisconsulti titulo de uacatione & excusatione munerū:q̄uis quis tres filios incolumes habeat:nō tamē eum a muneribus ciuilibus propter hoc liberari.& alibi dicit papinianus. in honoribus delatis neq; maior annis septuagintaquinq; neq; pater numero quinq; liberorum excusantur. Liberi. appellatione liberorum antiqui scriptores etiam unum filium filiamue appellauerunt. & apud iurisconsultos titulo de testamentaria tutela:scriptū legimus appellatione liberorū nepotes quoq; contineri:titulo quoq; de uerborū significatione sic inquit calistratus iurisconsultus. liberorū appellatione nepotes & pronepotes cæteriq;:qui ex his descendunt continenē: hos enim oēs liberorū appellatione cōprehendit lex xii. tabularum. Publicanos. publicani dicuntur uectigaliū publicorū cōductores:& ut inquit uulpianus publicani sunt qui publico fruuntur:nā inde nomē habēt & oēs:qui quid a fisco cōducunt recte appellanē publicani Iulius firmicus tradit mercurium in horoscopo constitutum facere prepositos conductionum & uectigalium:quorū ordo olim romæ fuit potentissimus:& aliq̄diu tertiæ uires fuere in romana re.publica quando auctoritas iudiciaria sedentionum euentu circa publicanos substitit. auctor plinius in.xxxiii. Refert Cicero in epistola ad quintum fratrem didascalica:ordinem publicanorum de ipsis optime meritum & per ipsos cum re.pu.fuisse coniunctum; & paulopost:nomen publicani inquit neq; hi debent horrere. qui semper uectigales fuerunt.

Liberi.

Publicani.

M.AN. Quid signarent:scriberent notarent in hunc enim sensum ueteres accepere:signatores tabulis testamentariis aut dotalibus plurimum adhibebantur. Iu. Signatæ tabulæ:& alibi prior ille signabit. Ferrentur:uulgarentur. Bibulo consule consuli Bibuli auctoritate.

petentes tertia mercedũ parte releuauit: ac ne in locatiõe nouorũ uectigaliũ immoderatius licitarentur propalam monuit. Cætera item quæ cuiq; libuiſſent dilargitus eſt contradicente nullo: ac ſi conaretur quis abſterrito. Marcum Catonem interpellentem extrahi curia per lictorem: duciq; in carcerem iuſſit Lucio Lucullo liberius reſiſtenti tantum calumniarum metum iniecit: ut ad genua ultro ſibi accederet: Cicerone in iudicio: quodam deplorante temporum ſtatum: Publium Clodium inimicum eius fruſtra iam pridem a patribus ad plebem tranſire nitentem eodem die horaq; nona tranſduxit. Poſtremo in uniuerſos diuerſæ factionis

Campũ ſtellatem: de ſtellate cãpo proxime dicimus. Maioribus cõſecratum a maioribus: quod moris fuerit campos conſecrare Liuius docet qui exactis regibus Tarquiniorũ agrum Marti ait conſecratũ: ſed conſecratio ipſa eo tendebat ut inuiolabilis eſſet: nec quiſq̃ locũ ipſum aut ocupare auderet aut aliis occupandũ ꝓponere q; omni neglecta religione Cæſar fecit. Agrũq; cãpanũ: quæ p.i. ut Polybii conueniat interpretatio. Cãpanũ tamẽ agrum publicatũ fuiſſe poſt capuã receptã: factũq; rei publicæ uectigalem. Liuius eſt auctor: in hoc igitur maieſtas in illo religio uiolata eſt. Vectigalem: ut uectigal rei pu. penderet uectigales agri ut Paulo iureconſulto placet dicunt qui in ꝑpetuũ locant hac lege ut q̃diu ꝑ his uectigal pendant iis qui cõduxerũt aut qui illis ſucceſſerunt auferri nõ poſſit. Publicanos: publicorum uectigalium conductores.

PHI. Tertia parte. appianus in ſecũdo Cæſar nihil ſenatu indigẽs uerum ſolo populo cõfiſus tertiã tributorũ partẽ remittendã cenſuit equitibus: qui ob uectigalia inſtiterãt apud ſenatũ ut tributorum onera ex aliqua parte releuarent. Quod autẽ ordo equitum ſit idem ordo publicanorũ docet plinius in. xxxiii. Immoderatius licitarent. ſolent ſæpe publicani publica male redimere quãdo licitatio uectigaliũ calore licitantis publicani ultra modũ ſolitæ conductionis inflauit: ut auctor eſt paulus iuriſcõſultus. liceri autẽ & licitari eſt præciũ deferre in uenditione ſiue cõductione facienda. inde
Liceri licitatores dicti: qui pro re emendam conducenda ue precium alius alio maius pollicentur: hinc exiit illud cicero-
Licitari. nianum preceptũ ex libris officiorũ. nõ licitatorẽ uenditor. nec cõtra ſe qui liceat emptor apponet Senſus Suetonii
eſt Cæſarẽ admonuiſſe publicanos ne ſupra modũ offerrent preciũ in conductione nouorũ uectigaliũ: q̃m id foret
illis detrimẽtoſum. licitatores uectigaliũ ut teſtantur iuriſconſulti ad iterandã conductionẽ anteq̃ ſuperiori cõductio-
ni ſatiſfaciant admittendi nõ ſunt. Si conaretur quis. ſi aliquis tentaret cõtradicere. Catone interpellantẽ. cæ-
ſar conſul. mar. catonẽ ſententiã rogauit: cato rem quã cõſulebatur. q̃m nõ e repu. uidebatur perfici nolebat eius rei gra
tia ducendæ longa oratione utebatur eximebatq; dicendo diem: tum cæſar uiatorẽ uocauit eũq; cũ finem nõ faceret
prẽhendi loquentẽ & in carcerẽ duci iuſſit ſenatus reuerentia uiri motus cõſurrexit & ꝓſequebatur catonẽ in carcerẽ;
De catone quo facto cæſar deſtitit & mitti catonẽ iuſſit. auctores gellius: & capito in libro de officio ſenatorio. interpellantem
in carcerẽ dicimus interfantẽ interrũpentẽq; alterius ſermonẽ: uel actioni ſe alterius interponentẽ. Seneca dictũ fuerat ne in-
miſſo. terpellares. inde interpellatores dicti qui impediunt interpellantq; aliquid actũ ãtẽ dicentẽue. Cicero in litteris ſine
Interpella- ullo interpellatore uerſor. Aſconius pedianus in interpretatione uerrinarum. Interpellare inquit eſt mediã alterius
re quid. orationẽ interrũpere: uel actioni ſe alterius interponere. Lucullo liberius reſiſtenti. Lucullus & Cato una cũ Bibulo
cæſaris collega eiecti expulſiq; ſunt dũ cõtra ꝓmulgationẽ cæſaris legũ intercedere conantur; auctor plutarchus.
Calũniarũ metũ. criminationẽ: calũniari eſt falſa crimia intẽdere. & calũniatoribus pœna lege rhemia irrogatur
Calumnia ut ſcribit marcianus iuriſcõſultus ad ſenatuſcõſultũ turpilianũ. Calũniari græce dicitur συκοφαρτισ τεα. Vnde
ri quid. ſycophantę Calũniatores nũcupari qui interdũ ꝑ doloſis & fallacibus accipiuntur. ſicut ſicophãtias. plautus uſur
Lex rhemia pat ꝑ fallaciis & dolis uafriciiſq;. ſed de ſycophanta plura alias. Ad genua accederet: accedere ad genua ſuppli-
Sycophãte care eſt namq; genua auctore plinio ſupplices attingunt ad hæc manus tendunt: hæc ut aras adorant. ineſt enim ge-
qui. nibus hoĩs quædam religio ex obſeruatione gentiũ. Cicerone deplorante ſtatum tẽporũ. Cicero cum. C. anto-
Accedere nium collegam ſuũ defenderet in iudicio queſtus eſt quædam de re pu. circiter horam diei ſextam. hæc cũ homi-
ad genua. nes improbi ad cæſarẽ detuliſſent hora nona illo ipſo die: Publius clodius a. C. fonteio adoptatus eſt legibus præ
uaricatis: hoc legimus in orõne mar. tullii: quæ inſcribitur ꝑ domo ſua ad pontifices: hoc nũc ſignat tranquillus.

M. AN. Tertia mercedum parte: de hac largitione Appianum ſenſiſſe exiſtimo qui ſcripſit Cæſarem primo ſuo conſulatu tertiã tributorũ partem equeſtri ordini remiſiſſe: ſed hic tertiã mercedũ partẽ: in cõducendis intellige uectigalibus pactarũ. Immoderatius licitarentur. immoderata præcipitiq; licitatiõe cõducerẽt. Interpellãtem: eius uerba interrũpentẽ: aut certe ipſa acta impedientẽ: eſt enim Interpellare pediano auctore mediam alterius orationem interrũpere: uel actioni ſe alterius interponere. Duci in carcerem: plutarchus auctor eſt: cum ſenatus omnis catonẽ tractũ ſequeretur Cæſarem auctorem tri. ple. fuiſſe: ut illum lictori eximeret. L. Luculo. Idem auctor eſt. catonem: & Lucullum ſe comites: Bibulo obtuliſſe: quum in forum ueniſſet: conſilio Cæſari collegæ reſiſtẽdi: atq; ita accidiſſe: ut conſulari maieſtate uiolata fractis faſcibus ipſi cum ignominia foro pulſi ſint. Liberius: minus timide. Calumniarum: criminationum. In iudicio quodam: cauſæ actione. Temporum ſtatum:
qualis fuit uox illa eiuſdem. in primo inuectiuarum. o tempora o mores: Appianus. clodium tribunum ad cicero-
locus cice- nis inſidias inſtructum ait quod ille trium uirorum conſenſum ad monarchiam aſpirantium palam improbaret.
ronis clodi Clodium: inimicum: Appianus: & Aſconius auctores ſunt: unum ex Clodii accuſatoribus Ciceronem fuiſſe hic
us emit do ſorte ductum ſcribit: ille uero electum: Plutarchus teſtimonium ait a Cicerone in Clodium delatum.
mum. C. L. PHI. A patribus ad plæbem ex patricia familia in plæbeiam erat enim clodius ex ea familia claudia: quæ pa
milibus ſe- tricia erat appellabaturq; pulchrorum: hinc cicero mordaciter ſimul & feſtiuiter clodiũ pulchellũ uocat: clodius
ſtertii. is habitauit in domo empta ſeſtertiis. C. L. milibus: qđ plinius magis mirũ ducit q̃ regũ inſaniam.

Inductum premiis. L. uectius uir popularis in senatu confessus est se cum telo fuisse: Cneoq; pompeio & cæsari suis manibus necem afferre uoluisse: qui auctores & impulsores & socios habuisse se sceleris ipsius dixit: bibulũ: ciceronem: catonem: lucullum: cæterosq; quid id temporis erant lumina romanæ rei pu. Idem professus est se pugionem: quo id facinus perpetraret accepisse a scriba bibuli caio septimo. quod totum negotium cum machinatore & architecto uatinio: qui cesarianus erat subornatum fuisset: fit senatus consultũ: ut. L. uectius index in uincula coiiceretur: cui uatinius in carcere ceruices fregit. ne quod indicium corrupti indicis extaret. historiam refert appianus in secũdo. sed copiosius cũcta perscribuntur a mar. tullio in oratione cõtra uatinium testem. cuius rei etiam luculenta ab eodem mentio fit in quadam ad atticum epistola. nunc tranquillus ait cæsarem ueneno necasse indicem hunc. L. uectium: cum desperaret euentũ rei. & hic est ordo. cæsar creditur intercepisse ueneno indicem inductum præmiis in uniuersos diuersæ factionis eos. s. qui diuersa a cæsare sentiebant: bibulũq; & rei publicæ partes tutabantur. Sollicitatum a quibusdam uidelicet a bibulo curione: catone: lucullo: cicerõe: reliquisq; quos enumerat. M. tullius ĩ oratione contra uatinium. Productusq;. s. a cæsare atq; uatinio ex ɔpacto. put subornatus: instructusq; fuerat a uatinio: In hanc sententiã ait Cicero scribens in uatiniũ. cũ. L. uectiũ in cõtionem ꝑduxeris indicẽ in rostris in illo augurato tẽplo ac loco collocans ibi indicẽ. L. uectiũ linguã & uocẽ suã sceleri & mẽti tuæ ꝓbere uoluisti. & paulo infra. cũ iá uectius ad arbitriũ tuum perorasset & ciuitatis lumina notasset descendissetq; pro rostris: eum repente reuocares: colloquerere po. ro. uidente: deinde interrogares ecquosnam alios posset noĩare: Inculcaris ne etiam ut. C. pisonem generum meum nominaret. Idem in epistolis ad atticum scribit uectiom a cæsare in rostra productum: ubi omnia quæ ille uoluit de re pu. dixit: & qui illuc factus institutusq; uenisset: luculum. C. faniũ domitium nominauit: ciceronem uero non quidem nominatim appellauit: sed dixit consularem disertum consuli uicinum sibi dixisse halã seruiliã aliquem aut etiam brutum opus esse reperiri.

Cæsar. L. uectiũ ueneno intercepit.

Induerũ præmiis: ut se de inferẽda Põpeio nece sollicitatũ a qbusdã ꝓfiteret: ꝑductusq; ꝓ rostris auctores ex cõpacto noiaret. Sed uno atq; altero frustra: nec sine suspitiõe fraudis noiaris desꝑerás tã præcipitis cõsilii euẽtũ intercepisse ueneno indicem creditur.

De Calphurnia uxore recepta & filia Iulia Põpeio tradita.

SVb idẽ tps Calphurniã. L. Pisonis filiã successuri sibi in cõsulatu duxit uxorẽ: suãq; Iuliã Cneo Põpeio collocauit: repudiato priore spõso Seruilio Cepiõe cui⁹ uel præcipua opa pauloante Bibulũ ĩpugnauerat. Ac post nouã affinitate Põpeiũ primũ rogare sentẽtiã cœpit: quũ Crassũ soleret. essetq; cõsuetudo ut quẽ ordinẽ interrogãdi sẽtẽtias cõsul calẽdis ianuariis instituisset: eũ toto ãno cõseruaret.

De impio galliarũ ei cõcesso post cõsulatum.

SOcero igitur generoq; suffragãtib⁹ ex omni prouinciarũ copia gallias potissimũ elegit: cuius emolumento & opportunitate idonea sit materia triũphorũ: & iitio qdẽ galliã cisalpinã: illirico adiecto

Intercepisse: De medio sustulisse: alias intercipere significat totũ capere: ut scribit donatus enarrans illud terentianũ ex eunucho: quod nos capere oportet hæc intercipit: a plauto dictum est interbibere: quod significat totum bibere. Indicem. L. uectiũ: qui & index a cicerone dicitur. Repudiato priore sponso. cæsar ut magis magisq; ex põpeii potentia floresceret: filiã suã iuliã illi despondit desponsatã antea seruilio cepioni: asserens se pompeii filiam seruilio præbiturum: quæ & ipsa iam fausto syllæ filio fuerat desponsata: ipse uero calphurniam duxit uxorem: quem successurum sibi in consulatu consul ipse creauerat: uociferante multum catone rem intolerandam esse: quod præturæ ac imperia per nuptiarum lenocinia uenditarentur. Pompeiũ primum rogare sententiã: Ordo rogandi sentẽtias in senatu romano uarius fuit: alias primus rogabatur: qui a censoribus princeps in senatum lectus fuerat alias qui designati consules erant: quidam e consulibus studio aut necessitudine aliqua ducti quem iis uisum erat honoris gratia extra ordinem sententiam primũ rogabant Caius cæsar in consulatu quattuor solos extra ordinem rogasse sententiã dicitur. Ex his quattuor principẽ rogabat. M. crassũ: sed postq̃ filiam Cn. pompeio desponderat primũ cœperat pompeium sententiam rogare. auctor gellius in. iiii.

Intercipere quid.

Ordo rogãdi sentẽtias

Calendis ianuariis. principio anni: quo consulatum inierant: M. AN. A patribus: ad plæbẽa patricio ordine ad plæbeiũ: nã Claudiorũ familiæ duæ fuere: Patricia qua claudius erat ortus: altera plæbeia. Hora nona: forensibus. s. actionibus aliena. Mar. de ciuilibus officiis: Exerceret raucos: tertia causidicos. & mox ibidẽ. im parat extructos frangere nona toros: Plutarchus meridiem scribit finẽ multis fuisse rei pu. ob id magistratũq; ro. post eã horã fœdus facere non consuesse rati credo meridianũ tempus rite publicis actiõibus minime accõmodatum. Traduxit: ea traductio ꝑ adoptionẽ est facta: nã plæbei homini se Clodius adoptãdũ dedit. Vbi uero: & ꝑ quos adoptatio fieret gellius docet. Induciũ. immissũ: sed melius ꝑsuasũ. Lucilius: huius ego animũ si inducor: uel inductũ: fallaciis qbusdã: & illecebris deceptũ: ut idem. Miserũ senẽ sirenũ cantu inductũ: Appianus. Vectium hunc fuisse ait: hominẽ plæbeiũ: sed ille nequi Cæsarem in Catilinæ cõiuratione apud Nouiũ quæstorẽ nominauit: an alius: incõpertũ habeo. A quibusdã: Bibulo: Catone: & Cicerone: ut idẽ auctor ait. Indicẽ: Vectiũ Intercœpisse: sustulisse. Calphurniã: quã Appianus in operto bonæ deæ a Clodio adulteratã falso tradidit. Seruilio. Cepionæ: apud Plutarchũ: & appianũ mendose scipio pro Cepione legitur. Rogare: sententiam: qui mos rogandarum sententiarum a consulibus seruaretur. Gellius perspicue demonstrat.

PHI. Socero. pisone. Genero: pomp. Suffragantibus. fauentibus. Idonea materia triumphorum in hanc sententiam scribit liuius lib. xxxviii. plures de gallis triũphos actos esse a romanis: q̃ de toto orbe terrarũ.

lege uarinia accepir: mox per senatum comatam quoq uerItis patribus ne si ipsi negassent populus & hanc daret: quo gaudio elatus non temperauit: quin paucos post dies frequenti curia iactaret inuitis & gementibus aduersariis adeptum sequæ concupisset: deinde ex eo insultaturum omniũ capitibus: ac negante quodam per contumeliam: facile hoc ulli fœminæ fore respondit: quasi alludens in Assyria quoq regnasse Semiramim: magnamq Asiæ partem Amazonas tenuisse quondam.

De accusatione gestorum consulatus eius. CXXIII.

Diuisio galliæ transalpinæ comatæ.

Celtæ unde.

Lege uatinia. uatinius qui fuit infestus ciceroni: quẽ tribunũ fecit cæsar legem tulit in tribunatu: ut cæsari in quinquẽnium galliarum puincia una cum illirico demãdaretur. Comatam quoq: gallia transalpina omnis cõata uno nomine appellatur quam in tria populorum genera luculenti scriptores diuiserunt: belgicam celticã & aquitanicã: quæ aremorica ante dicta est. Augustus uero quadrifariam diuisit addita lugdunensi prouincia Apd' Amianum marcellinum gallia minutatim dispartita est in multiiugas prouincias: utpote qui primam & secundam lugdunensem & primam & secũdam aquitanicã faciat. Gallos celtas nomine regis dictos & ab eius matris uocabulo galatas sermo græcus appellat.

Comata unde.

Gallia cisalpina togata dicta.

Narbonensis uero prouincia appellatur pars galliarum bracchata ante dicta a genere uestium: de quibus infra suo loco dicetur. a coma capillitioq: comatam dici creditum est: quia natio illa erat intonsa. Plinius in. xi. in capite cunctorũ animaliũ homini plurimus pilus: iam quidẽ promiscue maribus ac fœminis. apud intonsas utiq gentes atq etiam nomina ex eo capillatis alpiũ incolis galliæ comatæ. ad hoc allusit lucanus illo uersu: Crinibus effusis toto prelatæ comatæ. Cisalpina uero togata gallia cognominatur: ut auctor est plinius in tertio & indicat martialis illo uersiculo: gallia romanæ nomine dicta togæ. Frequenti curia. i. cum senatores frequentes essent in curia. Senatoribus enim qui cum in senatu uenire deberent non adessent mulcta indicebatur: pignus quoq interdũ capiebatur ut docet marcus uarro in litteris quas ad opianicum dedit. illud adde q senatus consultum si factum esset: nisi in loco per augures cõstituto: quod templũ appellatur iustum non erat. Curiarum duo genera romæ fuerunt: nã locus ubi senatus rẽ pu. curat curia dicitur: & ubi cura sacrorum tractatur curiam appellamus. ab his curiones dicti: de quibus affatim scripsimus in annotationibus: curia non solum pro loco: sed pro hominibus accipitur. Luci. Victo iure minax iactat curia gracchis. Insultaturum. insiliturum irrisurumq iniuriosius. est enim insultare: ut ait seruius in. x. commentario irridere inimicos: & ut addit nonius aliquid iniuriosis dicere. dicimus autem insulto tibi: licet Salustius dixerit multos ab adolescentia insultauerat. alias insultare significat insilire. maro. insultare solo. Fœminæ fore contumeliose femina appellatus est cæsar tanq̃ effœminatus: & omniũ uirorum mulier. Quasi alludens: alludere est ea dicere: quæ ad alium sensum referuntur. Virg. Nec plura alludens: ea uox audita laborum prima tulit finem. Sic cæsar symbolicos & per quandã quasi allusionem intelligi uoluit se quoq quã fœminam dictitabant regnare posse: cum fœminæ amazones semiramisq regnauerint. Semiramim. historia semiramidis nota est monumentis latinorũ græcorũq cõditorũ. quæ dignas memoratu res gessit. babylona condidit: indis bellum intulit quã alexander magnus auctore Curtio imprimis admirabatur: Eadem impudica & mollis fuisse traditur: utpote quæ filii cõcubitum expetisse dicatur: & equum adamasse usq ad coitum Semiramis lingua syria autem significat: namq ab auibus adhuc infans nutrita fertur. quidam fabulabantur ut inquit diodorus semiramim in colũbã fuisse conuersam: ex quo factum est: ut syrii colũbam tanq̃ deam colant immortalẽ reginam arbitrati. hinc a tibullo dictum uester Alba palestino sancta colũba syro & ut auctor est philo iudæus: lege apd' assirios colũbarũ usus erat prohibitus. Amazonas tenuisse. de amazonibus: quæ in asia olim regnauerunt affatim scripsere: Iustinus. curtius: herodotus. strabo: plutarchus: aliiq pene innũerabiles: illd' adde duplices fuisse amazonas: alteras circa thermodõta flumẽ in regiõe pontica regnasse: alteras in africa floruisse quæ libyæ ob id dñr: de qbus scribit diodorus li. iiii. bibliothecæ: quæ oli aduersus gorgonidas exercitũ duxere fœminas: easq acriter pliãtes occiderũt. dictæ sũt amazões eo q mãmis careãt: q̃s græci μαστους appellãt. mos. n. amazõibus ẽ inurere infãtiũ mãmas dextiores: ne ĩpedimẽto sint ad pugnã pferẽdã: & ne sagittarũ iactus ĩpediat. Securi pria iuenit pẽthesilea amazonũ regina (ut iqt plinius) uñ ab ouidio dictũ ẽ. thermodõtiaca malles cecedisse securi: hoc ẽ amazõia. Idẽ alibi securigeras appellat puellas amazõas. * Illud adde nõ ĩdignũ meõratu qd' stephanus bizãcius refert uidelicet Amazonas appellatas eẽ sauropatidas παρα το σαυρας πατειν και εσθιειν q lacertĩ uescerẽt q̃s græci uocãt σαυρας *

Curiarum duo genera ab his curiões nũcupati.

Insultare quid.

Alludere quid.

Historia semiramidis

Semiramis auis.

Amazones duplices.

Amazões unde.

M. AN. Socero: pisone. Genero: Põpeio. E molumẽto & oportunitate: ut hoc ad bellorũ materiã: illd' ad pdæ opulẽtiã referas. Illyrico. Appianus auctor ẽ ab Illyro polyphemi filio illyricũ noiarũ: q̃ lõge: lateq eius fines spatiarẽtur olĩ: idẽ auctor. Pliniusq: & Strabo docẽt. Lege: uatinia: Vatinii. tri. pl. rogatiõe: is cũ. P. Clodio tribunus fuit. Comatã: galliã: græci gallos: celtas uocãt: gẽs ois triplicẽ pritionẽ sortita ẽ: comata gallia quæ pyreneis iugis rheno oceano: & gehẽna cõtinetur: a cultu credo capillorũ: ẽ dicta: Altera brachata: quæ & narbonensis ad gallicũ mare internũ obuersa: & ipsa a: barbarico bracharũ cultu: ẽ eñ bracha indumenti genus: quo gens peculiariter ẽ olim usa: unde illd' apud eũdẽ: galli brachas in curia deposuerũt. Vopiscus: Gallicis inquit brachis ornatus Tetricus in triumphum est ductus: & Lampridius: Alexandrum quoq pricipem tradit inter militaria uestimẽta brachas donasse. Tertia togata: a toga quidem hæc dicta intra apenninum & alpes: & anconem usq propagata. Vlli fœminæ: ad impudicam eius adolescentiam refertur.

Quasi: alludens: oblique demonstrans sibi quoq q̃q mollitur semyramidi: & amazonibus ad regnum uiã aliquo modo patere posse. Semyramidẽ: de eius regno: Trogus & Herodotus multa: sed diodorus omnino plura. Amazones: de his quoq idem trogus Plinius & Strabo.

PHI. Functus consulatu. Fungi agere est: defungi peragere (ut inquit Ahretius gramaticus) inde defūctos dicimus mortuos: qui munia uitae peregerunt. & defunctos periclis liberatos & fūctū magistratu: q peregit magistratum. De superioris anni actis: referebant ad senatum pretores ut cæsar rationem redderet earū rerum: quas superiore anno: hoc est in suo consulatu gesserat: multa enim gessisse credebatur aduersus leges & auspicia. Cognitionē detulit. ut senatus cognosceret de actis suis. i. de his rebus: quas gesserat in consulatu: & mox diiudicaret recte an perperam acta forent. Nec illo suscipiente. i. cum senatus talem cognitionem suscipere recusaret. — Fungi. Defungi.

FVnctus consulatu Caio Meminio: Lucioq; Domitio prætoribus: de superioris anni actis referentib⁹ cognitionem senatui detulit: nec illo suscipiente tri duoq; per irritas altercationes absūpto in ꝓuinciā abiit: & statim quæstor ei⁹ in præiudiciū aliquot criminib⁹ arrept⁹ est. Mox & ipse a. L. Antistio tri. ple: postulatus appellato demū collegio obtinuit. cū reip. causa abesset reus ne fieret Ad securitatē ergo posteri temporis in magno negocio habuit: obligare sēp annuos magistrat⁹: & e cōpetitorib⁹ nō alios adiuuare: aut ad honorē pati peruenire: q̄ q sibi pepigissent propugnaturos absentiā suam: cuius pacti nō dubitauit a quibusdā iusiurādū: atq; etiā Syngrapham exigere.

De Domitio minante Cæsari: & gestis per eū in gallia.

CXXIV. Sed cū. L. Domitius cōsulatus cādidatus palā minarēt

Altercationes. criminationes & inficiationes clamosas: altercatio enī cōstat aut in intentione aut depulsione ut docet quintilianus in. vi. Quæstor arreptus in preiudiciū. apud quintilianū caput est in. v. de præiudiciis: quo declaratur præiudicia uersari in rebus: quæ aliquādo ex paribus causis sunt iudicatæ qualia preiudicia in opianicum a cicerone facta dicuntur in oratione ꝓ cluentio: & ut inquit eleganter asconius (preiudiciū dicit res: quæ cum statuta fuerit affert iudicaturis exemplum: quod sequantur.) Iudicium autem res: quæ causam litēq; determinat. Postulatus. accusatus Appellato collegio. s. tribunorūq; appellat (ut inquit Vlpianus) maiorē iudicē dēt appellare. dicimus appello principem & ad principem. Reus ne fieret. hoc est ne accusaretur dū absens esset ob causam cōmodūq; rei pub. reū fieri nihil aliud est nisi apud pretorem legibus interrogari: ut docet asconius: reos autē. M. antonius orator apud Ci. appellat: non eos modo: qui arguuntur: sed omnes quorū de re disceptatur: sic enim olim loq̄bātur. — Altercatio. Præiudicium quid. Iudicium. Reum fieri Reus qui.

Obligare. sibi obligatos obnoxiosq; efficere aliquo beneficio. Adiuuare q̄uis cæsar esset in gallia tamen plurimū iuuare poterat eos: qui romæ magistratus petebant: partim per epistolas: partim per amicos suffragatores.

Cuius pacti. illius pactionis intellige: qua competitores magistratuū pepigerant se defensuros absentem cæsarem. Syngraphā exigere. inter syngraphas & cætera chirographa hoc interest: q in cæteris tantum: quæ gesta sunt scribi solent: in syngraphis: etiam cōtra fidem ueritatis pactio scribitur: & nō numerata quoq; pecunia: aut nō integre numerata pro temporaria uoluntate hominū scribi solet auctor asconius. syngrapham intelligit trāqllus chirographum propria eorum qui pasciscebantur manu scriptum: in quo talis pactio scripta erat ne uidelicet inficiari possent: fit mentio syngraphæ a symacho in epistolis per quandam quasi catholicam sententiam sic scribente. Fides amicitiæ syngrapham non requirit. De syngraphis crebra est apud Ciceronem usurpatio. Consularis candidatus. corrigendum est consulatus. candidati autem consulatus petitores dicūtur: propterea q qui magistratum petebant in toga candida id factitabant: hoc ideo fieri existimat plutarchus in problemat: ut magistratu dignos non genere: non diuitiis: non gloria: sed uulneribus & cicatricibus indicarent: quæ ut ab his conspicerētur: quos ambiendo prensabant in toga candida ad petendum descendebant: uel quia corpus nudando ac seipsos submittendo: ita populum captabant. mendosus est plutarchi codex impressus. nam sine toga hoc solitum fieri a candidatis scribit: quod falsum esse uel unica ciceronis oratio apte demonstrat: cui titulus est in toga candida: quā dixit in senatu in petitione consulatus: olim tribuni. legem promulgarunt: ne cui album in uestimentū addere petitionis causa liceret. sicuti tradit liuius in. iiii. ab urbe condita. Inde per quandam decoram translationem candidatos dicimus petiores aliarum quoq; rerum: sicuti a quintiliano candidatus eloquentiæ. a plinio in panegyrico candidatus gloriæ & immortalitatis. A hieronymo candidatus fidei elegantissime nuncupatur. q̄ essent artes petitoriæ. hoc est candidatorum docet mamertinus in panegyrico: cuius uerba subieci. quis ignorat tunc quoq; cū honores po. ro. suffragiis mandabantur multos fuisse candidatorum labores: ediscenda omnium nomina tribulium: homines singuli salutandi. prehensande obuiorum manus: omnibus arridendum: multaq; alia propter honorem adipiscendū agenda: quæ alias uirum honore dignum facere non deceret: consulatus autem non consularis legendum est ut sit patrius casus hoc est genitiuus qui iungitur cum hoc nomine candidatus; sic enī loqmur. candidatus quæsturæ: preturæ. consulatus. i. qui petit quæsturam preturam consulatum. Quod si consularis legas significabitur petitor qui olim fuit consul: sicut a cicerone in oratione pro murena pretorius & consularis cādidatus dicuntur: quorum alter iam fuerat pretor. alter consul. & ambo erant cōpetitores. Sed neq; hec lectio neq; hæc expositio cōgruit sententiæ tranquilli. * Potest tn̄ legi cōsularis candidatus pro ꝯsulatū petēte / sicut. M Tullius dixit ire obuiam ꝯsulari canditato pro consulatum petente & ita indifferenter dici poterit Consulatus cādidatus & cōsularis candidatus pro petitore ꝯsulatus. Item cādidati ꝯsulares quattuor oēs. rei. * — Syngraphæ. Chirographa. Candidati qui. Correctus plutarchi locus. Labores cādidatori.

M. AN. De actis: de his: q Cæsar supiore anno cōsul egisset: an ꝓ ratis habēda essent: seu rescidēda potius. Detulit: Cæsar, Cognitionē: ut qualia essent senatus cognosceret: & corrigeret. Suscipiente: recipiente. Irritas: uanas. Altercatiōes: iurgatiōes. In p̄iudiciū: p̄iudiciū ut pediano placet: res ē quæ quū instituta ē affert iudicaturi exēplū qđ sequant: cui Plinii ad seuerū astipulat auctoritas: Curianus inqt orabat ut sibi donarē

consulem se effecturũ: quod prætor nequisset: adempturũq; ei exercitus: Crassum Pompeiũq; in urbem prouinciæ suæ Lucam extractos cõpulit: ut detrudendi Domitii causa cõsulatũ alterum peterent: perfecitq; utrumq;: ut in quinquẽniũ sibi imperiũ ꝓrogaretur. Qua fiducia ad legiões quas a rep. acceperat: alias priuato: alias publico sũptu addidit: unam etiã ex trãsalpinis cõscriptã uocabulo quoq; gallico alauda eñ appellabatur: quã disciplina cultuq; romano institutã: & ornatã postea uniuersã ciuitate donauit. Nec deinde ulla belli occasiõe: iniusti qdẽ: ac ꝑiculosi abstinuit tã fœderatis: quã infestis ab feris gentib' ultro lacessitis: adeo ut Senatus legatos quõdã ad explorandũ statum galliarum mittendos decreuerit: ac nonnulli dedendum eum hostibus censuerint: sed prospere decedentibus rebus: & sæpius

portionem meã seq; preiudicio iuuarẽ. Fabius ꝓiudicia sunt a rebus iudicatis: quæ pares fuerunt: aut ex iudiciis ad ipsam causam ptinentibus: aut ab eiusdẽ causæ pronuntione: confirmãtur duobus modis præcipue: & auctoritate eorum qui ꝓnũciauerũt: & rerum de quibus quæritur silitudine. Postulatus: reus accersitus. Appellato: appello tribunos dicimus: ꝓuoco ad tribunos. Collegio. reliquis e collegio tribunis. Obtinuit: collegii intercessione. Reus ne fieret: ne ut reus accerseretur. nec cuiusq̃ accusationi esset obnoxius. Ad securitatem: ne aduersos haberet in urbe magistratus. Obligare: sibi fide obstringere. Non alios pati ad honorẽ peruenire. quod per necessariorũ & clientum suffragia: quæ plurima Cæsari aderãt: fieri poterat Pepigissent: a pago uerbo: ut fabio placet potius q̃ a paciscor. q. d. sesum pacti essent. Propugnaturos: defensuros. Syngrapham: cautionem: Cicero pergitis uos tanq̃ ex syngrapha agere cũ populo: pedianus in chirographis scribi ait quæ acta sunt in singraphis contra fidem: & pacta quædam cõplecti. Consularis cãdidatus: qui consulatũ solemni more petebat. PHI. Quod pretor nequiuisset. dictũ est paulo ante mẽmiũ & domiciũ praetores retulisse de actis cæsaris in cõsulatu: sed conatus eorũ fuit irritus: nec qeuerũt efficere ĩ cæsarẽ qđ moliebant: Domitius in cõsulatuq; maior ẽ magistratus minitabatur se effecturũ aduersus cæsarẽ: quod in pretura: qui infirmior est magistratus nequiuisset: unde cæsar fuit obuiam eius conatibus & operã dedit ut a cõsulatu repelleret. Lucã extractos. Cæsar cũ largitiõe po. ro. corrupisset: cũq; eius nutu q̃uis absẽtis cũcta romæ gererentur ad eũ olim lucã ꝑuenerũt cõplures romani amplissima prædicti auctoritate: adeo ut lictores magistratuũ nũero centũ ac. xx. circa ipsũ fuisse ferant: ordinis uero senatorii adducentos: quos oẽs sibi obligatos reddiderat largitione atq; fauore: uenerũt tũc quoq; ad eũ crassus atq; põpeius: qui cõmuni cõsilio decreuerũt: ut põpeius & crassus una cõsulatũ peterent: qđ & factũ est cũ frustra domitius ænobarbus aduersari pro uiribus conaretur. Perfecit utrũq;: ut. S. domitius detruderetur: & crassus põpeiusq; peterent cõsulatũ.

Prorogare impiũ qd. Imperiũ ꝓrogaretur. ꝓrogare imperiũ significat noua rogatione in lõgiora tẽpora ꝓferre Trebonius tribunus ple. rogationẽ ꝓmulgauit: qua ꝓuinciæ cõsulares in quinquẽniũ dabant: Pompeio hispaniæ: crasso syria & parthicũ bellũ: cæsari uero gallia & germania in alterũ quinquẽniũ: quã legẽ cũ ĩpedire uellet mar.

De alauda. cato in uincula ductus est. Alauda appellabat. plinius. in. xi. na. histo. scribit alaudã auiculã appellatã quondã galeritã gallico uocabulo: etiã legiõi nomen dedisse. ex quibus plane uerbis colligimus: alaudã dictione gallica significare legionẽ: q̃ a galli hoc noie fortassis uocant galeã. unde milites galeati alaudæ dicti. Ideoq; cæsar cũ ex gal

Cicero. lis legionẽ ꝯscriberet alaudã appellauit. & milites alaudæ nũcupati: de qua legiõe ita scribit cicero in epistolis ad atticũ. Antonius cũ legiõe alaudarũ ad urbẽ pergere pecunias municipiis impare. olĩ mar. antonius decuriã fecit iudicũ: quos ex legiõe alaudarũ cõscripsit qđ cicero in philippicis insectãter criminat. Alauda aũt uolucris ideo dicta est galerita: q a apicẽ habet in capite ad silitudinẽ galeri siue galeæ. Varro appellat galericũ nõ galeritã: quia

Donare ciuitate quid. in capite habet plumã elatã. Ciuitate donauit. Donare ciuitate ẽ efficere ciues romanos & iura ciuiũ dare. Cæsar oẽs alaudas fecit romanos ciues: cũ prius eos formasset instituissetq; militaribꝫ documẽtis ex romana disciplina & excoluisset elegãtia rõani uestitus & armorũ extra gallicana barbaria: q̃uis scribat Marcellinus gallos cẽ tersos &

Fœderati populi. mũdos. Tã fœderatis quã infestis. Fœderati dñr ppli: q fœdere icto cũ pplo ro. societatẽ coiuerũt. Nãq; iter ciuitates ꝓuĩciarũ: aliæ ciuiũ romanorũ aliæ latinorũ ueterũ: aliæ fœderatorũ: aliæ stipẽdiariæ diccbant: de qbus apd pliniũ mentio est frequens. Nõnulli dedere hostibus. cato signari uester qui olim in senatui sententiã dixit ut cæsar hostibus dederetur: qui pro ciuitate perfidiã expiaret: & ut execrationem in auctorẽ uerterent. ita olim hãno carthaginẽsis censuit hannibalẽ dedendũ esse romanis ad pœnã obruptũ fœdus. M. AN. Quod pretor ad illud qđ ꝓximo capite dixit: refertur. C. Mẽmio: & Lucio Domitio ꝑtoribus de supioris anni actis referẽtibus quasi dicat rescissurũ se cõsulẽ oĩa acta Cæsaris: aut certe ꝓpulsurũ: ut eorũ: quæ cõsul cõtra auspicia fecisset: redderet rõnẽ. Lucã urbs hetruriæ ẽ: ac magis nota: quã de ea plura dici oporteat. Prouinciæ suæ: galliæ. s. cisalpiæ Appianus auctor ẽ tñ eẽ hic ꝑ ꝑtes cõcursũ ad Cæsarẽ factũ: ut. c. xx. fasces circa illũ q̃nq; ꝯspecti sint: ac præter magistratus ĩpos ad ducentos senatorii ordinis officii grã eo ꝯfluxisse. Detrudẽdi deiiciẽdi. Alterum: q a ambo una ꝯsules fuerãt: ergo scđo loco peterãt: q̃q̃ Plinius: tertiũ eum cõsulatũ fuisse: nõ scđm demõstret. Utrũq; ꝑfecit: ut Domitius deiiceretur: & ambo creati sint: ud ut Domitio depulso sibi in quinquẽniũ imperiũ prorogaretur

Ad legiões: quæ ab initio quattuor: auctore Plutarcho fuerant ei decretæ. Priuato: ꝓprio sumptu. Alaudam: ab auis nomine appellatam Plinius aperte docet: auis inquit galerita appellata quondã: postea gallico uocabulo etiam nomen legioni dederat alauda: Cicero: ludi manipulares ex legione alaudarum: & Plinii uerbis apparet: quia galleis essent milites instructi nomen legioni datam. galli enim galeam alaudam uocant. Institutam: militari disciplina excultam. Ornatam: ro. armis instructam. Ad explorandum: recognoscendum.

& plurium q̃ quisq̃ unq̃ dierum supplicationes impetrauit.

De gestis per eum in gallia. C.XXV.

Essit autẽ in.ix.annis:qbus impio fuit hæc fere oẽs galliã:quæ a saltu pyreneo alpibusq;:& mõte gebẽna:fluminib⁹ rheno:& rhodano continet: pateq; circuitu ad bis:& tricies centũ milia passuũ præter socias ac bene meritas ciuitates in ꝓuinciæ formã redegit:eiq; in singulos annos stipẽdii nomẽ iposuit. Germanos: q trans rhenũ incolũt primus romanorũ ponte fabricato aggressus: maximis affecit cladibus. Aggressus est britannos ignotos antea: superatisq; pecunias & obsides imperauit: per tot successus ter nec amplius aduersum casũ expertus:in britania classe ui tẽpestatis prope absumpta:& in gallia ad gergoniã legione fusa & in germanorum finibus:Titurio & Arunculeio legatis per insidias cæsis.

De morte matris filiæ & neptis eius & aliis gestis ꝑ eum.

PHI. Plurium q̃ quisq̃ unq̃ dierũ. cum romæ renũciatæ fuissent res in gallia præclariss.me a cæsare gestæ quindecim dierũ supplicatio decreta est;quod ante id tempus accidit nulli:sicut meminit ipse cæsar in commẽtario belli gallici secundo:Cicero olim decreuit supplicationes. L. dierũ. nomine trium imperatorũ hirtii pansæ & octauii. A saltu pyreneo. monte pyreneo sũt autem montes pyrenei:qui diuidũt galliam ab hispania:ab exortu equinoctiali in occasum brumalẽ porrecti:ab igne:qui græce dicitur πυρ. nominati. nã ut ait diodorus in.vi. siluæ in pyreneo frequẽtes iniecto a pastoribus igne antiqtus flagrauere autumat silius in tertio punicorũ: a puella noie pyrene dici pyreneum saltũ; quã ab hercule deuirginatam feræ laniauerũt;mox hercules sepeliuit pyrenes nomen idẽtidem inclamitans a poeti ipse quoq; mons pyrene nũcupatur. Idem silius. pyrene celsa nimbosi uerticis arce diuisos celtis late ꝓspectat iberos. Alias pyrene fons est in agro corintho musis dicatus;cuius persius & papinius meminerũt de quo & plautus ait in aulularia: interbibere sola si uino scateat;Corinthiensem fontẽ pyrenea potest. Alpibus. alpes in longitudinẽ. C. milia passuũ patere a supero mari ad inferum. Gellius tradit Liuius uero tria milia stadiorũ. Strabo ꝓdidit in quarto Alpes alio nomine albiũ appellari. Cecinit silius uentos posuisse regna furentia in alpina domo:ecũ illic ꝑpetui flatus dominentur polybius alpes arcẽ & muros Italiæ appellat. Monte gebenna. Lucanus cana pendentes rupe gebẽnas. hodie dicitur mons gene ueræ. Fluminibus:rheno & rhodano. Rhenus rheticarũ alpiũ uertice ortus modico flexu in occidentẽ uersus septẽtrionali oceano miscetur auctor tacitus. Rhodanus uero galliarũ fluuius multo fertilissimus ex alpibus se rapiens in lẽmanum lacũ defertur;a rhoda rhodiorũ oppido dictus:ut ait plinius in tertio. Pateq; circuitu. Agrippa uniuersarum galliarũ inter rhenum & pyreneũ atq; oceanũ ac montes gebennã & iuram longitudinẽ. cccc.xx. M. passuũ; latitudinem. ccc.xiii. cõputauit. In prouinciæ formã redegit. Acquisitæ bello regiones prouinciæ dictæ sũt;ad quas prætores mittebant. aliæ erant consulares. aliæ pretoriæ. unde in calce operis ita scribit Strabo uniuersæ huius terræ;quæ romanis paret;partim reges tenent;quã uero ipsi habent prouinciam uocant:& prefectos in eã mittunt. redigere autẽ regiones in formam prouinciæ nihil aliud est q̃ regionem subiicere imperio ro. & ad eam gubernandã mittere prefectum sicut dictum iam est. ait tranquillus cæsarem galliam subactã in hanc prouinciæ formam redegisse. Stipendii nomen imposuit. hoc est stipendiariã fecit. nã stipendiarias prouicias ciuitatesq; appellamus;q stipendiũ pendunt hoc est tributum soluunt:& ita apud iuriscõ. predia stipendiaria dicta quæ sũt tributaria. Ponte fabricato. qua ratione pontem ligneũ fabricauerit cæsar supra rhenũ ut in germaniã transgrederetur docet ipse in.iiii. cõmentario:qui non semel se bis põtem fabrefecisse & contra germanos transrhenanos trãsisse memoratur. Britanos ignotos antea. cæsar magno sibi usui fore arbitratus si britaniã adisset & genus hominũ ꝑspexisset loca portus aditus cognouisset;quæ antea oia erant incognita in eã legiões trãsportauit & britanis uictis obsides impauit:& quid in annos singulos uectigalis britania po. ro. penderet constituit. Antiquitus britania albion dicebatur. Cor tacitus in libello quo uitam iulii agricolæ describit:multa de britania britanorũq; moribus luculenter enarrans hoc addit. primus romanorũ diuus Iulius cum exercitu britaniã ingressus quanq̃ prospera pugna terruerit incolas ac litore potitus sit;potest uideri ostendisse posteris non tradidisse.

Montes pyrenei. Pyrene fõs. De alpibus. Gebennas. Rhenus. Rhodanus. Prouinciæ. Stipẽdiariæ Ci. De britania. Britannia.

M. AN. Dedendũ:ad pœnã & suppliciũ dandũ. Pluriũ dierũ:plutarchus. xv. dierũ supplicatiões ei decretas ait:ipse uero in cõmẽtariis. xx. supplicatiõibus ipsis imperatores & exercitus diis cõmendabantur;ut Capitolinus innuit;uestrũ ingt est igitur in supplicationes decernere:nosq; diis cõmẽdare. A saltu pyreneo: pyrenei mõtes citeriorẽ hispaniã a galliis diuidũt;nomẽ a puella indigena ab Herculæ ꝯpressa;aut ut qdã scribũt ab igne a pastoribus imisso;quo mõtes ipsi olim ꝯflagrarũt factũ. Alpib9. quæ galliã & germaniã ab italia diuidunt. Monte gebẽna:qui ad meridiẽ ipsã terrã claudit. Rheno:flu. ex adula mõte rhenus ortus ad septentrionẽ in britãnicũ oceanũ decurrẽs:galliã a germania diuidit. Rhodano:fluuio q in internũ mare gallicũ elabit;ut intelligas his finibus narbonẽse quoq; galliã includi. Ad bis & tricies centũ ad milliũ passuũ tria millia & ducenta hoc est bis ac tricies centũ millia passuũ. Stipẽdii noie:stipendiariã fecit. Germanis q trãsrhenũ:trãsrhenanis.s. de qua expeditiõe ipe Cæsar in cõmentariis:& Plutarchus abũde. Britãnos. bis Cæsar in britãniã traiecit. Plinius & plutarchus sũt auctores. PHI. Succesus. felicitates. Ter aduersũ casũ exptus:quẽadmodũ ter exptus sit cæsar aduersantẽ fortunã copiosissime docẽt ipsius cõmẽtarii. priꝰ in britania iacturã passus ẽ qñ ipsius classẽ q̃ exercitũ trãsportãdũ curauerat æstus ꝯpleuit:& tẽpestas afflixit ubi ꝯpluribus nauib9 fractis reliquæ ad nauigãdũ inutiles factæ sũt funibus ancoris reliq̃sq; armamẽtis amissis ex quo magna totius exercitus turbatio factã est. Scdo:qñ cõi totius galliæ ꝯsilio oia cæsaris hyberna oppugnare ꝯstituerũt tũc eburones galliæ populi lucium

Glabes cæsaris tres.

auũculeiũ cottam & titurium sabinũ: fraude ex hybernis eductos cũ legionariis militibus cõtrucidarũt. pauci ex
Gergonia oppidum. prelio elapsi ad titũ labienũ legatũ incolumes puenerũt. Tertia cæsaris clades fuit apud gergoniã quod oppidũ positũ est in altissimo mõte in regione aruernorũ: Fabius centurio legiones octauæ gergoniæ muro por tisq; cum militibus appropinquãs a manipularibus suis subleuatus in murum ascendit: aliosq; in murum ipse extulit. inte rim galli ex altera oppidi parte cum oppidũ ab romanis teneri audiuissent eo cõtenderũt: & ita hostes loco & nu mero cõfidentes cæsarianos uehemẽter perterruerũt: Fabius Centurio qq; una murũ ascenderant circũuenti atq;

c.xxvi.

Odem tẽporis spacio matrẽ prio. deinde filiam. nec multo post neprẽ amisit. Interiq; cõsternara: Publii Clodii cæde rep. qum senatus unũ cõsulẽ noi a timq; Cneũ Põpeiũ fieri censuisset: egit cum tribunis plebis collegam se Põpeio destinãtib⁹ id potius ad populũ ferrẽt ut absenti sibi: & qñcũq; imperii tẽpus expleri cœpisset petitio se cũdi cũsulatus darẽ: ne ea causa maturius & ipsecro adhuc bello desederet: qđ ut adept⁹ ẽ altiora iã meditãs & spei plenus nullĩ largitiõis: aut officiorũ in quẽq; gen⁹ publice: priuatimq; omisit: forũ de manubiis inchoauit cuius area sup

interfecti muro precipitanť eo die milites cæsaris ex ea clade sũt paulominus septigenti desiderati. Eodem temporis spacio. quo res gerebat imperator in gallia. Matrem amisit.
Aurelia cæsaris mater mater cæsaris aurelia noiabať singulari pudicitia mulier. * Quę ut docet Cor. Tacitus in dialogo de oratoribus pfuit educatiõi Cæsaris pueri cuius studia & lusus sanctitate q̃dam temporabat. Eodem modo Cornelia liberos Gracchos educauit, instituitq;
* Filiam: iuliam pompei uxorem: q̃ expertus dolore decessit cũ prius puellam peperisset: honosq; maximus ei a po. ro. habitus est: ut in campo martio sepeliretur. Neptem filiam intelligit pompeii quæ non multos post dies mortem matris iuliæ subsecuta est. Consternata. perturbata perculsa tumultuãte.
P. clodii cedes. Pu. clodii cede Milo rediens ab aricia paulo ultra bouillas in uia appia prope bonæ deæ sacellum clodium suum ciceronisq; inimicum occidit: cuius cadauer romam deportatum & in rostris positum ẽ. populus duce sexto clodio corpus publii clodii in curiam intulit cremauitq; subselliis & tribunalibus & mensis quo igne ipsa quoq; curia cum portia basilica atq; domo. M. lepidi interregis conflagrauit. clodiana multitudo ad hortos Cnei pompei cucurrit clamitans eum modo consulem modo dictatorem. Igitur tumultuãte po. ro. ad comprimendas eas seditiones. Cn. pompeius consul per sulpicium interregem factus est absens & solus: quod nemini unq̃ contingit ut solus dictatoriã obtineret potestatem: & si consulis nomen habebat: tunc lata lex est per tribunos plebis: qui cæsarem pompeio collegam in consulatu destinabant: ut ratio absentis cæsaris in petitione consulatus haberetur inuito & contradicente mar. catone. Imperii tempus: expleri iam diximus cæsarem obtinuisse gallias in decem annos. uolebat ergo ut finito hoc tempore quo imperium obtinebat in gallia petere posset absens consulatum. Ne ea causa. ob petionem consulatus. Decederet. e gallia romam repedaret. Quod ut adeptus est. ut scilicet absens consulatum petere posset altiora de regno cogitans. Forum de manubiis inchoauit. Manubiæ appellatæ sunt pecunia a quæstore ex uenditione prædæ redacta: Et ut utar uocabulo Gellii: nihil aliud sunt manubiæ. quam pecunia prædaticia. præterea ut inquit Asconius Manubiæ sunt præda imperatoria ꝓportione de hostibus capta. Igitur cæsar romæ forum inchoauit ex pecunia illa quam collegerat ex præda gallo-
Manubiæ. rum. Spolia quoq; quæsita de hoste nobili per deditionem manubias ueteres dicebant: & erat imperatorum hæc præda: Ex qua quod uellent facerent in alio significatu iactus fulminum manubiæ dicuntur: unde ait Seneca libro secundo quæstionum Ioui tres manubias dari: quarum prima monet secunda prodest tertia adhibitis ꝯsilio diis emittitur. De quibus scriptum legimus cap. in integro festi pompeii codice.

M. AN. Classe ui tempestatis: priore expeditione naues. xii. tempestate pierę: posteriore. lx. reliquis ualide concussis. Ad gergoniam: alii gergonium habent: est id aruernorum oppidum in celtis: sunt qui suspicentur eẽ quem hodie claromontem uocant: ipse Cæsar in commentariis auctor est se hic sex & quadraginta cẽturiões amisisse. plutarchus septimam & xii. legiones his locis circumuentas: earumq; centuriones occidione occisos. Strabo. cccc. barbarorum milia circa gergoniam aruernorum urbem aduersus Cæsarem confluxisse prodidit. Titiario: & auruncule io: in eburonibus inter mosam fluuium: & rhenum cum quinq; cohortibus cæsi: ut Liuius: & Cæsar tradunt: hisq; tantis cladibus in gallia Cæsar tam longa bellorum intercapedine defunctus.

Eodem temporis spatio: quo in gallia est bellatum: publicis cladibus priuatas subiicit Tranquillus: prius enim oportuit publica incommoda referri: inde quæ ad solum Cæsarem pertinebant. Matrem: Aureliam. Filiam Iuliam. Nepte: ex Iulia: & pompeio genitam: q̃ obitu matris orta nonnullos illi dies superstes fuit. Consternata: perculsa: exterrita. Appianus eius consternationis: & motus est auctor: Pedianus quoq; non pauca de clodii cædæ refert: & tumultuoso milonis iudicio. Consulem unum: Pompeius sine collega consul est creatus: quod romanorum nulli ut Liuius scribit contigerat. apparebat rempublicam præsenti rerum motu perculsam alioquin sisti non posse. Quod ut adeptus est: ut absenti alterum consulatum petere liceret: siquidem semel Cæsar consul fuerat. De manubiis: spolia de uiuo hoste per deditionem: ut Pedianus tradit: q̃sita: manubias ueteres dixere eratq; imperatorum ea preda: ut ex ea quod libitum esset facerent. sunt qui aliter interpretentur: sed pediani expositio per belle m᷑o iudicio quadrat.

Area. PHI. Area. loca in urbe pura areæ dicuntur: area quoq; locus est in agro ubi frumenta secta teruntur & arescunt. auctor uarro: hic nomine areæ significatur solum: & locus purus accommodatus foro extruendo. de quo plinius sic in. xxxvi. pyramidas regum miramur: cum solum tantum foro extruendo sestertiũ milibus ducentis cæsar dictator emerit.

sestertiū milies cōstitit: munus populo epulūq; ꝓnunciauit in filiæ memoriā: quod añ eū nemo fecit. Quorū ut q̄ maxime expectatio esset ea quæ ad epulū ptinerent quāuis macellariis oblocata. etiā domesticatim apparabat. Gladiatores notos sicubi infestis spectatoribus dimicarent: ui rapiendos reseruandosq; mandabat. Tyrones neq; in ludo neq; per lanistas: sed in domibus per equites romanos ac etiam per senatores armorū peritos erudiebat præcibus enitens: quod epistolis eius ostenditur: ut disciplinā singulorum susciperent: ipsiq; dictata exercētibus darēt: legionibus stipēdiū in perpetuū duplicauit: frumentū quotiēs copia esset: etiā sine modo mensuraq; præbuit. Ac singula interdum mancipia

Sestertiū. Antiquitus sestertius: dipondiū & semis ualebat ab eo dictus: quod semis tertius. Auctores priscianus & uarro. apud priscos sestertius: utpote nūmus argenteus duarum semilibrarū per duo. LL. & Cice. notabat. sicuti plærūq; licet inuenire in oerminis ciceronis & in uetustis scriptorū codicibus. **Sestertium** Munus: spectaculum gladiatoriū de quo supra. Epulū. epulū significat solēniores epulas. ꝓprie cōuiuiō publicū ueteres appellauerūt: quod in ꝓpatulo ciuibus exhibebat: siue in dedicatione tēpli siue in triōpho: siue in funere: siue ludorū causa: unde ita scribit plinius in. xiiii. epulo cæsar in tertio cōsulatu suo falernū chiū: Lesbiū: mamertinū dedit. **Epulum.** Liuius idētidem memorat Iouis epulū fuisse ludorum causa. Columella ait epulū ꝓpIo dari solitū ab his: q triūphabāt. Epulones ab apuleio plautoq; cōuiuæ nominātur. **Epulones.** Erāt præterea epulones tres uiri quos pontifices ꝓpter sacrificiorū multitudinē esse uoluerunt: ut ludorū epulare sacrificiū conficerēt: sicut tradit cicero libro de oratore tertio. Deio numerus epulonū auctus fuit adeo ut septē fuisse epulones nūero legerimus. de qbus intelligit lucanus illo uersu. Septēuirq; epulis festus ticiiq; sodales. marius ille priscus de quo apud iuuenalē pliniūq; fit mētio: septēuir fuit epulonū. Antiqui epulonos dicebāt quos nunc epulones dicimus: quibus hoc nomē inditum est: q epulas indicendi ioui cæterisq; diis potestatem haberent. Epulares uero appellabantur: qui in quibusdam ludis nocte epulabantur. **Epulares.** Quorum: muneris gladiatorii & epuli. Marcellariis oblocata. marcellarii nō sunt lanii siue laniones sicuti uulgus existimat: sed oēs qui uendunt esculenta & potulenta a macello dicti. **Maecellarii.** macellum autem appellatū quod ibi fuerit ortus: quē lacedemonii macellum uocant. **Maecellum.** alii tradunt quod ibi fuerit domus ciuis nomine macelli: quæ publice diruta est: ædificatūq; hoc quod uocatur ab eo macellū. Existimat donatus macellum a mactandis pecoribus dictum. Cæterū in macello nō solum carnes sed & pisces & ea omnia quæ ad uictum pertinebant uenditabant. Inde ait plautus in aulularia uenio ad macellum: rogito pisces: indicant caros.

Domesticatim. aduerbiō est & significat per domesticos. Tyrones. dicuntur nō solum noui milites: sed etiā gladiatores adhuc rudes in disciplina gladiatoria: tyrociniū dicimus rudimētum. **Tyrones.** a hieronymo dicit tyrocinatio: qui recentes discipulas eleganter tyrunculas appellat. **Tyrocinatio.** ab eadem similitudine canis adolescentior tyruncula a Columella dicitur: cum ait in. viii. qm̄ tyruncula nec recte nutrit: & educatio totius habitus aufert incrementū. plinius in epistolis se tyrunculum dicit quasi rudem in cognitione signorum: qualis legi debeat tyro docet Vegetius libro primo de re militari. In hoc loco tyrones accipe pro nouis gladiatoribus & adhuc rudibus in gladiatoria exercitatione. In ludo scilicet gladiatorio. erant eni romæ magistri & doctores gladiaturæ. qui omnes ictus armorū omnēq; disciplinā edocebant omnē enim scholam ludum dixere romani. auctor asconius. Lanistas. lanistæ dicti sunt hi qui laniendis. præsunt gladiatoribus: hi familias gladiatorū: qui uenalem sanguinē habent instituere & mox parare: uendere solebant munerariis hoc est exhibitoribus muneris gladiatorii: sicuti sæpissime leges apud scriptores antiquos in commentario belli affrici ait hircius. **Lanistæ.** ut lanista gladiatores tyronesq; condocefacere. **Munerarii.** hinc eleganter a columella lanistæ auium dicti: qui aues certaminibus præparabant ex instituto græcorum. olim mar. antonius ingerens maledicta in ciceronem eum lanistam appellauit: cuius rei meminit ipse cicero in philippica. xiii. liuius in. xxviii. gladiatorum spectaculum fuit non ex eo genere hominum: ex quo lanistis comparare mos est: seruorum delectu ac liberorum: qui uenalem sanguinem habent. quintilianus quoq; in gladiatore meminit lanistarum. Igitur cum lanistæ soleant alere & erudire armis gladiatoriis familias gladiatorias: noluit cæsar ut tyrones in gladiaturā ab illis erudirentur in ludo gladiatorio: sed institui uoluit per summates uiros intra priuatas domos: ut ita expectatio spectaculi maior fieret & ludi forent magnificentiores.

M. AN. Milies sestertium: idest mille sestertia: quæ summa cōficit talēta attica Paulo minus. xl. Munus: gladiatoriū. Epulū: qđ publice exhibebat id in dedicatione tēpli alicuius siue in honorē deorū defunctorū ue memoriā dari ꝯsueuit. Marcellariis oblocata: q̄q̄ ii q macellū uenalibus obsoniis instruūt ea ad tp̄s ꝓparāda recepissent. Domesticatim: p domos. In festis spectatoribus: passiue dixit gladiatorū iniuriæ obnoxiis. Vi rapiendos: in illatæ spectatoribus iniuriæ ultionē. Tyrones: gladiatoriæ artis rudes. In ludo: gladiatorio. Per lanistas: sub lanistis gladiatoriæ familiæ instituebantur. Erudiebat: erudiendos curabat.

PHI. Epulis. dictio mendosa est nam ꝓ epulis legendū est epistolis: citat eni tranquillus testimoniū cæsaris epistolarū: in quibus senatores equitesq; rogabat de disciplina tyronū suscipienda. Dictata exercētibus: dictata a dicendo dicta. sunt aūt documēta præscriptaq;: quæ in ludo magester armorū tradit tyronibus: sicuti dictata dicunt & illa: quæ magister ludi litterarii discipulis præbere cōsueuit de qbus persius. Ten Cirratorū centū dictata fuisse ꝓ nihilo pendas. **Dictata.** hic gladiatoria themata documētaq; significant. Frumētū sine modo refert uegetius milites fuisse quosdā in romana legione: q torquati duplares dicebant: q ob uirtutē duplas cōsequebant annonas: sicuti simplares dicti sunt qbus una & semis annona tribuebat. Cæsar uero nō solum simplas & duplas sed multiplicatas annonas frumentarias militibus dabat quotiens cunq; frumenti copia largior suppetebat. **Torquati duplares & simplares.**

& prædia uiritim dedit.

De affinitate cũ Põpeio reuocata & aliis gestis eius.

C. XXVII.

D retinendã aũt Põpei necessitudinẽ ac uoluntatem Octauiã sororis suæ neptem: quæ. C.Marcello nupta erat cõditione ei detulit: sibiq; filiã eius in matrimoniũ petiit Fausto syllæ destinatã. Oibus uero circa eũ atq; etiã parte magna senatus gratuito: aut leui fœnore obstrictis ex reliquo quoq; ordinũ genere: uel inuitatos uel sponte ad se cõmeantes uberrimo cõgiario ꝓsequebaẽ. Libertos insup seruulosq; cuiusq; put domino: patronoue gratus qs esset. Tũ reorũ ac obæratorũ aut ꝓdigæ iuuẽtutis subsidiũ unicum ac promptissimũ erat: nisi quos grauior criminũ uel inopie luxuriæue uis urgeret: q̃ ut subueniri posset a se. His plane palam bello ciuili opus esse dicebat.

De amicitia regum & prouinciarum allata per eum: & decreto senatus contra eum facto ꝓpter suspitionem gestorum eius.

C. XXVIII.

Ec minore studio reges: atq; ꝓuincias p terrarũ orbem alliciebat: aliis captiuorum milia dono offerẽs: aliis citra senatus populiq; auctoritatem quo uellent & quotiens uellent auxilia summitens: similiterq; italiæ galliarũq; & hispaniarũ asiæ quoq; & græciæ potentissimas urbes præcipuis opibus exornans: donec attonitis iã oibus

Viritim. dicit dari uiritim quod datur p singulos uiros singulis militibus dedit singulos seruos singulasq; possessiones. cato prœda quæ capta est uiritim diuisa græci dicunt κατ ανδρα.

Mancipia, Prædia. Mancipia. seruos uocamus ex eo dicta quod ab hostibus manu capiant: predia autẽ dici tã urbana q̃ rustica testes sunt iurisconsulti apud quos tituli sunt de seruitutibus rusticorũ & urbanorũ prediorum. Necessitudinẽ: affinitatẽ. C. cæsar necessitatẽ dixit p necessitudine. idest iure affinitatis. Sororis suæ neptem. octauiã significat sororẽ augusti cæsaris: cuius ipse erat maior auunculus. de qua in augusto plura. Fausto syllæ destinatã. pompeius filiã fausto syllæ fœlicis syllæ filio desponderat quã nũc cæsar petebat sibi dari: quã oli cepioni seruilio se præbiturũ ꝓmiserat. auctor Plutarchus.

Sub cõditione. ut ita octauia nuberet põpeio: si sibi daret filia pompeii. Gratuito. sine usura. Aut leui fœnore. Cæsar sibi obstrinxerat obligaueratq; etiã aliquot senatorũ credita pecunia uel sine usura uel fœnusculo hoc est leuibus usuris. Ordinũ: eqstris & plebeii: Cõmeãtes. ꝓficiscẽtes. Uberrimo cõgiario. mũere ipatorio. cõgiariũ eni donatio imparoris ẽ ut scribit seneca li. iiii. de bñficiis & ut auctor est

Congiariũ. quntilianus li. vi. Cõgiariũ cõmune ẽ liberalitati atq; mẽsuræ. apd historicos freqnter leges cõgiariũ ab ipatoribus datũ fuisse ppł o: sicut donatiuũ militibus. A cõgio dictũ cõgiariũ. est autẽ

Congius. congius mẽsuræ nomẽ capax sex sextariorũ ut ingt priscianus græce dr χοῦς.

Prout dño: ad seruos referẽdũ. sicut patrono ad libertos. sũt eni noia: quæ dialectici appellãt relatiua & ad aliqd dicũt.

Obærati. Obæratorũ. obærati dicũtur ære alieno astricti: & debitores ab ære dicti ut docet plinius in. xxxiiii. Cæsar in primo ꝯmẽtario oẽs inqt obæratos quorũ magnũ numerũ habebat eodẽ cõduxit: p eos ne causam diceret se eripuit. * Oberati ut docet donatus in cõmentario phormionis cũ soluendo nõ essent iure manu capiebantur / & ut auctor est. M. Varro uindemias & fœnisicia administrabãt Hii quos oberatos nři uocitarũt / idẽ aliubi indicat oberatos dici ꝓprie illos debitores q in seruitute erant creditoris ꝓ pecunia quã debebant / donec soluerẽt / quales nexi quoq; sunt de quibus Liuius nõ parũ multa. * Criminũ uis. ad reos crimina: ad obæratos inopiam: Ad prodigam iuuentutem luxuriam re-

Luxuria. feras. Est autem luxuria sicuti copiose explicauimus in cõmentariis in propertium. nõ libido uenerea prout uulgo dicitur & ecclesiastici usurpant: sed immodicam profusionem prodigamq; abundantiam significat.

Bello ciuili opus. quicunq; ex flagitiis iudicium timent: quicunq; æs alienum conflauerunt: quicunq; bona patria ex prodigalitate lacerauerũt: ferme semper id genus homines uetera odere: noua exoptant: odio suarum rerum mutari omnia student. tales catilinianæ coniurationi a populares fuisse salustius prodidit.

M. AN. Singulorum: tyronum. Duplicauit: duplex stipendium constituit. Dedit: legionibus. Singula mancipia: singulos seruos militibus singulis aut uiritim: ut ipse ait: sed ego militibus potius: q̃ ciuibus domi collata acceperim. Necessitudinem: affinitatis uinculum. Octauiam: ex iulia caii cæsaris sorore: & Marco Accio balbo: & non Macio balbo: ut omnia Tranquilli exemplaria mendose habent nata: ex accia: & .C. Octauio octauius qui postea rerum potitus est & soror Octauia de qua nunc. Conditione detulit: ut in pristino studio & fœdere perstaret: aut quod magis placet: ut sibi filiã desponderet. Gratuito fœnore: pecuniis: aut leui aut nullo fœdere creditis. Obstrictis: obligatis. Ex reliquo ordinum genere: sensus est: ex iis qui circa Pompeium erant: hoc est ex pompei familiarissimis: quoscunq; potuit gratuita pecunia sibi obstrinxit: ex reliquis quos illi nõ ita familiares nouerat inuitatos uel sponte ad se cõmeantes largo prosequebaẽ congiario. Congiario: munificẽtia: dono largitione. Domino patronoue: ut ad libertos alterum referas. alterum ad seruos. Reorum: iudiciis obnoxiorũ. Oberatorũ: alieno ære laborantiũ. Inopiæ luxuriæue uis: nimia egestas: immoderatusq; sũptus ac prodigalitas: ita ut nisi magna in re pu. mutatione facta perditis illorum rebus subueniri nõ posset.

Citra. PHI. Citra senatus auctoritatem. hoc est sine auctoritate senatus: hæc enim particula citra in hoc significatu decenter & crebriter usurpatur ab eruditis. Et ut interim uno alteroue exemplo contenti simus: sic inquit quintilianus in primo: etiam neq; citra musicen grammatice potest esse perfecta. Plinius in tertio: citra fastidiũ nominetur. Operibus. extructionibus ædificiorum.

Quorsum.ad quē finē uidebant̄ eni hæc a cæsare fieri pricipatꝰ cā. Donec marcellus ꝯsul de hoc marcello ait lucanus:marcellusq; loq̄x:de hoc petronius arbit:tu legē marcelle tene hūc Cice.i bruto iter oratores suæ tēpestatis miro pconio laudis extollit.is agere cœpit i senatu ut successor Cæsari mitteret:quāuis nōdū finitū eēt illd tps:qd Cæsar p legē ipetrauerat:multaq; ut inqt appianus ꝯtumeliose in Cæsarē inuectus est marcellus. Edicto.ꝯsulari. Añ tps.añq̄ finiret alterū qnquēniū:quo sibi ꝓrogari iperiū in ꝓuīcia obtinuerat. Et ne absētis rō. Cæsar p plebiscitū ipetrauerat:ut absens ꝯsulatū secūdū petere posset.nūc Marcellus id agebat:ne absentis Cæsaris rō haberet

& quorsū illa tēderēt reputantibus Marcus Claudius Marcellus cōsul edicto præfatus de sūma se republica acturū retulit ad senatū/ut ei succederet ante tēpus: qm̄ bello confecto pax esset ac dimitti deberet uictor exercitus: & ne absentis ratio comitiis haberet: qm̄ ne plebiscito Pōpeius postea abrogasset. Acciderat autē ut is legē de iure magistratuū ferēs eo capite quo a petitiōe honorū absētes sūmouebat: ne Cæsarē quidē exciperet p obliuionē. Ac mox lege iā in æs incisa & in æerariū cōdita corrigeret errorē: nec cōtentus Marcellus ꝓuincias Cæsari & priuilegiū eripe:rettulit etiā ut colonis quos rogatione uatinia nouum comū deduxisset:ciuitas adimeret:qđ p ambitionē & ultra præscriptū data esset.

Comiciis. S. ꝯsularibꝰ i petitiōe ꝯsulatus:q̄ re plebiscitū illud ipugnare uidebat:p qđ Cæsar obtinuerat:ut absēti sibi ꝯsulatꝰ petitio daret:cui mox plebiscito nec qdē Pōpe. abrogauerat. Abrogaret abrogat̄ legi cū ꝓrsus tollit̄ derogat̄ legi cū ps detrahit:sicuti tradūt iuriscōsulti lib. L. ffor. titulo đ uerborū significatiōe. obrogare uero ē legis prioris infirmandæ cā legē alia ferre. Quādo abroget̄ legi. Obrogare. * Mar. T. in epl'is ad atticū ꝓmulgare Abrogare derogare obrogare sine fraude sua nō liceat. * Ut is. S. Pōpeius. Eo capite. quæ recētiores dicūt capitula: ea ueteres elegātius capita dixerīt. & lex una ex multis capitibus ꝯstat gellius.sic capite.vii.legis iulie:priori ex ꝯsulibus fasces sumēdi ptās sit:&a Cice. capita legū dñr. Honorū.magistratuū. Sūmouebat.repellebat reiiciebat. Lege in æs icisa.leges ubi latæ erāt in tabulis æneis icisæ figebant̄ & in ærario recōdebant̄.ide leges.xii.tabularū dictæ qm̄ i tabulis æneis icisæ:uel ut ait iuriscōsultus i tabulis eburneis ꝑscriptæ ꝓ rostris ꝓpositæ fuerūt. De ligibus in æs icisis. * Existimo apud iuriscōsultos nō eburneis legēdū eē sed æneis ut cū historicis hoc est ipsa ueritate cōcordēt. * Lex ꝓmulgata tolli poterat.lata & in æs incisa nō poterat illud aīaduerte:qđ nō minus elegāter q̄ significāter dicimus:leges in æs icidi frequētius:q̄ in ære. Cice.in ꝑma antonianarū. Quæ Cæsar in æs icidit:in quo ppl'i iussa ꝑpetuasq; leges esse uoluit:p nihilo habebunt̄.idē paululū ifra.qđ erit inqt ita gestū:id lex erit:& i æs icidi iubebitis.de legibus i æs icisis itellexit Ouidius illo uersu.Nec uerba minātia fixo ære ligabāt.s3 qđ laurētius ualēsis negat iueniri:in ære icisas id qdē falsū3 ē:uel unico plinii testionio:qđ in presentia ad manus est:euidēter ostēdit:sic eni scriptū reliqt in panegyrico ad traianū.Quæ uos pr̄es ꝯscripti:ne q̄ interciperet obliuio:& in publica acta mittēda & icidēda in ære cēsuistis.adscribamus & alterū qđ nūc nup i mētē uenit:qđ Cice.est q sic scribit in orōne de signis.Id nō mō cū scripserūt.uerūetiā in ære icisum nobis tradiderunt. Posse dici leges i ære incisas & in æs.

Corrigeret errorē.i.excipet Cæsarē a lege:q̄ Pōpeius ipse sūmouebat absentes a petitione magistratuū. Priuilegiū eripe:plebiscitū itelligit quo soli Cæsari pcessū fuerat absenti petere ꝯsulatū est eni priuilegiū ut scribit gelius nō generale iussū ppl'i:neq; de uniuersis ciuibus:s3 de singulis:cōceptū:nā ueteres priua dixerūt: q̄ nos singl'a dicimus:inde priuas uerbenas & priuos silices ꝓ singulis accipit liuius.sed m̄ ꝯfuso & idistincto uocabulo iterdū priuilegia leges dicūt:& Salustius priuilegiū de Pōpeii reditu legē appellauit. * In decretis canonicis ex auctoritate Isidori ethimologici ꝑuilegia dñr eē leges ꝑuatorū q̄si priuatæ leges. * M. AN. Priuum unū priuilegia. Alliciebat:muneribꝰ & officiis. Citra senatus auctoritatē:patrū iussu:aut decreto:nō expectato. Opibus:ædificiis. Reputātibus:cōsiderātibus. Edicto ꝑfatus:p edictū denūciās. De sūma re pu.de sūmo rei pu.negocio. Acturū:dicturū.

Rettulit ad senatū.in cōsultationē tulit. Comitiis ratio haberet:sed priuilegio:quod Cæsar beneficio populi fuerat adeptus abrogaretur ne absenti cōsulatū petere liceret. Quando ue plebiscito:quo Cæsari permissum erat ut absens petere posset:& si nec ꝓ certe accipias:uel plæbiscito:idest recentiori:legi qua pompeio unico consule lata:cautum erat ne cuiusq̄ absentis haberet̄ in comitiis ratio.quod p obliuionē accidisse ferunt:ut ne Cæsar quidem fuerit exceptus:ac tum demū lege iam in æs incisa:& in ærariū reposita:pōpeiū iniuriæ admonitū uehementer doluisse:quod res mutari nequiuerit:sit igitur sensus quādo certe:Pōpeius priori plebiscito abrogasset sua recētiore lege:qua nemo excipiebat:aut qm̄ plæbiscito.i.suæ legi pōpeius abrogare nequiuisset. quia lege ipsa in ærariū coniecta nihil mutari potuisset. Appianus de ambitu & decuplatoribus tertio pōpei cōsulatu leges latas scribit ac quum ex Cæsaris familiaribus quidam peterēt legē corrigi ne in eū ambitus quādocūq; agi posset excādduisse pōpeium ad uocē quasi uiri insontis mentionē fecissent. Priuilegiū:lex ꝓ se uno lata:ut absens petere posset.

PHI. Nouum comum deduxisset. Cæsar quinq; inquilinorum milia comum coloniam deduxit: e quibus quingenti illustrissimi græci fuerunt. qui oppido nomen relinquentes & nouum comum appellantes: nouo comenses oppidanos appellauere. auctores Strabo in. v. & Plutarchus. Colonis igitur:quos Cæsar nouum comum deduxerat:lege a uatinio lata & ciuitate romana donauerat:Marcellus ius ciuium romanorum adimere una cum lentulo conatus est.& quum ex nouocomensibus colonis decurio unus romæ uersaretur: eū Marcellus uirgis cæcidit dicens ea sibi adiecisse insignia:ut se ciuem romanum nequaq̄ esse intelligeret: & ut illas tibices Cæsari mōstraret imperauit. est autem comum:quod & nouum comum appellatur:oppidum Italiæ transpadanæ a plinio in nona regione collocatum:stirpis orobiorum populorum:a quibus & bergomum conditum fuit. Qui nouo como nomen indiderint.

Ciuitas adimeret̄.ne ciues romani forēt:neue prærogatiua ciuilitatis Romanæ fruerent̄. Ultra ꝑscriptū. tanquā Cæsar plures colonos ciuitate romana donasset:quā prefinitus sibi numerus pmitteret:præ scriptū porphirio

dic it eē pceptū:uocabľo deducto a mgřis ludiq scripta puerī dāt præcipiūtq imitari. Oratiɔ nō ita romľi præscri
ptū. Seneca i.xiiii. epľarū pueri iqt ad præscriptū discūt. Quā ex scđo ī nouissimō dtrudi talis ē illa apđ liuiū lucu
lēta sñia libro ab urbe pdita. xxxvii. quā affricanus scipio legatī ātiochi his uerbis explicat. sciat regū maiestatē dif
ficilius ab sūmo fastigio ad mediū detrahi:q̄ a mediis ad ima pcipitari. Sūma ope. oī conatu & uiribus. Per

Intercessio tribunorū. intercessores: intercessio ppric tribunorū est. qbus ius fuit itercedēdi:hocest uetādi prohibēdiq. namq ut scribit
gellius. tri. plebis antiqtus creari:uidētur nō iuri dicēdo sed itercessionibus faciēdis pterea tribuno senatū dissol-
uere licebat:ut auctor ē appianus apđ
liuiū tribuni minant̄ ɔsulibus se illos
in uincula duci iussuros:nisi senatui di
cto audientes sint. Seruiū sulpiciū.
hic est ille sulpicius:q fuit iuriscōsulto
rū eloquentissimus:quē his uerbis ita
laudat Cice. in philippicis. oēs q ex oi
ætate hac in ciuitate intelligētiā iuris
habuerūt si unū i locū pferant:cū Ser-
uio sulpicio nō sūt pparādi:hic cū i le
gatiōe pisset statuā ei po. ro. p rostris
posuit:cuius etiā iuriscōsulti meminē
rūt titulo de origine iuris. extāt episto
læ seruii sulpicii paucæ qdē sed luculē
ter scriptæ. * De eodē idē M. Ci
ce. scribit in Bruto qmaluit ī scđa arte
primus eē q̄ in pria secūdus ubi anno
tādō a. M. Tul. primā artē dici eloquē
tiā in scđo uero loco collocari iuris ci
uilis sciam pra istos leguleios male li
teratos q existimāt p sua doctrina ora
tores eē migatorios & dspicabiles *

Fratres patrueles & sorores. Frī patrueli. filio patrui. frēs patrue
les sororesq patrueles dñr:qq uc duo
bus ex frībɔ pgenerāt:ut apđ iuriscō-
sultos copiose traditū ē titulo de gra-
dibɔ. Aemiliū paulū. Cæsar paulū
æmiliū collegā Cai Marcelli ī ɔsulatu
mille & qngētis talētis sibi amicū defē
sorēq cōpuit ex hac mox pecūia nobilissimū ille ī foro basilicā extruxit:q pauli basilica dicebat:quā pliniɔ iter ma-
gnifica urbis rōæ enūerat colūnis ex frigibɔ mirabilē quā papiniɔ ad nomē alludēs elegāt̄ regiā appellauit cū ait in
prio siluarū. Illic belligeri sublimis regia pauli. C. curionē. C. curio tribunɔ plebis ātea cæsari īimicissimus mox
factus ē mutata uolūtate accerrimɔ Cæsarī ppugnator:cū ab eo liberatɔ eēt maxio ære aliēo atq fœnore ob hoc di
ctū ē a lucāo. Audax uenali cōitat̄ curio ligua & alibi de eodē sic scripsit. Gallorū captɔ spoliis & Cæsarī auro & illū
Emere oēs hic uēdidit urbē. de hoc curiōe multa historici pdidert. ad hūc extāt Cice. epľæ: Pliniɔ luculēter scripsit
in. xxxvi. curionē hōc nihil i cēsu habuisse pter discordiā pricipū: Seruius enarrās illud uirgiľ. uēdidit hic auro pa-
triā, ait curionē uēdisse romā Cæsari:xxvi. milibus aureis:de eodē petronius arbiter. Sic ait tu concute plebē curio.

M. AN. Nouū comū:galliæ cisalpinæ oppidū a gallis pditū:sepiɔ eo coloni deducti a pōpeio Strabōe primū:
mox a scipiōe:nouissime Cæsar qoq hoiz milia & ī his græcorū illustriū qngētos ī eā coloniā trāscripsit:oēsq ciui
tate dōauit. Plutarchɔ decurionē eiɔ coloniæ ī Cæsarī iuidiā a Marcello ɔsule flagris adhibitū scribit id se facere p
fessus qa ro. ciuis oō eēt uñ dat̄ itelligi ro. ciuē eiusmodi ɔtumelia affici nō potuisse. Vltra pscriptū:pľibɔ q̄ publi
co decreto pmissū eēt. Data eēt:ciuitas. s. Frī patrueli:patrui sui filio. Aemiliū paulū:cui Cæsar mille & l. sester
tia dono detulit q̄ pecunia ille nobilissimā circa forū basilicā ɔstruxit. PHI. Obstiatiɔ. priatius. Cōsules e pte
diuersa e factiōe pōpeiana. Bñficiō ppľi. illū nimirū itelligit puilegiū plebiscitū quo obtiñerat a ppľo ro. Cæsar
ut sui absētis rō hēret̄ i petitiōe ɔsulatɔ. Cæteri ipatores. hoc ppter pōpeiū dictū ē q exercitɔ īstructos hēbat. Ve
teranos ɔuocaturū. Cæsar i exercitu suo milites hōīt ueterāos:& potissimū. x. legionē:cui ppť uirtutē(ut scribit i cō
mētariis)maxie ɔfidebat:eāq sibi cohortē ptoriā futurā asserebat. pōpeius uero ex tyrōibɔ ɔscriptas hēbat legiōes
Vñ apđ lucanū:Cæsar sic taxat milites pōpeiāos. Gratis delecta iuuētɔ gymnasiis aderit studioq ignaua palestræ
& uix arma ferēs. Simul atq:staō cū. Duæ sibi legiōes. petebat Cæsar ut omissis cæterī cisalpia tñ gallia sibi cū
duabɔ legiōibɔ usq ad petitionē ɔsulatɔ ɔcederet̄. Ci. tūc e cilicia reuersus ɔciliationē pōpeii Cæsarisq agitabat:&
ut amicos Cæsari ɔsuaserat ut gallia decedēs reliquo dimisso exercitu cū duabɔ tñ legiōibɔ apđ illiricū alterū expe
ctaret ɔsulatū. Istud recusāte pōpeio ɔsuasi sūt amici Cæsarī ot altera quoq ex duabɔ legiōibɔ legio dimitteret:sed
aduersāte lētulo & acclamāte Catōe falli eos / decipi pōpeiū / pacificatio ois disturbata ē. Citeriorē galliā. citerior
gallia:q̄ & cisalpia:& togata cognoīat:fluuio rubicōe finit:cuiɔ basim alpes efficiūt. Cōuētibusq pactis. solitɔ erat

Citerior gallia. Cæsar ex ulteriore gallia proficisci in citeriorē galliā ad conuētus peragēdos legionibus in hiberna deductis:sicut
ipse testat̄ in cōmētariis. nunc ex more pristino in hac citeriore gallia pegit ɔuētus iuridicos:de qbus dictū iam est

De tri. plebis:intercedentibus p se. Curionē antoniū cassiū tribunos significat:qui ut pote Cæsaris fautores ab

De prouisione Cæsaris contra decretū senatus. C.xxix.

c Ommotus his Cæsar ac iudicās qđ sæpe ex eo audirū
ferunt difficilius se pricipē ciuitatis a primo ordine in
secūdū q̄ ex secūdo in nouissimū detrudi summa ope restitit
parti p itercessores tribunos: ptim p Seruiū Sulpiciū alterū
cōsulē in sequēti quoq anno. C. Marcello q frī patruelli suo
Marco i cōsulatu successerat eadē tēpestate collegā eiꝰ. Ae-
miliū Paulū Caiūq Curionē uiolētissimū tribūorū igēti mer
cede defēsores pauit: Sz cū obstinatiꝰ oia agi uideret & desi-
gnatos etiā cōsules e pte diuersa senatū lřis depcatꝰ ē: ne sibi
bñficiū populi adimeret̄: aut ut cæteri quoq imparores ab
exercitibus discederēt: cōfisus ut putāt facilius se simul ad q̄
libuisset ueteranos cōuocaturū: q̄ Pompeiū nouos milites:
Cū aduersariis aūt pepigit ut dimissis octo legionibus trāsal
pinaq gallia duæ sibi legiones: & cisalpina puincia: uel etiā
una legio cum illirico cōcederet̄ quo ad consul fieret.

De causis ciuilium bellorum Cæsaris. C.xxx.

Verum neq senatu interueniente: & aduersariis ne-
gantibus ullam se de repu. facturos pactionem tran
siit in citeriorem galliam: conuentisq peractis ra-
uennæ substitit bello uindicaturus: si quid de tribunis plæ-
bis intercedētibus pro se grauius a senatu cōstitutum esset.

urbe pfugerũt:cũ in eos grauissime accerbissimeq; a senatu decerneref:hii ad Cæsarẽ se contulerunt:huiusce hystoriæ ita meminit Lucanus:expulit ancipiti discordes urbe tribunos Victo iure minax iactatis curia gracchis.

Prætextũ uelamentũ eiectio tribunorũ honestissima(ut inquit plutarchus) belli gerendi occasionẽ pretextũq; Cæsari dedit. Cõsummare pagere absoluere. Alii timuisse dicunt.Lucanus in primo pharsaliæ multas enumerat causas bellorũ ciuiliũ & a liuio libro cẽtesimo nono causæ ciuiliũ armorũ referunt:inter quas qdã hãc quoq; cõnumerauerunt:q.S.Cæsar uoluerit turbare rempu.ne si romã priuatus rediisset:cogeref reddere rationẽ illarũ rerũ quas in primo cõsulatu gesserat: partim aduersus leges romanas:quas ipse contẽpserat.partim aduersus auspicia:que imprimis romani obseruabant in rebus domi forisque peragẽdis:sicuti copiose scripsimus in cõmẽtariis propertii. Quæ autẽ differentia sit inter causas bellorũ & principia docet eleganter polybius megalopolytanus in tertio hystoriarũ. Aduersus leges.cõsules abituri cõsulatu:iurabãt se nihil cõtra leges fecisse:quod a traiano abeunte cõsulatu factitatũ esse laudat plinius in panegyrico. Idẽtidẽ frequẽter. Delaturũ. denũciaturũ: accusaturũ: unde delatores accusatores dicti: nã delator auctore. A gretio is dicitur: qui defert ad accusandum. M.AN. C.Curionẽ:hũc quoq; grãdi foenore obstrictũ cæsaris munificẽtia leuatũ Plutarchus scribit:Seruius septem &.xx. aureorũ nũmũ milia Curiõi data tradidit. Cõsules e parte diuersa.M.Marcellũ: & lẽtulũ qui cũ aliis suæ factionis iuris Cæsari infensi erãt. Prætextum Delatores.

Et prætextũ qdẽ illi ciuiliũ armorũ hoc fuit. Causas ãt alias fuisse opinant Cneus Põpei⁹ ita dicitabat qđ neq; opa cõsumare q̃ instituerat neq; ppli expectationẽ quã de aduẽtu suo fecerat puaris opib⁹ explere posset: turbare oĩa ac pmiscere uoluisse. Alii timuisse dicũt ne eorũ quæ prio cõsulatu aduersus auspicia legesq; & itercessiões gessisset rõnẽ reddere cogeref. Q uũ.M.Cato idẽtidẽ nec sine iureiurãdo denũciaret e delaturũ se nomẽ eius simul ac primũ exercitũ dimisisset: quumq; uulgo fore prædicarẽt: ut sibi priuatus redisset Milonis exẽplo circũpositis armatis causã apud iudices diceret. Q uod pbabilius facit Asinius Pollio pharsalica acie cæsos profligatosq; aduersarios prospicientem hæc eum ad uerbum dixisse referens: hæc uoluerunt: tantis rebus gestis C.Cæsar condẽnatus essem nisi ab exercitu auxiliũ petiissem Q uidam putant captũ imperii cõsuetudinẽ. pẽsitatisq; suis & inimicorũ uiribus usum occasiõe rapiendæ dominatiõis: quã ætate prima cõcupiscet: quod extimasse uidebaf & Cicero scribẽs de officiis tertio libro semp Cæsarẽ in ore habuisse eos i phœnissis ει ϖερ γαρ αδικειπ χρη τυραννιδοσ περι καλλισονΔοικειν ταλλα δε σεβειχρεων. Euripidis uersus quos

Bñficiũ:priuilegiũ ut absenti petere liceret. Im patores ab exercitu discederẽt:Cæsar.s.& põpeius eo ptextu credit curio usus ad subitã ai mutationẽ celãdã:quũ antea Cæsaris accerrimus oppugnator fuisset:ut egtatẽ nõ ipm Cæsarẽ seq uideref. Simulatq; stati qđ. Veteranos:militia solutos. Nouos:tyrões. Cũ aduersariis:ↄsulibus & aliis q aio in se iimico erãt. Pepigit:cõditionẽ tẽtauit. Interueniẽte:nullo p se senatus cõsulto itercedẽte:cõsulis ue atrocitatẽ leniẽte. Cõuẽtis pactis:iuredicũdo celebratis. Vindicaturus:ulturus. Prætextũ:id ab eo in nefarii belli excusationẽ ptẽsũ. Opa:forũ de manubiis: & alia publica opa ab eo destinata. Aduersus auspicia: illud respicit qđ supra dixerat:obnũciãtẽ collegã foro expulit. Leges & itercessiões:oĩa ad eius ↄsulat⁹ acta sũt referẽda. Delecturũ:eius mẽoriã nẽ mõ uitã subuersurũ:si delaturũ legas ad accusationẽ attinebit:Cice.certũ ẽ nomẽ deferre hoĩs Circũpositis armis: Appianus.Cice.& pedianus:de miloniano iudicio eadẽ scribũt:ãneus lucanus Põpeiã a reũ cinxerũt signa milionẽ. PHI. Milonis exẽplo.notissimũ ẽ queadmodũ annius milo clodianæ cædis reus:postulat⁹ ẽ a duob⁹ appiis clodiis aliisq; qbusdã:defẽsus a mar.Cicerõe:& mar.bruto.qđ iudiciũ dũ fieret clausæ fuerẽ tota urbe tabernæ:psidia militaria i foro & circa oẽs fori adit⁹ Põpeius disposuit.ipe p ærario cõsedit septus delecta manu militũ. Cice.cũ icipet dicere exceptus acclamatiõe clodianorũ terrefactus ẽ.itaq; nõ ca q̃ solitus erat ↄstãtia dixit Dãnat⁹ milo i exiliũ massiliã pfectus ẽ bõa eius pp̃ter eris alieni magnitudinẽ semiunciã uenierũt.plinius iter pdigia hũani ai duci milonã sextertia septigẽta milia æris alieni debuisse.De hoc iudicio milonião sic scribit lucanus:atq; auso medias pɾũpe milite leges:põpeiana reũ clauserit signa milonẽ Cice.quoq; forũ armatũ militib⁹ ↄspiciẽs:noui inqt iudicii noua forma terret oclos. Igif uulgo dicebaf idẽ Cæsari euẽturũ qđ miloni;dicturũq; cãm sicuti dixerat milo septo armatis iudicio:si priuat⁹ & sine exercitu romã pedasset. Hoc uoluerẽt:hæc sunt uerba q̃ refert asinius pollio dixisse cæsarẽ:qñ ↄspiciebat aduersarios pfligatos pharsalico plio.Plutarchus in hãc sniaʒ tradit hæc Cæsar põpeii castris potitus cũ strata hoĩʒ cadauera:aliosq; isup necari ↄspicaret:suspirãs iqt:hoc uoluerẽt.huc me necessitatis adduxerẽt.C.Cæsar maximis ↄfectis bellis si exercitus dimisisset:ↄdẽnatus utiq; fore.hæc asinius pollio eo tpe a Cæsare latinis qdẽ uerbis pnũciata,ab eo aũt græce ↄscripta refert. Sũt aũt pharsalici thessaliæ cãpi:i qb⁹ ut ait solin⁹ bellorũ ciuiliũ pcellæ detonuerẽt.scribit strabo in.ix. fuisse pharsalõ duplicẽ ciuitatẽ ueterẽ.S.& nouã.plinius in.iiii.pharsalici inqt cãpi thessaliæ cũ ciuitate libera. Pẽsitatis.examiatis & q̃si i librili ppẽsis.hoc.n.significat pẽsitare & pẽsiculare:qbus uerbis Gellius & apuleius peculiarif utunf: In phenissis euripidis euripides tragediæ apđ græcos illustrator fuit:quã scribere nat⁹ ãnos duo de uigiti adort⁹ ẽ.& i spelũca q̃dã tetra & horrida salamis isulæ ferẽ tragedias scriptitasse:iter q̃s una extat.cui phenicis nomẽ iposuit:eodẽ titulo & argumẽto apđ latinos euripides aũt i hac tragedia iducit thebanũ etheoclẽ ut pote cupidũ dñatiõis dicẽtẽ hos uersus quos Cice.latios fecit:eosq; i ore fuisse Cæsaris ihiaris ipio refert. * Tragediã accius scripsit cuius teſtionio sepe scriptores utuntur ideo autem phœnissis nomẽ inditũ est tabule quia de œdipode & etheocle polynice thebanis aphœnice oriundis argumentum est. *

Milonis exilium. Cicero. Milo max debitor. Pharsalio cãpi qui.

sic ipse conuertit. Nam si uiolendum est ius imperii gratia uiolendum est: aliis rebus pietatem colas.

## De pgressu eius a Rauēna ad Rubiconem. c.xxxi.

Cum ergo sublatā tribunorū intercessionē: ipsosq; urbe cessisse nunciatū est: premissis cōfestim clā cohortibus: ne qua suspicio moueret & spectaculo publico per dissimulationē interfuit: & formā qua ludū gladiatorū erat edificaturus cōsiderauit & ex cōsuetudie cōuiuio se frequenti dedit. Deinde post solis occasum mulis e proximo pistrino ad uehiculum iunctis: occultissimum iter modico comitatu ingressus est: & quum luminibus extinctis decessisset uia: diu errabundus tandem ad lucem duce reperto p angustissimos tramites pedibus euasit. Consecutusq; cohortes ad rubiconem flumen: qui prouinciæ eius finis erat paulum constitit ac reputans q̄tum moliretur: conuersus ad pximos: & etiā nunc inquit regredi possumus: quod si ponticulum transierimus: omnia armis agenda erunt.

## De ostēto facto apud Rubiconem Cæsari dubitāti.

Sic ipse conuertit. S. Cicero qui in tertio de officiis sic scriptū reliquit. ipse autē Cæsar in ore semp græcos uersus euripidis de phenissis habebat; quos dicam ut potero incondite fortasse sed tamē ut res possit intelligi: nam si uiolandū est ius & reliqua. Nā si uiolandū. interpretamentū est euripidis uersuū a cicerone factū; quos si ad uerbum uelis exprimere: ita exprimes. Si enim iniuriari oportet sup tyrannide pulcherrimū est iniuriari. in aliis pietatem colere est oportunū. Sublatā tri. intercessionē. in hanc sentētiā scribit Cæsar cōmentario belli ciuilis primo aguntur oīa raptim: atq; turbide: nec tribunis plebis sui periculū deprecādi: neq; etiam extremi iuris intercessionē retinēdi; quod. L. sylla reliquerat facultas tribuitur. sed die septima de sua salute cogitare cogunt: id apud milites cōcionabundus cōqueritur quod tribunitia intercessio oppressa sit; quā sylla liberā reliquerit; cū oibus tamē rebus nudasset tribunorū potestatem.

Ipsos cessisse. curio: antonius & cassius significant. plutarchus inquit. uehiculū meritoriū ascendisse: qui ex urbe statim pfugerunt; seq; ad Cæsarem cōtulerunt: cū grauissime acerbissime de ipsis tri. plebis auctore Lētulo cōsule in senatu decerneret. Luduz gla. Ludus gladiatorum. scholā intelligit: & locū: in quo gladiatores docēt gladiaturā: de quo ita scribit quintilianus in gladiatore. in ludo fui q̄ pæna nulla ulteriora scelera nocuerunt. cuius ad cōparationē ergastulum leue est. scribit plutarchus Cæsarem centuriones solis instructos gladiis permisisse; qui ariminum preoccuparēt traditis hortēsio cohortibus cū ipse spectaculo gladiatorio; qđ tūc publice edebaī interesset. erat autē rauēnæ; q locus ut ait. Strabo in. v. gladiatoribus educādis erudiendisq; erat maxie idoneus. E pximo pistrino: mulos pistrierēses ait a Cæsare cōductos fuisse ad uectādū currū: legatis quæ pistrini cā facta parataq; sunt: seruius iuriscōsultus rñdit & caballos q in pistrinis eñnt cōtineri: & pistores. sæpe diminutiua diuersa sunt a gñe noim primæ positiōis; ut a scuto scutella a pistrino pistrilla. M. AN. In phœnissis sic enim euripidis tragedia inscribitur: πασ' ταο αδικειρ χρη τυρα-ννιδοσ περι καλλισον αδικειρ ταλλα ευσεβειρ χρεβη: quorū ab uerbū sensus est: si enim iniuste agere oporteat: regni causa optimū est id agere: In cæteris pietatem colere opus est. Sublatam: eiectā: curia exclusaz Curionum: Antonii & cassii: qui tum tribuni erāt. Ipsos. tribunos qui a lentulo: & Marcello cōsulibus curia eiecti cum curione ad Cæsarem pfecti sunt. Præmissis cohortibus. ccc. penes se equites tū. Cæsar habuisse dicit & peditum quinq; milia: Ludū gladiatoriū: locū in quo gladiatores instituerent: & eni alendis gladiatoribus; & exercitation: instituendis idoneum locum: rauēnam. ueteres iudicarunt strabo est auctor.

PHI. Errabundus. uere & ualde errans; nō autē erranti similis put seruius & priscianus Cæteriq; grāmatici hallucinant; q existimāt noia in bundus desinētia significare similitudinē; cū potius significēt exuberāt iā rei de qua loquant. sed in notis: seruii affati scripsimus sup hoc genus noibus. Decessisset. deerrasset digressus esset uia p errorē. Duce. S. itineris. liuius hānibal impat ducī: ut se in agrū cassinatē ducat & mox. uocatū ducē pcōtaī ubi terrarū esset. Tramiter. semitas trāsuersas. est eni trames a trāsuerso dictus ut. M. Varro iterpretaī liuius in. v. obliqs tramitibus egressi idē in. ii. trāsuersis tramitibus trāsgressus. tarmes uero genus est uermiculi canē exedēs. Termes autē dē ramus direptus cū fructu ab arbore. & pprie est oliuæ ut ait porphirio sicut palmes uitis. & ita ab oro usurpaī illo uersu nūq̄ fallētis termes oliuæ A. gellius termitē palmæ dixit ramū cū fructu auulsuz. Cōsequutusq; cohortes. in legione sūt cēturiæ. lx. manipuli. xxx. cohortes. x. ut scribit Cincius lib. vi. de re militari. prima cohors auctore Vegetio reliquas; & numero militū & dignitate precedit. hæc suscipit aquilā principale signū romani exercitus; habet pedites supra mille: ideoq; appellaī cohors miliaria & caput est legionis. Cæsar autē assecutus est cohortes: quas cū hortensio premiserat ad ariminū occupandū. Ad rubiconē. Rubicon fluuius est disterminans italiā a gallia citeriore: ut historici tradunt quē plinius in. viii. regione italiæ collocat; de quo lucanus. & galli ea certus limes ab ausoniis disterminat arua colonis. * Autumat sidonius rubiconē mutuari originem nominis de glarearum colore rubicundo. * Hic Cæsar paululum substitit mente reputans; que euenire possent mala si rubiconem transisset armatus; & ut inquit appianus ad presentes cōuersus. sic dixit Abstinentia a transitu rubiconis o amici malorū initiū mihi affert transitus uero uniuersis mortalibus īponet. his dictis ueluti furore cōcitatus trāsire pgit: dictitās cōmune illud. iacta est alea; qđ icertos; ac audaces subeūtibus casus uulgo exordiū esse solet: ut refert plutarchus; tradit petronius arbiter Cæsarē dixisse. iudice fortuna cadat alea. nā cū alea dicaī de omni ludo in fortunæ uarietate collocato; accipiaturq; p piculo; atq; discrimine. Aleā iacere dicit ille; qui se periculis fortunæq; cō mittit. Lucanus placet alea fati alterutrū mersura caput. * Græce dicit πασαρ ερριφθω κυβοσ latine ad uerbū dici pōt ois tessera iacta sit culū eni tesserā iterpretamur nō aūt talū q græce αστραγαλος dictus

Trames
Tarmes.
Termes.
iacta alea;
Aleā iacere,

in quo errauerũt scriptores recentiores aliqui eruditi. * Ostentum factum:ostentũ labeo deffinit esse contra naturã cuiusq̧ rei genitũ:factũq̧. Duo sũt genera astentorũ:unũ quotiens quod contra naturam nascitur:alterũ cũ quid ꝓdigiosũ uıdetur. ostentũ aũt dicit̃ qa ostendit sicut prodigiũ qa futura predicit:auctores Cicero & Augustinus. hic ostentũ accipit̃ ꝓ portento:alias participialiter poni solere testimonio est pacuuius. cum ait:in ipso tpe ostentũ senẽ:&c. M. Cato in libro de re rustica: Ager oleto conserũdo:equi in uentũ fauoniũ spectabit:& soli ostentus erit:alius bonus nullus erit. Arũdine canens. calamo tibiali:q̃ auleticon uocant utpote tibiis utiliorẽ:illũ uero q fistulis est accõmodatus:syringiã appellãt:cuius rei meminit. plinius li.xvi

Ostentum.

Auleticus calamus

c.XXXII

CVnctãti oñtũ tale factũ ẽ. qdã eximia magnitudie & forma ĩ ꝓxio sedẽs repẽte appuit arũdine canẽs ad quẽ audiẽdũ quũ ṗter pastores plurimi etiã ex statõib⁹ milites cõcurrissẽt iterq̧ eos & æneatores rapta ab uno tuba ꝓsiluit ad flumẽ & ingẽti spũ classicũ exorsusus ṗtẽdit ad alterã ripã: TũcCæsar eat̃ inqt quo deorũ ostenta & inimicorũ iniquitas uocat: iacta est alea inquit.

De transitu Rubiconis & eius contione. c.XXXIII.

ATq̧ ita traiecto exercitu adhibitis tribunis plebis q pulsi supauerãt: ꝓ cõciõe fidẽ militũ flens ac ueste a pectore discissa iuocauit. Existimat̃ etiã eq̃stres centus pollicit⁹ singulis: qđ accidit opiniõe falsa. Nã quũ iallo quẽdo: exhortandoq̧ sæpius digitum læue manus ostentans affirmaret se ad satisfaciendum omnibus per quos dignitatem suam defensurus esset. Annulum quoq̧ æquo aio

Ex statiõibꝫ. statio polysẽmus sermo est multa. n. significat:nã portus ẽ ubi naues stãt ad tps:ut auctor ẽ seruius de q̃ ulpianus titu. de fluminibus: stationẽ dicimus a statuẽdo. is igit̃ locus demõstrat̃:ubicũq̧ naues tutæ stare possint/statio militarẽ significat custodiã:de q̃ uirgilius: tunc quoq̧ cõsortã statiõe tenebant. hinc statiõarii milites dicti ab amião marcellino. de his statiõibꝫ nũc loquit̃. sũt ṗterea stationes errãtiũ stellarũ matutinæ q̃s primas uocãt:& uespriæ q̃s sc̃das: qñ existimant̃ stare:uñ & nomẽ accepit stationes:auctores plinius & marcianus:dicunt̃ etiã statiões loca in urbe. de qbꝫ iuuenalis statiões oẽ theatrũ. & gellius. Quæsitũ eẽ meminit in plerisq̧ romæ statiõibꝫ ius publice docẽtiũ.

Statio.

Stationarii milites.

* Est aũt statio tutela ꝓcipatus & ꝓncipis excubatio de q̃ Lucanus Te cũ statiõe pacta/ Astra petes serus. Itẽ Pli. in panegirico ait intelligimus Cæsar q̃tũ tibi ꝓ laboriosa ista statiõe & exercitu debeamus. * Eneatores:tubicines. ab ænea tuba æneatores dicti de qbꝫ sic scribit festus. æneatores cornicines dñr. i. cornu canẽtes. hac dictiõe usus ẽ amianus marcellinus pene peculiariter. sic eñ ait libro undeuigesimo. cũ supesset exiguũ noctis æneatorũ clãgore ductore urbẽ ut mox casurã terribili corona cincerũt. idem. xxiiii. æneatorum accentu signo dato progrediendi ad pugnam ad arma concursum est.

Aeneatores

Vrbanus. M. AN. Vilitatē ꝑ. tenuitatē. Melius: uilius: uerū cōmodius dicere uoluit. Tertia de. tertia ꝑcii pars: īminuta obliq; tñ tertia a Seruilia mře Cæsari ꝯciliatā dixit. Vrbāi: ciues q urbē icolitis: est alioqn urbanus facetus. Caluū: caluitio eī ut alio loco dixit offendebať. Stuprū emisti: ut sit ordo tu o cæsar. Mutuū: ob pōpeiā a Clodio adulteratā. Bogudis cōiugē: is in Hispania: quo ex Mauritania trāsfretarat enixe Cæs. ptes iuuit. Hircius in cōmētariis ē auctor. Naso: Actorius Naso credo cuius supra meminit. Idē curio inqt: & M. Actorius Naso auctores sūt. alii uasa legūt: quasi barbari sit scriptoris nomē: sed nō placet. In primā lucē: ꝑ integras noctes. In eadē naue: ntlō nō mare enauigarū accipias. Aethiopia tenus: quæ Aegypto ad meridiē cōtermina est. Noie suo: & ei mř Cæsarionē appellauit. PHI. Filiū appellare noie suo. cæsar ex cleopatra filiū suscepit cæsarionē ueluti a cæsare noie deriuato. quē cæsar augustus post mortē cleopatre interfecit a mře missuꝫ in indiā cum magna auri argētiq; copia: de quo cū snias amicorū sciscitareť augustus: dixisse Ariō philosophō ferūt nō eē ꝓbandā mulotudinē cæsarū. C. oppius. hic existiatus ē scriptor cōmētariorū nouissimorū. Cū ipe ab eēt. s. cæsar uolebat eī iteresse i latiōe legis qm parū honesta & mime romanæ modestiæ cōueniēs eē uidebať: cū talis lex barbarica potius q̄ romana dicēda sit. Nāq; ut scribit Salustius numidæ & mauri populi barbarici quāplurimas q̄sq; uxores ducūt: ita ut denas alii: alii plures habeāt: sꝫ reges eo amplius. Impudicitiæ. ꝙ. s. muliebria passus esset. Mulierū uirō. ꝓpter adulteria.
mulierosus Adulteriorū. ꝙ amator maximus fuisset mulierū: q elegāter dr̃ mulierosus. Virorū mulierem. ꝓpter impudicitiā cynedicā. Vnū sobriū accessisse. tanq̄ superiores oēs qui rē pu. euertere tentauerunt non fuerint prediti ea sobrietate: qua cæsar. Et ita sobrius non minus ad animum q̄ ad corpus re
Iolianus. ferri potest. iulianum laudat marcellinus ꝙ fuerit sobrius imperator. e contrario nihil magis dehonestauit Alex.
Alexander a uino. uictus. magnum q̄ uini auiditas. Itaq; cum hostes uinceret a uino uictus est. cato dicebat ebrietatem nihil aliud esse q̄ insaniam uoluntariam sobrietatis affectator: eleganter sobriosus dictus est a cypriano.

* In hanc sententiā Quin. in. viii. At illud nō mediocriter ꝓbandū ꝙ hoc etiā modo laudari solet ut ꝓprie dictum idest quo nihil possit inueniri significancius ut cato dixit. C. Cæsarē ad euertendā rēp. sobriū accessisse. *

Indifferētē. i. nō curiosū non morosū neq; nimis diligentē; suiq; deq; facientē; qđ græci dicunt αλιαφο ρειμ. & αλιαφορα. quæ nos in differētia; q neq; bona sūt neq; malæ: & ob id non magni facienda. Conditū oleum ꝓ uiridi. super hoc ita scribit plutarchus circa uictum facilitas uel eo patet indicio; ꝙ mediolani apud hospitem ualerium leonem cenans cum appositis asparagis ualerius unguentum pro oleo instilasset: facile cōmanducauit &

indifferentē docet: ut quondā ab hospite conditū oleū pro uiridi appositū aspernātibus cæteris: solū etiā largius dicat appetisse: ne hospitem aut negligentiæ aut rusticitatis uideretur arguere.

De rapacitate eius. C.LIV.

Abstinētiā neq; ī imperiis: neq; in magistratibus præstitit. Vt ei qdā monumētis suis testati sūt in Hispania a ꝓcōsule & a sociis pecunias accepit emēdicatas ī auxiliū æris alieni & Lusitanorū quædā oppida: q̄q̄ nec īperata detractarēt: & aduenienti portas patefacerēt: diripuit hostilit. in gallia fana: tēplaq; deū donis referta expilauit: urbes diruit sæpi⁹ ob prædā q̄ ob delictū. unde factū ut auro abūdaret: ternisq; milib⁹ nūmū in libras ꝓmercale in Ita=

opipare. Idq; moleste ferētes sodales castigauit dicens: debuit satis esse his qui hoc improbāt: hoc nō uti. q hanc rusticitatē culpat nō nisi rusticus esse potest: cōditū media syllaba ꝓducta legendum est: tanq̄ a cōdio deriuatū qđ plutarchus unguentū appellauit; id oleū cōditum uocat trāquillus. nā & ex oleo unguēta fiunt ut auctor est plinius in xv. & docet collumella in in ultio. si uero cōditū legis media syllaba correpta accipe pro oleo uetusto & inter penora recōdito: qđ minime iucūdū est. qm̄ ut inquit plinius uetustas oleo tediū affert: plurimūq; etatis annuo est. & ita hæc duo opponētur uiride & cōditū tanq̄ recēs ueteratoq; qdā indoctæ exponūt illud ꝓ uiridi q̄si dicat ꝓ silato hoc ē ad cōditurā cibi; quē ex herbis uirētibus necnō aceto oleoq; gutati instillato cōcinamus; eoq; uti solemus in ꝓncipio cenæ: plinius cibaria hoc genus appellat acetaria; ꝓpterea ꝙ ex aceto sūmūtur. * Non ignoro acetaria aliter interpretari a plynianis enarratoribus quib⁹ in hoc haud quaq̄ astipulamur. * oleū qđ fit ex īmatura oliua omphaciū appellauere. græce em̄ ομφακεσ dn̄r uuæ & fructus imaturi. ipa uero oliua noiatur drupa. mēdosa est dictio apđ pliniū li. undetrigesimo; nā ꝓ drupis oliuis legit dirupt; oleū aūt ex drupis cōfectū bonitate ꝑcellit & uiriditate; q̄to em̄ maturior fuerit bacca tanto oleū minus gratū qđ fit ex nucibus iuglādibus carynō uocāt καρυον enim græce nux; qđ ex rosis rhodinū ροδον em̄ rosa; gleucinū oleū appellat plinius cui mustum incoqtur uapore lento græci γλευκοσ mustū dicūt. qua aūt rōne cōfici debeat oleū gleucinū docet columella li. xiii. cuius scia minime prætermittenda est de oleo uiridi. ait enim uiride oleum ꝑmi citra mensem decembrem; quod accerbum est neq; conducit rationibus patresfamilias. quoniā exiguū fluit. uiride autem tunc conficere expedit; cum satis fluit: & pretio pene duplicat domini redditum.

Cōditum. Acetaria omphaciū quid. Carynon. Rhodinū oleum. Gleucinū.

Neq; in imperiis. quando erat in prouinciis cū imperio & copiis militaribus. Neq; in magistratibus. quando erat romæ cōsul. illud enim ad ꝓuinciales: hoc ad urbanos referendum est.

M. AN. Quasi plane defēsiōe; quasi ualido patrocinio opus esset locupleteq; testimonio: ut res tā nota negaretur. Quas & quot; uelut neq; illū in ordine discrimeret: neq; modus adhiberetur. Impudicitiæ dū puer & andulescēs fuit. Adulterū; postq̄ adultus alienas fœminas sectari cœpit. Sobriū accessisse. quo magis miror Plutarchū scriptum reliqsse Cæsarē ip̄z; ut supra ostēdimus: in curia a Catone ebriū appellatū: nisi forte ille tūc ad amorē respexerit. Ab hospite; Valerio Leone Mediolanense. Cōditū oleū: Plutarchus unguētū ꝓ oleo asparagis ifusū tradidit. Pro uiridi; uiride oleū; q̄ rōne fiat; Cato in re rustica docet. Pli. fit ex olea adhuc alba expressa deterius ex drupa; ita em̄ uocat̄ priusq̄ cibo matura sit iā tū colorē mutās differētia; qđ hoc uiride est. illud cādidū. Largius appeteqtius. Aut rusticitatis; eiusdē Cæsaris in illa ipsa cœna uox fuit; q hanc rusticitatē arguit: nō nisi rusticus eē pōt. Abstinētia; ā alienis. Neq; ipiis dū exercitib⁹ ꝑfuit. Mgr̄atib⁹; quos sine exercitu gessit. Viride oleū

PHI. A ꝓcōsule. ꝓcōsulē hispaniæ intelligit cæsaris antecessorē. qs hic fuerit ambigitur; nec refert: cū sensus sit manifestarius. tuberonē intelligi cui q̄stor fuit nō placet nec cōuenit. Monumētis libris. monumētū em̄ ut inqt florentinus iuriscō. gn̄aliter res ē memoriæ causa in posterū ꝓdita; & ut auctor est festus; qcqd ob memoriam alicuius factū est id monumētū est; ut fana. porticus; scriptæ; & carmina. de monumēto ita scribit Var. monumenta a monēdo q̄ sūt in sepulchris; & ideo secūdū uiā quo ꝑtereūtes admoneant & se fuisse & illos eē mortales ab eo cœtera quoq; scripta ac facta memoriæ causa monumēta dicta. Emēdicatas. more mēdicantiū expetitas. Monumēta.

Eris alieni æs alienū debita nūcupamus quo. s. conflictabat̄ cæsar. Mercurius in sexto loco ab horoscopo facit multis debitis & multo usurarū fœnore iplicatos. Talis erat cæsar ære. s. alieno fenoribusq; cohopertus. Lusitanorū. lusitania ꝓuincia est & ulterioris hispaniæ. auctor est plinius lusum liberi patris aclysam cū eo bacchantē nomen dedisse lusitaniæ. Fana; antiq fana templa dixerūt siue a fauno; qui auctore probo grāmatico primus cōditor fuit; siue a fando; qa ut scribit Festus dū pontifex maximus tēplū dedicat; certa uerba fatur. fana autē & tēpla hoc in loco dispatit seiunxitq; perinde ac diuersa. sūt em̄ tēpla ꝓprie loca ꝑ augures cōstituta. apud ro. se. con. fieri nō poterat nisi in templo; & ut ait uarro & repetit gellius in. xiiii. nō oēs ædes sacræ tēpla sūt; neq; ædes uestræ erāt tēplū. Expilauit. expilare & cōpilare significant furto fraudare. sic ut ne pili qdē in corpe spoliatis relinquant̄ auctor asconius. inde apud iuriscō. titu. est de crimine expilatæ hereditatis. & q alienā hereditatē expilauit extraordinarie solet cohercerī. Promercale diuenderet. ꝓmercalia uocamus mercimonia; quæ uenditioni exposita sūt Ita Au. gellius ꝓmercalia esse putat in penore; & suetonius in libro de grāmaticis & rhetoribus tradit palemonem grāmaticū exercuisse officinas uestiū promercaliū. Columella quoq; libro. xii. sic refert de officio uillici scribens.

Fana unde. Templa. Expilare. Cōpilare. Promercalia. Palemon.

pecuniā dñi neq; in pecore neq; in aliis rebus promercalibus occupet. Idem in primo. Neue negocietur sibi pecu-
niamq; dñi aut animalibus aut rebus aliis ꝓmercalibus occupet: quidā existimāt ꝓmercalia proprie dici merces
Propolæ q̄ que primo minoris emūtur ut postea pluris distrahātur: quarū rerum negociatores græco uocabulo propolæ nū
cupantur πρὸ enim græce dicitur ante: & πωλέω uendo. hac dictiōe usus est plautus in aulularia. & mar. tullius
in oratione contra pisonem: cuius uerba sunt hæc. pistor domi nullus. nulla cella. panis & uinū a propola atq; de
cuppa. Lampridius quoq; in cōmodo. ait. Imitatus propolas circumforaneos equos curroles sibi cōparauit.

liam: prouinciasq; diuenderet. In primo cōsulatu tria milia pondo auri furatus e Capitolio: tantūdem inaurati æris reposuit. Societates ac regna precio dedit: ut qui uni Ptolemeo prope sex milia talentorum suo Pompeiiq; nomine abstulerit: postea uero euidentissimis rapinis ac sacrilegiis & onera bellorum ciuiliū & triūphorū: ac munerum sustinuit impendia. De eloquentia & arte oratoria:

Sensus est tranquilli cæsarem adeo abundasse auro: ut diuēderet partim in italia partim in ꝓuinciis singulas libras auri promercalis tribus milibus nūmum. * Pondo pli. frequens est i hoc genere locutiōis ut dicat precīū est in libras decē pro libra eius rei uenditur decem assibus siue denariis preciū est in libras quinq; libra uenditur quinq; nūmis. * Tria milia pondo auri: pondo aliquando pro
pondere accipitur: aliquādo significat libram. unde antiquitus duapondo & trepondo: usq; ad quintiliani ætatem
ab oibus dictū est: & recte dici messala cōfirmat hic pondo pro libria accipitur. Furatus e capitolio: plinius re-
fert in. xxxiii. cæsarem nō in prio cōsulatu sed primo introitu urbis in ciuili bello: ptulisse ex ærario laterū aureorū
xxvii. milia: & in numero pondo. ccc. cū aliis temporibus nō fuerit romana resp. locupletior. Idē tradit in. xix. cæ
Laserpitiū. sarem initio ciuilis belli protulisse ex ærario inter aurum & argentum laserpitii pondo centum. xi. Est autē laserpi-
Silphion. tium: ut id quoq; obiter declaretur: uirgultū herbidū quod græci silphion appellāt: ex cuius culmo exudat succus
Laser. roscidus: quē uocant laser magnificū in medicamētis: & in cyrenaica ꝓuincia laudatissimū. hinc a catullo dictum
laserpiciferis iacet cyrenis. caulē laserpitii magudari uocarunt: qđ tenerius est & minus uehemēs. hinc est iocus il-
le plautinus ex rudente. ubi ad cyrenensem senē ait tranio. te oro & queso si speras tibi hoc anno multū futurū sir-
pe & laserpitium & inibi seu tibi cōfidis fore multā magudarim. In his ego uerbis existimo: illud sirpe: esse corri-
gendū silphiū. Namq; ut dudū diximus: silphion græci uocant ipm laserpiciū. & ita leges multū futurū silphiū
Locus & laserpiciū: priscianus in septimo allegat hoc plautinū: aitq; magudarim esse frugis genus idest caulis. Alii ma-
plauti. gudarim uolunt esse siliginem: in quo haud dubie fallitur. hoc ideo latius explicaui ad coarguendos grāmatistas
Magudaris qui in triuialibus ludis quotidie nominitant magudarim: nec tamen quid sit satis callent. * Cū apud fe-
stū lac sirpicū uocetur: & sirpe id laserpitiū & laser poterit in pli. quoq; sirpe legi & ita nihil erit immutādū. *
M. AN. A ꝓconsule: sub Tuberone: quæstor Cæsar fuit in hispania: quē maxime obseruauit: sed ille prætor a
Pretores. Plutarcho nō proconsul dicitur: q̄q̄. non ignoramus omnes qui exercitibus præessent: quod pedianus etiā testa-
Lusitani. tur: prætores a ueteribus appellatos: In auxiliū: ad sese ære alieno leuandū. Lusitanorū. lusitanos & Calecos
Caleci. in hispania Cæsar bello domuit. Fana templa: recte distinxit. nam non omnes sacræ ædes: seu fana: sunt eadem
& templa qđ Gel. in atticis noctibus docet. Promercale aurū: ꝓmercalia a ueteribus dicta quæ citra usū uena-
lia ꝓponebātur: unde ꝓmercales uestes. Tranquillus in palemone cū officiū ꝓmercaliū uestium exerceret. Gel. ex
iis aūt inquit: quæ ꝓmercalia & usuaria in locis iisdem essent: ea sola esse penoris putat: qbus uerbis dat intelligi ꝓ
mercale id esse qđ ab initio diximus. Tria milia pondo auri: quod sacrilegiū: qa pontifex maximus occultius
patrauit. Plinius. M. Crassum duo milia pondo auri tertio suo. & Pompeii consulatu ex capitolini iouis solio fu-
ratum tradidit. Inaurati æris: q sublati auri speciem repræsentaret.
Annibalis PHI. Inaurati æris. ad fraudē cōuelādā & furtū dissimulādū: in quo imitatus uidet calliditatē annibalis: q
caliditatē iustino & ꝓbo emilio auctoribus ꝯpleuit amphoras plūbo: summas operiens auro & argento. easq; pñ̄sentibus cretē-
Cæsar imi sibus deposuit cretæ in tēplo dianæ simulans se fortunas suas illorū fidei credere clā uero statuis æneis quas secū
tatus. deportabat. auro & pecunia ꝯplens illusis cretensibus ad prusiā regē cōtendit. Societas. honoratissimū sibi eē
Talentum existimabant externi reges natiōesq; si societatē coirent cū po. ro. olim Vermina siphacis filius ꝓ maxio bñficio pe
multiplex. tiit p legatos ut rex sociusq; & amicus ab senatu appellaret. rñsū legatis ē nois eius honorē ꝓ magnis erga se regū
ptolomeus meritis dare po. ro. ꝯsuesse. sensus trāqlli ē. cæsar his q petebāt societatē romanā: & qui socii romanorū dici affecta
auleta. bant: precio accepto id dabat: sicut etiā regna regibus accepta pecunia cōcedebat. Vni ptolomeo. Auletā ptolo
Talentum. meū significat: qui pulsus regno restitutus fuit per gabiniū cæsare & pompeio suffragantibus de quo ante dictū
est. Sex milia talentorū: talentū apđ priscos nō unius generis fuit. nāq; atticū erat sex miliū denariorū. alexādri
num. xii. denariū neapolitanū. vi. denariū. syracusanū triū denariū. rheginū uictoriati: qđ nūmi genus est a uicto-
riæ nota. præterea ut auctor ē priscianus talētū atticū magnū octogīta libras & paulo plus hēbat. talētū uero pūi
hʒ lx. minas atticas. refert mar. Var. talētūegyptū pondo. lxxx. patere. Idem ait talētū atticū taxari. xvi sestertiis. ge
neraliter noie talenti significatur talentū magnū: qđ ꝯtinet libras. lxxx. de quo ita scribit Liui. li. xxxviii. Argēti pbi
xii. milia attica talēta dato intra. xii. ānos pensiōibꝫ æqs: talētū ne minus pōdo. lxxx. romanis pōderibus pendat.
Neruí rerū * De talēto copiose scribit Iulius pollux li. ix. onomastici a quo polytalātoæ diues noiat. * Onera bellorū
pecuniæ. Bella & maxie ciuilia sine pecunia copiosa geri nō posse nullus ignorat: sūt ei nerui bellorū & rerū agendarū effe-
ctrices pecuniæ. nec satis ꝑscribi pōt sūptus bellicus. uñ archidamus spartanus rogātibꝫ sociis q̄tū pecuniarū fo-
ret satis ad bellū peloponnsiacū: scitēter respōdit. ὁ πόλεμος οὐ τεταγμένα ζητεῖ. i. bellū ordinata nō querit
Impendiū Munerū. non tam donorum q̄ spectaculorum intellige. Iam eñ dictum est munera dici spectacula: in quibus

cæsar fecit impēdia regalia. Impendiū aūt significat īpensā ab impendēdo ære appellatā: ut auctor ē mar. uarro.

Eloquentia militari. differt eloquentia militaris ab eloquentia forensi inde uerba castrensia dicuntur quibus in castris frequenter: in foro rarenter utebantur: sicuti illud est quadrigarii: copiantur. quod uerbum ut inquit gellius castrense est: nec facile id reperias apud ciuilium causarum oratores: & liuius ait orationē tempanii fuisse militariter grauem significare uolens fuisse incompositam minimeq; excultā flosculis eloquentiæ forensis. Cor quo q; Tacitus inquit uespasianum militariter locutum esse ad milites: cum eloquentia castrensi usus sit non forensi: si donius apolinaris cæsarē & ipse laudat ab eloquentia castrensi: & quintilianus dixit cæsarem eodē animo dixisse quo bellauit: in quo mira fuit sermonis elegantia. — *Eloquētia militaris.* — *Vespasianus militarit locutus*

C.LV.

Eloquentia militari: qua re aut æquauit præstantissimorum gloriam: aut excessit: post accusationē Dolobellæ haud dubie principibus patronis annumeratus est. Certe Cicero ad Brutum oratores enumerans negat se uidere: cui Cæsar debeat cedere: aitq; eum elegantem splendidam quoq; ac etiam magnificam ac generosam quodāmodo rationē dicendi tenere: & ad Cornelium nepotem de eodem ita scripsit. Quid oratorū quem huic antepones eorum qui nihil aliud egerint. Quis sententiis: aut acutior: aut crebrior. Quis uerbis aut ornatior: aut elegantior genus eloquentiæ dumtexat adolescens adhuc Strabonis Cæsaris secutus uidetur: cuius etiam ex oratione quæ inscribit pro sardis ad uerbū nōnulla transtulit in diuinationē suam

Principibus patronis. patronos uocamus oratores: qui patricinio suo reos tutantur. nec temere patronus fungitur officio accusatoris. sed proprie is est qui agit causā accusati. primarii aūt patroni tēporibus Cæsaris romæ fuerūt Cicero & hortensius cū hortēsius ob eloquētiam rex causarum nominetur. Et cicero in iudiciis ab hominibus ætatis suæ regnare dictus sit. Cæsarē ait trāquillus annumeratum fuisse inter primarios actores causarum posteaq̄ accusauit Dolobellam repetūdarum: de quo supra: tanq̄ patroni & dicantur qui accusaunt. Cæsar enim accusatoria eloquentia infectatus est dollobellam nec tamen obtinuit ut dānaretur. — *Patroni q.* — *Cicero.* — *Hortēsius.*

Cicero ad brutum. liber est ciceronis: qui inscribitur. brutus. in quo enumerā tur romani oratores: & cū de oībus ætatis suæ silentium agat: solos cæsarem atq; marcellum adhuc uiuētes miro preconio extollit: aitq; cæsarem omnium fere oratorum latine loqui eloquentissime.

M. AN. Societatēs ro. p. s. Vui ptolemeo auleti: qui amicus & socius est a senatu appellatus. Rapinis & sacrilegiis: ut hoc ad res sacras: ad profanas illud referas. Eloquentia militari: qualem in eo esse oportuit: qui plurimū in armis esset uersatus. Plutarchus dicendo rationem: ad quam habilis & natura pronus ferebatur omittens: rei militaris curam suscepit Fabius. C. uero cæsar: si tantum foro uacasset: non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur: aut certe militarem eloquentiam intelligi uoluit: quæ in negociorum actione: non in præceptis declamatoriaue ostentatione uersat. Principibus patronis: inter primos patronos. Cicero ad Brutum. de perfecto oratore. de quo idem ad eūdem: quoniam inquit illud maiorum uigiliarum opus in tuo nomine apparuit.

Ad Cornelium Nepotē: quæ Cicero ad Corneliū scripsit: hodie non extant: Sūt qui epistolas tārū ad eū exaratas existimēt: huius Pli. nō uno loco meminit: quippe quē in iis quæ falso de Istro tradidit mēdacii redarguat.

PHI. Ad cornelium nepotem. hic est ille cornelius nepos: qui marci Ciceronis ut qui maxime amicus familiarisq; fuit: librosq; de uita illius composuit. Non peruenerunt ad posteros: que scripsit cicero ad cor. nepotem tantummodo extat libellus nepotis de uita pomponii attici breuiter eleganterq; perscriptus. De hoc eusebius chonographus. Cornelius nepos scriptor historiarum clarus habetur. est autem nepos hominis cognomentum. ut apud Iuuenalem Dignisq; molam uersare nepotis. — *Cor. nepos*

Adhuc adolescens. adolescenti genus dicendi conciracius cōgruit. Seniori uero sedatius. unde ait cicero orationem suam cepisse canescere. cum autē imitatio similes nos his quos imitamur efficiat: cæsar adhuc adolescens imitatus est stilum scriptionemq; cæsaris strabonis oratoris tanq̄ etati suæ & ingenio feruenti congruentem: cum in alia etate potuerit alios imitari. Suadet enim quintilianus in. x. non uni nos addicere deberi: quem per omnia sequamur. neq; unum solū imitandū. Strabonis cæsaris. Strabo cæsar orator fuit: cuius orationem qua sulpitio respondit: citat priscianus pro testimonio libro. v grāmatices. Idem in sexto ait Strabonem cæsarem dixisse penoris ut pecoris: huius eloquentiam cæsar cum adhuc esset adolescens secutus est multi cum nullam eius strabonis cæsaris mentionem fieri apud ueteres crederent lapsi sunt in errorem ut pro strabonis cæsaris emendarent uel potius deprauarent cai carbonis. — *Strabo cæsar.*

Transtulit in diuinationem. cum de constituendo accusatore queritur iudicium quod super ea re redditur: cui nam potissimum ex duobus pluribusue accusatio in reum permittatur: ea res diuinatio appellatur: Et ut inquit Caius bassus id iudicium diuinatio nominatur quoniā diuinare iudicem quodāmodo oporteat: quam sententiam sese ferre par sit. Alii diuinationem appellatam esse putant: quoniā cum accusator & reus duæ res quasi cognatæ coniunctæq; sint: neq; una sine altera constare possit: In hoc tamen genere causæ reus quidem iam est: sed accusator nundū est: & iccirco diuinatiōe supplendum est: quisnam accusator futurus sit. Ita marci ciceronis prima uerrinarum diuinatio inscribitur quia ut auctor est asconius non de facto queritur sed de futuro: quæ est diuinatio: uter debeat accusare cicero an cecilius. Alii putant diuinationem dici: q; res agatur sine testibus & sine tabulis: & his remotis argumenta leuia sequantur iudices & quasi diuinent. In hoc significatu accipimus hoc in loco diuinationem cæsaris: qui ex oratione Strabonis cæsaris: quem imitatur transtulit quedam in orationem suam: q̄ dicta est diuinatio. Hoc opinor in accusatione dolobellæ contigit: in quo iudicio ut licet coniectorie suspicari tractum est: utrum cæsar an alius dolobellam accusare deberet. unde cæsar sicut cicero in causa uerris diuinationem edidit. — *Diuinatio oratoris. quid.*

Pronunciasse. demosthenes primas & secundas tertias pronũciationi dedisse fertur:cum interrogaretur: quid in dicendo esset primũ.ut ait mar. tullius:haec in dicendo una dominatur: sine hac sũmus orator esse in numero nullo potest. mediocris hac instructus sũmos sepe superare. Constat autẽ ꝓnũcio ut ait fortunatianus:uoce uultu: gestu. Venustate. uenustum est quod cum gratia quadam & uenere dicatur.ut ait fabius:uenustatẽ feminis dis gnitatem uiris cõuenire docet. M. Tullius: Si luna a ioue defluat ad uenerem facit uenustos & quibus ut ait Firmi cus in quarto mathefeos ex uetustate potestas maxima cõparetur. hic uenustas accipitur pro gratia dicendi & ue nere amabiliq; suauitate.

Pronunciasse autẽ dicit̃ uoce acuta: ardenti motu:gestuq; non sine uenustate. Oratiões aliquas reliquit: inter quas te mere quædã feruntur pro. Q. Metello quam nõ immerito. Augustus extimabat magis ab actuariis exceptam male sub sequentibus uerba dicentis q̃ ab ipso editam. Nã in quibus= dam exemplaribus inuenio: ne inscripta quidem pro Metel= lo: sed quã scripsit Metello: cũ ex persona Cæsaris sermo sit: Metellum seq; aduersus coium obtrectatorũ criminatiões purgantis: apud milites quoq; in Hispania idem Augustus orationem esse uix ipsius putat: q̃ tamen duplex fertur: una quasi priore habita prœlio: altera posteriore: quo Asinius Pollio: ne tempus quidem concionandi habuisse eum dicit subita hostium incursione.

De libris cõmentariis & epistolis per eum editis. C LVI.

Reliquit & rerũ suarũ cõmẽtarios gallici ciuilisq; bel li põpeiani. Nã alexãdrini africiq; & hispaniẽsis icer tus auctor ẽ. Alii.n. Oppiũ putãt: alii Hirciũ: q etiã gallici belli nouissimũ iperfectũq; librũ suppleuerit de com= mẽtariis Cæsaris Cicero in eodẽ libro sic refert Cõmẽtarios scripsit ualde quidẽ ꝓbãdos: nudi sũt recti. & uenusti oi or natu orõnis tãq̃ ueste detracta: s; dũ uoluit alios hr̃e: para= tã unde sumerẽt q uellẽt scribere historiã ineptis gratũ for=

Actuarii q. Ab actuaris exceptam: actuarii dicĩ uidentur q acta actionesq; describũt ueloci stilo: eaq; descripta deinde recitant quod si gnificare uideĩ seneca his uerbis. multum inquit uiua uox facit nõ quidem hæc q̃ alienis uerbis commodatur & actuarii uice fungitur. De actuario lo cutus uideĩ & iuuenalis illo uersu: Quis dabit historico q̃tũ daret acta legenti scribit iulius capitolinus uicto riũ a quodam actuario fuisse interfe ctum. Actuarii igitur tanq̃ notarii exce perũt orationem cæsaris sed male: cũ subsequi non possent celeritate scri bendi celeritatem dicentis.

M. AN. Elegantem. Fabius de figura dicendi: quæ in Cæsare fuit ex ornat. Hæc omnia inquit mira sermo nis cuius proprie studiosus fuit elegã tia. Adolescens: sic enim legis non adolescentis: ut ad Cæsarẽ id referas: qui adolescens adhuc sic Cæsaris sti lum secutus: sed procedẽte ætate aliĩ ab eo diuersum. Strabonis Cæsaris gentilis sui. Ardenti motu: idẽ Fa bius tanta in eo uis: ea concitatio: ut il lum eodẽ animo dixisse quo bellauit appareat. Pro Quinto Metello: Cæsar & Metellus patrum decreto: ut alio loco dixit dignitate submoti sunt.

Actuariis: iis qui acta celeri scriptione excipiebant. Anneus Seneca: multum inquit uiua uox facit: non quidem hæc q̃ alienis uerbis accõmodatur: & actuarii uice fungitur. Exemplaribus: exemplaria dicuntur unde episto læ: orationes: aliaue scripta sumuntur: estq; exemplar: ut Pompeio placet: ex quo simile aliquid facimus exemplum quod sequimur: aut uitamus: sed utrumq; pro altero quandoq; usurpatum reperies.

PHI. Sed quam scripsit metello. scribere pro metello est pro defensione metelli: scribere metello significat mittere dicareq; ipsi metello. ait suetonius exemplaria quedam se inuenisse: quorum inscriptio demonstrabat non pro metello hoc est non pro defensione metelli scriptam fuisse a cæsare orationem sed metello scriptã hoc est me tello dicatam missamq; uideturq; significari ille Metellus tribunus plebis cui leges turbulentissimas ferenti fauit cæsar prætor existens. fueruntq; ambo repulsi ex decreto senatus ab administratione rei pu.

Vna quasi priore habita prelio. cæsar duobus preliis confecit bellum hispaniense aduersus filios magni pompeii: Altero apud cordubam: altero apud mundam. scribit appianus cæsarem cum in maximo periculo con stitutus esset apud cordubam milites nominatim appellasse: & duces his uerbis affatum esse erit hic mihi finis uitæ uobis autem rei militaris nouissimus labor. In prælio uero apud mundam discurrens per medias acies ar matorum ita inclamitabat. si nihil pudoris superest corripite me & in puerorũ manus tradite. Priore. apud

Cõmentarium quid. cordubam. Posteriore. apud mundam. Reliquit cõmentarios: commentarium librum appellamus: in quo res simpliciter summatimq; & quasi per capita describuntur. hoc declarat Seneca cum sit scribit libro. iii. declama tionum. sine commentario nunq̃ dixit seuerus cassius: nec hoc commentario contentus erat: in quo res nudæ po nuntur. Cicero in bruto: Non est oratio sed quasi capita rerum & orationis commentarium paulo plenius. Vnde cæsaris commentarii dicti sunt quos ob hoc scripsisse uideri uoluit: ne scientia tantarum rerũ scriptoribus deesset. Elegantia stili satis declarat: qui nam a cæsare scripti: qui ue ab aliis editi sint commentarii. Namq; nouissimus qui continet hispaniense bellum. barbaricam magis quam historicam elegantiam redolet. Suppleuerit. octaui cõ mentarii de bello gallico scripto fuit hircius: sicuti eius prefacio ad balbum aperte significat.

Nudi. sine pigmentis oratoriis sine uestitu scriptionis cultiore. sed quemadmodum femina pulchra nuda est q̃ purpurata pulchrior: ita cæsaris commentarii nudi sunt uenustiores pulchrioresq;: q̃ scripta aliorum fucata & uestitu oratorio condecorata: & sicut feminæ ob id bene olere dicuntur: quia nihil oleant. itidem cæsariani com mentarii sine pigmentis pigmentati uidentur. sine unguentis bene olentes: & sine ornamentis ornatissimi. Au. gel lius scribit cæsarem sermonis fuisse præter alios suæ ætatis castissimi.

Calamistris inurere. Calamistrũ uocamus ferrum tonsoriũ: quo calefacto capilli fiunt annulati. Vnde coma calamistrata & pueri calamistrati dicti. De calamistro diximus affatim in cõmentario propertii primo. Exprobratur gabinio a cicerone coma calamistrata sensus est quẽadmodũ tonsor calamistro adhibito capillos magis urit q̃ ornet: ita metaphoricos ait cicero ineptos scriptores qui audebũt attingere cæsaris cõmẽtarios inusturos potius quam decoraturos illius scripta calamistro. hæc autem scribit cicero in bruto hoc est in libro de claris oratoribus.

Calamistrum qd. Coma calamistrata.

Adeo oia probantur. uerba sunt hirci ex prefatione sumpta: quam preponit cõmentario belli gallici. Parũ

tasse fecit: qui illa uolũt calamistris inurere: sanos quidẽ homines a scribendo deteruit. De eisdẽ cõmentariis Hircius ita prædicat: adeo probãtur omnium iudicio: ut prærepta non præbita facultas scriptoribus uideatur. Ceteri q̃ bene q̃ emendate nos etiam quã facile atq; celeriter eos perscripserit scimus. Pollio Asinius parum diligẽter: parumq; integra ueritate cõpositos putat. Cũ Cæsar pleraq; & quæ per alios erãt gesta temere crediderit: & quæ per se: uel consulto: uel etiam memoria lapsus perperã ediderit: existimatq; rescripturum: & correcturum fuisse. Reliquit & de analogia duos libros: & Anticatones totidem: ac præterea poema: quod inscribitur iter: quorũ librorũ primos in trãsitu alpiũ: cũ ex citeriore gallia cõuentibus peracris ad exercitum rediret: sequẽtes sub tẽpus mũdensis prœlii fecit: nouissimũ dũ ab urbe in Hispaniam ulteriorem quarto & uicesimo die puenit. Epistolæ quoq; eius ad senatũ extant quas primũ uidetur ad paginas: & formã memorialis libelli cõuertisse. Cũ antea consules & duces nõ nisi transuersa charta mitterent

integra ueritate. Lex historiæ prima ẽ ut uera dicantur. Detracta enim ueritate ut inquit decenter polybius simi lis fit historia animali excecato: quod sine luminis usu est inutile. unde a cicerone historia dicitur lux ueritatis. esset itaq; reprehensioni iustæ obnoxius cæsar si parum fideliter cõdidisset historiam sicuti philius & fabius pictor a polybio reprendũtur: q a ueritate in scribendo defluxerint.

M. AN. In Hispania. ubi nouissime pompeii liberos prælio uicit.

Priore prælio: nam & ad Cordubã & ad Mũdã pugnatum est: ut Hircius: siue Oppius scripsit: nec placet: ut id referas ad bellũ: quod Cæsar in Afranium: & petreiũ prius gessit in quo tumultuario certamine apud Hilerdam: nec totis uiribus est concursum.

Pompeian': eorum quæ in pompeium gessit. Alii Oppiũ alii Hircium: hinc credo factũ ut cõmẽtarii ipsi hodie sub incerto auctore ferantur.

Eodẽ libro: ad Brutũ. Nudi: sine fuco: alioue maiore uerborũ lenocinio. Recti: sine lapsu: nec in uitiõ declinantes. minimeue claudi: aut obliqui. Venusti: quadam dicendi gratia: ac uenere referti. Fortasse fecit: q dicendo stilũ: uelut calamistro cõcinnare uellent. Calamistro: instrumento ad inflectendos concinandosq; cappillos apto: unde calamistrati dicti. Sanos: integri & sani iudicii. Asinius pollio: q & ipse ex familiaribus Cæsaris fuit.

PHI. Per alios gesta. ut pcurionem per labienũ. per cottam legatos. Memoria lapsus. non uidet simile ueri obliuionẽ obrepsisse cæsaris memoriæ: cũ fuerit in illo sublimitas oim capax: quæ cælo cõtinetur. Perperã non recte. De analogia duos libros. græci analogiã uocãt quã latini proportionẽ dicunt: & analogia & contra analogiã scripsit. Mar. Varro subtilissime ad ciceronẽ. Aristarchus & crates grãmatici illustres alter analogiã defensitauit alter oppugnauit. Crates eñ cõtra analogiã atq; cõtra aristarchũ p anomalia neruos suos cõtendit. quintilianus horũ cæsaris librorũ ita meminit lib. i. an tum cæsaris fregerũt editi de analogia libri. gellius i. xix. auctor est libros hos de analogia pscriptos eẽ a cæsare ad mar. ciceronem. Anticatones totidẽ. Cicero librũ scripsit cui titulus est cato: quo catonis uticensis laudatio cõtinebat hoc eũ merore angeret cæsarẽ: ppterea qd preconia catonis suã esse ducebat uituperationẽ: duos libros scripsit in catonẽ crimina catoniana cõplexus: q anticatones inscribũtur. Iuuenalis. Maiores quã sint duo Cæsaris anticatones. Priscianus quoq; allegat cæsarẽ in anticatone priore: qa est & posterior. nomẽ est cõpositũ ex greco & latino: nã ut inquit quintilianus in primo ex peregrino & nro cõponũtur dictiones: ut epitogiũ & anticato. De anticatonibus intelligit Cicero quadã ad attico epistola sic scribens: qualis futura sit cæsaris uituperatio cõtra laudationẽ meã: perspexi ex eo libro: quẽ hircius ad me misit: in quo colligit uicia catonis. Inscribitur iter. græci ὁδοιπορικόν uocant. quod uulgo dicit Itinerariũ. de quo sic scribit hieronimus in libro de uita & obitu paulæ. neq; eñ odœporicon eius disposui scribere: Impressi codices mẽdosi sũt: qui pro odœporicõ habent adephoricũ. Primos duos. s. de analogia. Cõuentibus. relege quæ supra annotauimus pertinentia ad cõuentus. Sequentes. anticatones. Sub tẽpus. circa tpus uel per tps. nãq; sub lucẽ dicimus p ante lucẽ uel p lucẽ: sicut sub noctẽ cura recursat p per noctẽ: lege quæ scribit priscianus in. xiiii. de hac particula. Sub. Mũdensis. quo apud mũdã uicit filios põpeii: scribit marcellinus iulianũ sub pellibus solitum quedã scribere de nocte ad emulationẽ cæsaris: unde admonemur cæsarẽ in bello dedisse operã marti & mineruæ gladio & stilo. * Et ut auctor est sidonius / ducũ antiquorũ dextra solebat nõ minus stilõ tractare q̃ gladiũ. *

Analogia. Anticatones. Odœporicon. Sub.

Formã memorialis libelli. Epistolæ passim scribi solent in charta trãsuersa & cõplicata cõstãtq; ex simplici folio. cæsar primus redegit epistolas ĩ formã libelli qui memorialis appellat ppterea qd memoriæ uegetãdæ causa fieri solet: in coq; pluribus paginis plures res cõtinẽtur quarũ subit memoria ex inspectione: de quo intellexisse uidet quintilianus sic scribẽs lib. xi. ad libellũ respicere uiciosũ: qd libertatẽ neglĩgẽtiæ facit: scribit gellius quosdã inscripsisse libros titulo memorialis. taq̃ essent ad memoriã adminiculandã cõparati. * Potest ita quoq; ɔgruẽter exponi ut intelligas Cesarẽ scripsisse primũ epistolas capitulatim ut singularũ rerũ capita annotaret ɔficeretq; seorsũ ac separatim / ne structura & series cõtinẽs perpetuaq; decurreret / sed mẽbratim sũmas rerũ & quasi capita

Equitandi peritissimus. plutarchus. equitandi usus cæsari a pueritia facilis adeo extitit: ut reflexis in tergum manibus equum uelocissimis concitare cursibus sepe cõsueuerit. persæ filios imprimis docent sagittare & instituunt equitare: ut refert herodotus, uidetur enim equitatio esse exercitatio plane uirilis & bellicosa: unde crisanteas apud xenophontẽ in quarto pediæ laudat scientiã equitandi mirumĩ: ut existimet se futurũ hominẽ uolaticum: ubi bonus fuerit eques: & ex hoc asserit se maxime adamare hippocentauros: si modo fuerunt: in quibus fuisse & hoĩs prudẽtia & equi uelocitas ac robur: inde lex fertur a cyro qua cauetur turpe esse habenti equum: si pedibus uisus fuerit proficisci. Trogus & iustinus memorant parthos equis oĩ tpe uectari: equis bella eqs publica & priuata officia obire: sup equos consistere mercari colloqui apud quos inter seruos ac liberos hoc est discrimen: q serui pedibus: liberi equis incedũt. equitatio ut ait plinius stomaco est & coxis utilissima. Equitationis laus.

C.LVII.

Armorum & equitandi peritissimus: laboris ultra fidẽ patiens erat in agmine nonnunq̃ equo sæpius pedibus anteibat capite detecto: seu sol seu imber esset. Longissimas uias incredibili celeritate confecit: expeditus meritoria rheda centena passuum millia in singulos dies: si flumina morarentur nãdo traiiciens uel innixus inflatis utribus: ut sæpe nuncios de se preuenerit.

De cautela & audacia eius in expeditionibus. C.LVIII.

In obeundis expeditionibus dubium cautior nean audatior. Exercitum neq̧ per insidiosa itinera duxit unq̃: nisi perspeculatus locorum situs: neq̧ in britannia transuexit: nisi ante per se portus & nauigationem: & accessum ad insulam explorasset: at idem obsessione castrorum in germania nunciata per stationes hostium gallico habitu penetrauit ad suos. A Brundusio dyrrachium inter oppositas classes hyeme transmisit. Cessantibusq̧ copiis: quas subsequi iusserat: cum ad accersendas frustra sæpe misisset: nouissime ipse clam noctu paruulũ nauigiũ solus obuoluto capite cõscendit: neq̧ aut quis esset ante detexit:

M.AN. Feruntur: traduntur. Dicta quæ alii dixerint obseruatione digna: uel dictata a præceptoribus excepta: seu certe quæ ipse temere dictare consueuerit. Collectanea: si dicta ad alios referas uaria intellige: & multiplici lectione collecta. Armorum tractandorũ. Equitandi peritissimus: Plutarchus: equitandi usus ei ex pueritia facilis extitit: ut reflexis intergum manibus equũ uelocissimis cõcitare cursibus consueuerit. Laboris ultra fidem: ex militiæ laboribus tenue diuq̧ ægritudini est: ut Plutarchus ait in Cæsare quæsitum.

PHI. Capite detecto laudat mar. cicero masanissam ab hac firmitudine: q nonaginta annos natus nullo hymbre: nullo frigore adduci poterat: ut capite operto esset. Consimiliter silius in primo punicorum extollit hannibalis tolerantiam: cum ait Tum uertice nudo excipere insanos hymbres celiq̧ ruinam. Pedibus anteibat. hoc ad alexandri imitationẽ: nequi pedibus plerũq̧ iter faciebat & pedes agmen circuibat: ut auctor est. Q u. curtius. Incredibili celeritate. Q u. curtius nullam alexandri magni uirtutem magis laudat q̃ celeritatem: cuius presidio res incredibiles conficiebat. eadem celeritate usus est cæsar: qui ut ipsemet scribit in quinto commentario unum salutis auxilium in celeritate ponebat.

Expeditus. sine impedimentis. Meritoria. precio conducta. nam meritoriæ rhedæ dicuntur quæ quæstus faciendi causa locantur sicut meritorii pueri: qui prostituunt corpus mercedis gratia: qui & catamiti nuncupantur: ut ait seruius. * Meritoria Firmicus Maternus appellat loca in quibus prostitute femine pudorẽ corporis nundinantur & Pli. Meritoria balinea in quibus soluta balneatori mercedula homines lauant. * Meritoria.

Rheda. rheda uocabulum: est gallicum: ut auctor est Q uintilianus: & significat carrucam: unde a cicerone rhedarius dictus est auriga rectorq̧ ipsius rhedæ. inde epirhedium deducitur: iuuenalis tritoq̧ trahunt epirhedia collo. Nando traiiciens. ex romana disciplina: q̃ tirones erudiebantur in tiberi natare. Natus sub sidere delphini habebit natandi studium. sicut tradit maternus in. viii. mathescos. Alexandrum quoq̧ nandi peritum fuisse testantur historici. Inflatis utribus refert liuius hispanos incubantes utribus transnatasse flumen rhodanum. Curtius quoq̧ ait. incubantes utribus flumen transmisere: fiunt utres expellibus potissimũ hircinis: scribit plinius in. xxviii. q cinis hircini utris uinarii sistit sanguinem. Obeundis peragendis adeundis.

Nisi ante portus explorasset. cæsar proficisci cupiens in britaniam caium uolusenum cum naui longa premisse ad prospicienda loca portusq̧ ipsius insulæ. huic mandat ut exploratis rebus omnibus ad se quãprimum reuertatur: sicut ipse scribit in quarto belli gallici commentario.

Obsessione castrorum. Credo hoc factitatum esse: quando. Q u. cicero mar. ciceronis frater legatus cæsaris fuit obsessus: & omnia cæsaris hyberna fuerunt oppugnata cõmuni gallorum conspiratione.

A brundusio dyrrachyum: ex italia in græciam breuissimus est traiectus ab hydrunto ad apolloniã: a brundusio uero dyrachium transitus est sicut longior ita tutior. Dyrrachium appellauere a nomine dyrrachii: qui portum urbi adiecit: alio noĩe dicitur epidamnõ ut refert appianus ab epidãno rege barbarorũ. sed romani coloniã deducẽtes ut ait plinius. dirrachium dicere maluerunt propter in auspicatum nomen epidãni: tanq̃ a dãno dicatur epidãnũ ad quod allusit plautus in menechmis cum ait Ne mihi dãnum in epidãno duas: tanq̃ nomen inditum sit epidãno: q illuc nemo sine dãno diuertatur. Cæsar brũdusii concionatus apud milites per brumæ tempus transmisit in græciam. tunc dyrrachium erat horreum pompeianorum. Ad arcessendas. euocandas: cæsar litteras subinde ex epyro scripsit ad antonium efflagitans ut cum copiis militaribus quibus preerat ad se transiret. unde apud lucanũ ut cæsar in epistola ad antonium. Antoni tantorum causa malorũ quid superos & fata teneas Dyrrachiũ. Epidãnum

aut gubernatorem cedere aduersæ tempestati passus est: q̄ pene obrutus fluctibus.

De despectu prodigiorum eidem occurrentium. C.LIX.

NE religione quidem ulla a quoq̄ incepto absterritus unq̄ uel retardatus est. Cū imolāti aufugisset hostia ꝓfectionē aduersus Scipionē & Iubā nō distulit plapsus etiam in egressu nauis uerso ad melius omine: teneo te inquit africa. Ad eludēdas autē uaticinationes q̄bus felix & inuictū in ea ꝓuincia fataliter Scipionū nomen ferebat despectissimū quēdā ex corneliorum genere: cui ad opprobriū uitæ Salutioni cognomen erat secū in castris habuit.

De prœliorum assumptione locis & temporibus inopinatis etiam apud suos. C.LX.

PRœlia non tantum destinato: sed ex occasione sumebat: ac sæpe ab itinere statim interdum spurcissimis tempestatibus: cum minime quis moturum putaret: nec nisi tempore extremo ad dimicandum cunctatior factus est: quo sæpius uicisset hoc minus experiendos casus opinans nihilq̧ se tantū ac quisiturū uictoria q̄tum auferre calamitas posset. Nullū unq̄ hostē fudit: quē nō castris quoq̧ exueret. Ita nullū spaciū pterritis dabat. Ancipiti prœlio

Aut guber. ce. gubernator hic proprio nomine amyclas dicebatur: qui cum ui tēpestatis uictus retrocedere statuisset. tunc cæsar apprehensa gubernatoris dextra: perge exclamauit perge. Cæsarem enim uehis cæsarisq̧ fortunam. plutarchus græce ita exclamasse refert. τοιο τευετη τυχηρρουσ ο λικαισαρα κομιζεισ .i. crede fortunæ: scienscp cæsarem uehis. lucanus in. v. pharsaliæ luculenter & graphice totā rem perscribit. Ne religione quidem. scribit appianus in. ii. alexandrum & cæsarem fuisse contēptores huiusmodi religionum flocipendisseq̧ pronostica ac uaticinia. Imolanti aufugisset hostia. notatum est auctore plinio nō fere litari trahente se ab aris hostia & aufugiente. unde inter prodigia priscorum legimus ominosum fuisse quotiēscūq̧ hostia fugisset ab ara: hoc tamen prodigio nō impediebatur cæsar: quin icepta perageret: lucanus inter ostenta pharsalicæ cladis hoc quoq̧ enumerat discussa fugit ab ara taurus. Appianus prodidit Cæsarē & alexandrum cōtēptores fuisse pariter religionū: tanq̄ illud lucretii probaretur ab illis: Religio peperit scelerosa atq̧ impia facta.

M. AN. Incredibili celeritate ut pote qui octauo die ex urbe Rhodanū uenisset: quarto & uigesimo in ulteriorem Hispaniā. Inflatis utribus: quibus innixus tutius faciliusq̧ flumina transnaret: caprinæ pelles ad oleum uinum: & alios liquores deferēdos in follis speciem consutæ utres dicuntur Ver. Vnctos saliere per utres. Obeūdis expeditionibus: bellicis negociis: quæ obeunda erant. Nisi perspeculatus: nisi per se aut per alios locorū situm explorasset. Obsessione castrorum: nuncio de suorū obsidione accepto. Oppositas classes: quarū una orici: altera corciræ erat. Hyeme: pridie calē. Ianuarii Cæsar Brundusio soluit. Dirachium: Plutarchus ait Apolloniam transmissum: ipse Cæsar in locum Pharsaliam dictum. Solus Appianus: cum tribus seruis ad naues uenisse scribit. Paruulum nauigium: quippe quod Plutarcho auctore duodecim ageretur remis. Aufugisset hostia: quod pro tetro alioquin habebatur prodigio.

PHI. Verso ad melius omine. malum omen est quotiens aliquis prolabitur in rebus obeundis: sicuti de camilo traditum est: qui subito olim lapsu decidit quod omen ad dānationem: qua postea oppressus est pertinuisse prodiderunt autores idonei. Teneo te. inquit africa. nemo destinat aliquid in africa. nisi præfatus africam: sicuti refert plinius in. xxviii. ad quod alludere uidetur hoc Cæsaris dictum: qui tamen significauit se africam tenere tā q̄ subactam suiq̧ iuris factam. * Huius uocis & hystorie meminit Frontinus his uerbis Cæsar cum forte conscendens nauem lapsus esset Teneo te terra mater inquit qua interpretatione effecit ut repetiturus illas quibus proficiscebatur terras uideretur. * Inuictum scipionum nomen. propter duos scipiones aphricanum superiorem & iuniorem: quorum alter stipēdiariam fecit chartaginem alter funditus euertit. Ideoq̧ scipio pompeii socer cum existimaretur & ipse futurus in aphrica uictor aduersus Cæsarem: Cæsar autore plutarcho quēdam scipionem ex corneliorum familia hominem sane abiectum & despectissimum cognomento salutionem. in prelio tanq̄ ducem preposuit: ita ut interdum cum hoste congredi cogeretur. uetusto enim quoddam uaticinio confidebant aduersarii quo declarabat fatale esse scipionum generi semper in aphrica uincere. Ad op. tanq̄. κατ αντιφρασιν. idest per contrariam dictionem salutō diceretur: cum nulli saluti foret sed cunctis despicatui.

Scipiones in africa inuicti.

* Quidam codices habent Salutioni tanq̄ saluos facere posset cum in eo foret nihil salutare / omnino tacita quasi quedam subest allusio ad nomen. Phi. noster sentire uidetur propter similitudinem formæ Salutionis Mimi inditum fuisse cognomen scipioni ut Salutio Scipio appellaretur & ita nō absurde opprobrium referretur ad sordes Mimi salutionis tanq̄ Scipio cōnominaretur salutio cognomine scenico Mimico hystrionico qd̄ plane probrosum est & despicabile. * Ex occasione. liuius libro. xxv. sentētialiter locutus est in hanc sententiam. si occasionis momēto: cuius preteruolat opportunitas cunctatus paulum fueris: nec quicq̄ mox omissam quæraris. ipse Cæsar in commentariis ait consilium pro tempore & pro re esse capiendum.

Spurcissimis uehementissimis aspertimis. idem Marcus Tullius cum iter facerem tempestate spurcissima: alias spurcum significat obscenum & impurum ut spurcæ noctes. Cunctatior. tardior. in commentario belli africi sic scriptum legimus Cæsar tardior. & consideratior erat factus. & ex pristina bellandi consuetudine celeritateq̧ excesserat. Quo sepius. idest quanto. Hoc. idest tanto. Calamitas imperatorū res aduersæ auctoritatem minuunt ut ait ipse in septimo. Ancipiti: dubioso periculoso alias duplici.

Equos dimittebat. Cæsar prelium cõmisit aduersus heluetios:primũ suo deinde omnium e conspectu remotis equis:ut equato omniũ periculo spem fugæ tolleret. legimus apud liuiũ olim dictatorẽ romanũ iussisse equites ab equis descendere:& ita partã esse uictoriã cõsimiliter in bello uolsco tẽpanius decurio equituʒ iussit equites ex equis desilire:& ita repressit impetũ hostiũ urgentiũ. Pedibus prope humanis. scribit pli. in. viii. equũ Cæsaris habuisse priores pedes similes hominis:qua effigie. locatus fuit ante ueneris genitricis ędẽ. de quo solinus hæc. equus Cai. Cæsaris nullũ preter Cæsarem dorso accepit. cuius priores pedes facie uestigii humani tradunt fuisse:

equos dimittebat & in primis suum: quo maior permanendi necessitas imponeretur auxilio fugæ erepto.

De equo eius insigni cũ pedibus prope humanis. C.LXI.

VTebatur autem equo insigni pedibus prope humanis:& in modũ digitorũ ungulis scissis:quem natum apud se:cum aruspices imperium orbis terræ significare dño ꝑnunciassent magna cura aluit: nec patientẽ sessoris alterius primus ascendit: cuius etiam instar pro æde Veneris genitricis postea dedicauit.

De uirtute eius in acie inclinata reparanda. C.LXII

INclinatã aciem solus sæpe restituit:obsistens fugientibus:retinẽsq; singulos: & contortis faucibus conuertens in hostem. & quidem adeo plerumq; trepidos: ut aquilifero moranti cuspide sit comminatus. alius in manu detinentis reliquerit signum.

De constantia & seueritate eius contra Cassium. C.LXIII

NOn minora illa cõstantiæ eius: imo maiora etiã indicia fuerit post aciem pharsalicã:cũ præmissis in asiaʒ

sicut ante ueneris genitricis ędem hac effigie in roma locatus ẽ. Arion equus ille adrasti celebrantissimus fuisse fert humano uestigio dextri pedis. Aruspices.abaruga nominat. Nã aruga te ste donato dicit hostia ab hara:in qua concludit & seruatur. hara autẽ locus est in quo pecora includunt. Aruspices. ut inquit Augustinus & in decretis. xxvi. Q u. iiii. repetitum est:exta pecudũ inspiciunt. & ex eis futura predicunt. Aruspices etiã illi nuncupant qui horas in agendis negociis operibusq; custodiunt. Aruspiciuʒ primus inuenit delphus ut ait plinius. Aruspicinã deridet Cicero in secundo de diuinatione:ubi dicit aliosalio modo exta interpretari nec esse omniũ unã disciplinã. Cato mirari se aiebat. q nõ ridebat aruspex:aruspicem cũ uidisset. Aruspices qui.

M. AN. Omine:ex hoc apparet tam in re q̃ uerbo esse omẽ:qd & Valerius quoq; demonstrat. Teneo te:captam. scilicet. Fataliter:fatali necessitate. Ex Corneliorum genere: Scipionum gente:ob duos Scipiones. Quorum alter tributariam Carthaginem reddidit:alter funditus sustulit. Salutioni:Plutarchus salutionem scribit. Plini. a mimo quodam illi id nomen datum affirmat:quum Cn. prenomen illi antea fuisset. Sed Plinii locus in septimo corrigendus:ubi salum hominus pro salutio mimus mendose legitur. Est destinato. ut antea destinasset. Ab itinere:quum alio iter intenderet:uel statim quod ad hostem sit uentum nõdum capto castris loco. Cunctantior:timidior:minus audax

Quin castris quoq; exueret:nisi castra quoq; hosti:quem uicisset acie ademisset. In primis suum:equum scilicet id in eluetios pugnaturus fecisse dicitur. Auxilio fugæ:quod in equi pernicitate esse potuit. Pedibus pe pe humanis: de prodigiosa equi forma. Plutarchus & Plinius plura:sed Plinius anteriores tantum pedes in speciem ait humani pedis fuisse figuratos.

PHI. Instar. effigiem consimilem. Pro æde. ante ædem hoc est templum. Veneris genitricis. Venerem cognomine genitricem colebat Cæsar tanq̃ ab ipsa oriundus propter iulium ascanium ueneris nepotem:quẽ iulia gens sui nominis auctorem habet. appianus in secundo crexit. & ueneri genitrici templum ut prius ad pharsalon uouerat prælium initurus.

PHI. Exæstuat: in undat incremento: nili autẽ incrementũ iustũ est. xvi. cubitorum: & ut auctor est Pli. in. xii. cubitis famẽ sentit ægyptus: in. xiii. etiãnũ esurit. xiiii. cubita hilaritatem afferunt. xv. securitatem. xvi. delicias. In cõmentariis Cæsaris traditum est alexãdriam habere specus ad nilum pertinentes: quibus aqua in priuatas domos induciĩ. Nilus uice coloni fungens & foecunditatis parens ubertat ægyptũ. Oblimatas: limo obductas & coeno obturatas: oblimare eñi est limo replere & ita meatus claudere. Vir. sit genitali aruo & sulcos oblimet inertes Seneca eodem uerbo usus est de nilo scribens in. iiii. q̃onum cũ ait: Fertilẽ ægyptum facit nilus; iuuat agros duabus de causis & q; inundat & q; oblimat existimat seruius nilum dici quasi νεανιλυν hoc est nouum limũ trahentẽ: quo oblimet hoc est limo obturet ægyptum & oppleat: hanc historiã ita signat sextus aurel. Regionẽ ægypti inundatione nil difficilem inuiãq; paludibus in prouinciæ formã redegit: quã ut annonæ urbis copiosam efficeret fossas incuria uetustatis limo clausas labore militum patefecit. Detersit: repurgauit deduxit patefecit. Quo ut.

Nicopolim:nicopolis græce dicit̃ ciuitas uictoriæ:nicopolim ædificauit augustus uictoriæ sue cognomen imponens qua Antoni. cleopatrãq; supauerat. Nicopolis auctore Strab. egregia incolarũ multitudine abũdãs amplificat̃ indies:latos fines habens & hostilibus ornata spoliis:meminit Pli. ciuitatis nicopolitanæ: quã liberam fuisse prodidit. * scri. Stepha. alterã nicopolim fuisse in bithinia tertiã in minori armenia:a Nicopoli dicit̃ nicopolites. * Quinquẽnales:erat nicopoli lucus cũ gymnasio stadioq; ad quinquẽnale ludorũ certamen apparatus: ludi actia uocabantur actio apollini consecrati. qui prius & a finitimis agebantur: a Cæsare uero augusto honorifficentius celebrati fuerũt; ad ludos hos actiacos allusit Vir. in honorẽ Augusti sic scribens: actiaq; iliacis celebramus littora ludis. Vetere apollinis templo uetus actii apollinis templũ in tumulo conditum fuisse testis est. Strabo in. vii. Idem in. x. memorat fanum fuisse apollinis in leucate:ex quo saltus fiebat ad sedandos amores: cuius rei mentio quoq; fit in epistola sapphus:de tẽplo apollinis apud actium ueteri mẽinit maro:hoc ampliauit Augustus post uictoriam naualem.

Nicopolis nicopolites

*

Actia ludi. Saltus ex leucate.

Nicopolim apud actium condidit: ludosq; illic quinquennales constituit: & ampliato uetere apollinis templo locum castrorum: quibus fuerat usus: exornatuz naualibus spoliis neptuno ac Marti consecrauit.

De coniurationibus & conspirationibus cõtra eum.

cap. 19.

TVmultus post hæc ac etiã rerum nouarũ initia coniurationesq; cõplures prius q̃ inualescerent indicio detectas cõpræssit: & alias alio tempore: Lepidi iuuenis deinde Varronis Murenæ: & Fannii Cœpionis: Mox M. Egnatii: exin Plauti Ruffi: Luciique Pauli progeneri sui: ac preter has. L. audasii falsarum tabularum rei: ac neq; ætate neq; corpore integri. Themasini epicadi ex gente parthica hybridæ: ad extremum Thelephi: mulieris serui nomenculatoris: namne ultimæ quidẽ sortis hominũ conspiratione & periculo caruit. Audasius atq; Epicadus Iuliam filiam & agrippam nepotẽ ex insulis qbus continebantur rapere:

Naualibus spoliis sunt inquit & Strabo naualia iuxta apollinis actii tẽplũ:in quibus Cæsar undetriginti naues decimarũ noie reposuit: mẽoriæ proditũ est & naualia & naues incendio deflagrasse. Neptuno: quia in undis neptuno dicatis nauale prelium gestũ est. Marti: tanq̃ bellorũ presidi & romanæ gentis auctori Osci mamertem uocant martẽ:unde cognomina mamercorũ:& mamertini dicti populi Siciliæ. Indicio dete. index est qui facinori [illegible] ipse est conscius latebras indicit impunitate proposita:auctor Asco. Inualescerent roborarentur atq; augescerent. Varronis mu. de his coniuratonibus sic loquitur liuia augusti uxor apud Senc. in. i. de clementia: seueritate adhuc nihil profecisti. Saluidenũ lepidus sequutus est:lepidum murena:murenã cœpio: cœpionẽ egnatius:ut alios taceã quos tantũ ausos pudet:& paulo supra inquit augustus. Ego sum nobilibus adolescentulis expositum caput in quo mucrones acuant. Idem in libro de breuitate uitæ. In ipsa urbe murenæ cœpionis. Lepidi egnatiorũ mucrones in augustũ acuebant:porphirio sentire uidetur murenã & cœpionẽ fratres fuisse proculei:cũ qbus bona sua æquis partibus diuiserit:cũ illi bello ciuili spoliati fuissent. Progeneri:socer magnus dicit̃ uxoris meæ auus:qui & psocer dicit̃ & ego suz illius pgener:& auus meus socer magnus est uxoris meæ:illa illi [illegible]:auctor modestinus iuriscõsultus:Luciũ paulũ pgenerũ augusti appellat Tranquillus:q̃m iuliam illius [illegible] uxorem habebat:sicut inferius declarabit̃. Sene. Tiberiũ appellat pgenerum põponii attici quia uxorem duxerat agripinã illius neptem ex. M. agrippa genitã. Verba. Sene. sunt ex libro. iii. epistolarũ. Nomẽ attici perire Cice. epistolæ nõ sinunt. Nihil illi pfuisset gener agrippa:& tiberius pgener:& Drusus Cæsar pnepos.

Mamerã. Mamertini Index.

Fratres proculei.

Socer magnus.

Prosocer.

Progener.

M. AN. Nilus æstuat:de cursu & incrementis nili:Pli. quidem multa:sed Hero. multo plura. Oblimatas: limo repleras. Militum labo. militibus operi adhibitis. Nicopolim: uictoriæ ut est apud Strabonẽ ciuitatẽ Pli. colonia augusti actium cum tem plo apollinis nobili ac ciuitate libera nicopolitana. Ludos quinquennales: quinto quoq; anno celebrãdos instar inquit Stra. olympiorũ ludi actiaci designant̃ actio apollini cõsecrati eorũ cure lacedemonii prefecti actia eodẽ auctore ante augusti tẽpora celebrabant̃: sed augustus honorificẽtius edidit. Vetere apollinis tẽplo: Stra. & Maro auctores sunt:uetustũ ibi fuisse tẽplũ & formidatum nautis aperit̃ apollo: Thucidides: ενακτιω αναкτοριας γης ουτο ιερωυ ιου απολλωνος εστι προτωυ ματι του αμπρακιαου κολπου. Locũ ca. ubi castra aduersus Anto. fuerat metatus. Naualibus spõ. nauali prelio captis: Stra. auctor est decimæ noie naues. xx. in naualibus ipsis repositas. Inualescerẽt: preualerẽt. Post hæc:ultra si cui ad tẽpus id referas nõ pcedit quũ uiuo etiã Anto. periculosis augustus cõiurationibus petitus sit. Rerũ no. ini. nouos rerũ motus. Inualescerent: ualide fierẽt. Lepidi iuuenis: lepidi triũuiri filius fuit: Liui. eius coniurationis meminit. Murenæ: quẽ Augustus castritio indice oppressit. L. Pauli: Pauli censoris filii. Progeneri. s. Augusti: nã iuliã ex agrippa:& Iulia augusti filia genitam uxorem duxerat: pgenero prosocer respondet qui est sponsæ auus. Oui. cuiq; senex nereus prosocer esse uelit: Siquidem tethidis pater est nereus: Sunt qui æacus legant.

PHI. Falsarum tabularũ rei: ad legẽ corneliam de falsis declarat̃ qui nã pœna falsarum tabularum teneant̃: nam qui testamentũ deleuerit resignauerit qui testamentũ falsum scripserit: qui in tabulis falsum fecerit pœna falsarii damnatur: pœna autem falsi deportatio est:& omniũ bonorum publicatio. Verres aliquot dãnauit tanq̃ publicas tabulas corrupissent. Hybridæ. hybridæ sicuti docet Porphirio dicuntur canes qui ex imparibus parẽtibus nati sunt hoc est ex uenatico & gregario: per hanc similitudinẽ qui patre Romano & matre pegrina natus est uel econtrario hybrida appellatur. Pli. uero in. viii. scribit hybridas uocari sues ex fero & domestico sue progenitos; que appellatio ad hoies quoq; translata est: adeo ut caius Antonius collega Cicerõis in cõsulatu hybrida uul

Pœna falsarũ tabularũ

Hybrida q̃

go diceret: dicunt autē hybridæ a uerbo græco υβριζω qđ significat cōtumelior & conuitior: & υβρισ cōtumelia dicit: quasi p cōtumeliā nati: quales sunt ex adulterio pcreati. Martia. hybridarū grex iam tibi foret plenus. Valle maximus auctor est quintū uariū cognomiatū fuisse hybridā ,ppter obscurū ius ciuitatis: sensus est Tranqlli augustū cōpressisse coniurationē themasini epicadiq erat hybrida e gēte parthica tanq̄ patrē habuerit Romanū matrē uero ex gēte parthorū uel ecōtrario. Ad extremū thelephi. s. cōiurationē cōpressit: hoc eni uerbū ad singula repetēdū est.

Nomēculatores qui.

Nomēculatoris: nomēculatores dicūt serui q memoriter unūquēq noiari calare. i. uocare didicerunt: unde & illis nomē: quorū opa potissimū utebant candidati: ut sibi iprehēsendo suffragatores noia ciuiū suggererēt: unde & alio noie fartores antiqtus dicti sunt: ueteres romani cum seruorum legiones domi haberent: quorū noia ignotabāt: mancipiorū causa nomēclator erat adhibēdus: ut elegāter scribit. Pli. Cato uticensis laudatur ab historicis: q legem seruauerit que candidato nomēclatores adesse uetat: ut perseipsū sine nomenclatore nominatim salutaret ciues ro. prēsaretq suffragatores. Augustus auctore Macro. quondam nomēculatori suo: de cuius obliuione querebatur: dicenti nunquid ad forum mandas: accipe inquit cō mendaticias: quia illic neminē nosti. Refert spartianus adrianum tanta memoria fuisse preditum: ut nomina plurimis sine nomēclatore reddiderit: ita ut nomēclatores suos sæpius errantes emendauerit. Nomēculatura uero dicitur quasi nuncupatio quedam & nominatio. Vltimæ sortis: seruilis & sordidæ conditionis: qualis est nomēclatoris & hybridæ: Andasius: quem supra reū dixit falsarū, tabularum. Epicadus: quem uocat hybridam. Fuit alter cornelius epicadus grammaticus syllæ dictatoris libertus: quem Tranquillus inter grammaticos numerat in libello de grammaticis. Ex insu. rapere: scribet infra tranquillus quemadmodum augustus agrippam nepotem abdicauit ob ingeniū sordidum: & indies amentiorem in insulam transportauit: Iuliam quoq filiam relegauit in insulam & demum post quinquēnium ex insula transtulit in continentem: sensus est Tranquilli andasium atq epicadum destinasse rapere ex insulis iuliam augusti filiam & agrippam nepotem: cum thelephus destinasset augustum & senatum trucidare.

Fartores.
Nomēclatura:
Epicadus.

ad extremum telephus quasi debita sibi fato dominatione & ipsum & senatum aggredi destinauerāt: quinetiam quondam iuxta cubiculum eius lixa quidam ex illirico exercitu ianitoribus deceptis noctu deprehensus est: cultro uenatorio cinctus: inops ne mentis an simulata dementia incertum:

Principatū fato dari.
Lixæ.
Semilixa.
Lixulæ.
Semilixulæ

Debita fato uetus est uerbum principatum nō nisi fato dari. Lampridius uero dixit: Imperator em fortunæ esse: nam & minus boni reges fuerunt & pessimi imperarunt. Lixa: lixæ ministri sunt militum: quorum officium est ut aq̄ subministrent: quā ueteres lixam uocauerunt: de lixarum significatione lege nonium & festum pōpeium: de his dixit Silius. libro. v. punicorum. Inutile marti lixarum uulgus. Et Luca. ait in. ix. stat dū lixa bibat Scipio apud Liui. in concione militari actium umbrum gregariū militem seditionis principem appellat semilixam quasi semimancipium nomine sordido & ignominioso: preterea scribit Varro lixulas & semilixulas uocabulo sabino dici circulos ex farina caseo & aqua commixtos: & inter cibaria numerantur.

M. AN. Falsarum tabularum: falso seu fraude signatarum. Neq ætate: neq corpore ualidi: senio & morbo confecti. Themasini epi. fuit Cornelius epicadus grammaticus syllæ dictatoris libertus eiusdem ne an alterius parum intelligi potest: Macro. tamen epicadi meminit: Epicadum inquit refert herculem occiso gerion.

Hybridæ: ex apro & sue: fero duo & domestico conceptos hybridas dixere: manifeste enim & ad homines in contumeliam transfertur: υβρισ enim græcæ contumelia dicitur quod Tranquillus significanter expressit ro. hominem parthica gente creatum demonstrans. Ad extremum: nouissime. Serui nomēculatoris. q. d. & fortūe & officii sordidissimi: erant enim nomēculatores qui ciuium nomina memoria tenebant uocabantq quum opus erat Sene. habebis conuiuas: quos ex turba salutantium nomenclator digesserit & rursus nemo uerus nomēclator qui nomina nō reddit: ab ipsa uocandi ratione nomēculator dictus unde & nomēclatura: Pli. & sit quedam in his nomēclatura. Vltimæ sor. sordidissimæ fortunæ: ut ad nomēclatorem & hybridam id referas.

Andasius & epi. frigide nimis rem tantam attigisset nisi coniuratorum saltem subiecisset consilia. Iuliam filiam: ad neptis differentiam que & ipsa iulia est nuncupata: sed hæc de qua nunc augusti filia: illa uero neptis: cæterum utranq adulterii conuicta in insulas ut postea dicetur est relegata.

Agrippam ne. hunc iuliæ & agrippæ filium ob ferox ingenium surrentum primo augustus sepo suit: mox & in cāpaniæ insulas deportari iussit Lixa: qui exercitum questus causa sequebantur lixæ a maioribus sunt dicti ut festo placet: Nonius qui militibus aquarentur ab eo quod ueteres aq̄ lixam dixerint a ministerio lixas nominatos credidit: alii a lixa qui herculem & ipse secutus sit: quidam a questu liguriendo: quia questus gratia sequentur exercitus: sed a lixe melius nomen factum. i. cinere dixeris quo utuntur illi intergenda suppellectile: & inde quoquendis cibis eam proruant: qui minimi ordinis sunt in popinis: Pli. Var. sequutus. Lixis inquit cinis est foci: etenim cinis lyxatis potus medetur: ut licet uidere gladiatores quum d cluserint hac iuuari potione. Ex illy. exer. quo illyrico est bello usus: aut certe ad illyridis presidium.

Menceps.
Quæstio quid.

PHI. Ianitoribus. scilicet augusti: qui sunt in numero seruorum. Cultro uenatorio: uenatores non solum armantur uenabulo: sed etiam cultro breui: qui dicitur uenatorius muniuntur: de quo ait Marcialis in apophoretis: hic breuis in grandem cominus ibit aprum. Inops ne mentis: mentecaptus: & ut antiqui dicebant menceps: tales enim per dementiam multa faciunt temere. Quæstione: tormentis apud iurisconsultos titulus est de quæstionibus: quo significatur seruos in questione torquendos esse: apud eosdem titulus est de senatusconsulto syllaniano ubi sic scribit Vlpianus: questionem autem sic accipimus non tormenta tantum: sed omnem inquisitionem apud oratores sunt communes loci a questionibus contra questiones.

nihil exprimi qstiõe potuit. De bellis externis p eũ gestis.

EXterna bella duo omnino per se gessit dalmaticum adolescens adhuc: & antonio deuicto cantabricũ: dalmatico etiam uulnera excepit: una acie dextrũ genu lapide ictus: altera autem & crus & utrũq; brachium ruina pontis consauciatus. Reliqua per legatos administrauit: ut tamẽ quibusdam pannonicis atq; germanicis aut interueniret aut non longe abesset Rauennam: uel Mediolanum: uel aquileiam usq; ab urbe progrediens.

De prouinciis per eum domitis & in amicitiã receptis.

d Omuit autem partim ductu: partim auspiciis suis. Cantabriam: Aquitaniam: Pannoniam: Dalmatiam cum illyrico oĩ. Item rhetiam

Nichil exprimi. scribit iurisconsultus plerosq; patientia siue duricia tormentorum ita tormenta contẽnere: ut exprimi ab eis ueritas nullo modo possit. Per se: suo ductu: nõ autẽ per legatos: quibusq; ipse presens non solum interfuit sed prefuit: expeditiones nõ mandauit aliis sed ipsemet sumpsit. Dalmaticum: scribit Appianus dalmatas nationem illiricam: domitos fuisse ab augusto qui fame fatigati se illi dediderunt: & obsides numero septingentos ex propriis filiis exhibuerũt: ab his recepit signa quæ gabinio ademerant: & in porticu octauia suspendit. Dalmatæ.

Cantabricum: cantabri hispaniæ populi efferi sunt: & nullam uitam sine armis esse existimãt: de quibus sic scribit eleganter Silius. Cãtaber ante omnis hyemisq; æstusq; famisq; inuictus & mox nec uitaꝫ sine marte patẽ: quippe omĩs in armis lucis causa sita est: & damnatũ uiuere paci. Cãtabros & uicinas illis gentes: que latrocinia exercebant: ut scribit Strabo: oppressit Augustus. Hinc exiit illud oratianũ: Seruit hispanæ uetus hostis oræ cãtaber sera domitus cathena: de cantabrico bello ita scribit Luci. Flo. in. iiii. Cantabrorum & prior & altior & magis pertinax i rebellãdo animus fuit. In quos non mandata expeditio. sed sumpta ipse uenit & totam amplexus cantabriam efferam gẽtem rito ferarũ quasi indagie debellabat: post q̃ extrema cãtabri uident certatim igne ferro inter epulas ueneno q; quod ibi uulgo ex arboribus taxis exprimitur: pcepere mortẽ: seq; pars maior a captiuitate uidicauere: Augustus captiuos cantabros sub corona iure belli uendidit. Cantabri. Veneno taxi percunt cãtabri.

Geno (ictus: Appianus: setouia urbe obsessa barbarorũ manus ingẽs in auxiliũ aduenerat: qbus obuiã eũdo Cæsar urbẽ intrare phibuit: & in prœlio lapide genu saucius p multos dies æger iacuit cõualescẽs romã ad ꝓsulatũ rediit. Setouia.

Ruina põtis: dũ Augustus oppugnat metulũ q metropolis est iapodũ natiõis illiricæ: cõscẽdit pontẽ cũ q̃tuor satellitibus: ex quo uerecũdantes milites cõfertim aduolauerũt: itaq; pregrauatus pons corruit: ex cuius ruina plurimi ad terrã labẽtes perierũt: Cæsar ipse crus dextrũ & utrũq; brachiũ saucius denuo turrim cõscendit: ex qua q̃ fierẽt ꝓspectabat: pontẽ hunc significare uidet. Appianus nõ fuisse supra flumen collocatũ sed paratũ ad mœnia scandenda. Romani enĩ quattuor pontes struxerunt ut p illos metulii mœnia cõscẽdere possent: q oẽs alius post aliũ corruerũt. Lucius uero florus tradit Augustũ iussisse pontẽ fieri: & eiq; & hoste & aqa turbantibus scutũ de manu militis rapuisse primũq; ascendisse supra põtem: q cũ multitudine succubuisset: tunc Cæsar augustus Saucius manibus ac cruribus speciosiore sanguie & ipso periculo augustior terge hostiũ pcidit. Plin. inter incõmoda. Augusti repõnit ruinas pontis. Metulium. Ruina pontis.

Pãnonicis: pãnonii appellanĩ a Romanis: quos græci peonas uocitãt: quorũ fama olim formidine totã cõcussit Italiã tanq̃ esset bello insuperabiles: hi tribus fluuiis drauo: sauo: & histro uallanĩ: hos subegit Augustus p urbibus: quorũ arma in ꝓfluẽte datæ: ut cæteris q resistebant sic uictoria nunciaret. Pãnonii. Peones.

Germanicis: bella aduersus germanos cõfecit ĩprimis p drusum priuignũ. Aquileiã: Pli. aquileiã collocat in decima regiõe italiæ: fuit autẽ colonia Romanorũ. xii. M. passibus a mari sita: quã prerfluit turrus amnis: olim aquilienses hoc specimen fidei erga Romanos exhibuerũt: ut in bello contra maximinũ funes de capillis mulierũ facerent: cũ deessent nerui ad sagittas emittẽdas: quod aliquãdo romæ dicit factitatum: unde in honorẽ matronarũ templũ ueneri caluæ senatus dicauit: auctor Iulius capitoli. Aquileia. Turrus flu. Fides aquilelentium. Venus calua.

M. AN. Ianitoribus: Ianuæ custodibus. Cultro uenatorio: uenatoribus apto: Mar. si deiecta gerea longo uenabula rostro: Hic breuia in grãdẽ cominus ibit aprũ. Quæstiõe: cruciatu. Externa: nõ ciuilia. Per se: suo ductu & auspiciis nõ p legatos. Dalmaticũ a dalmatia histriæ & macedonicæ oræ iteriecta cui hæret a tergo liburnia: Dalmatæ a dalmanio urbe Appiano auctore sunt dicti. Cãtabricũ: cãtabri ut ptolemæus ait citerioris hispaniæ sunt populi ad septẽtrionẽ occano propinqui: unde & cãtabricus oceanus. Vna acie dextrũ genu: ad setouiã in illirico urbẽ primõ uulnus accepit. Ruina põtis: ad metuliũ ruina pontis ut Appianus scribit utrũq; brachiũ & crus consauciatus periculõ uitæ adiit Augustus. Quibusdã bellis. Pannonicis & germanicis: in pannonas & germanos gestis. Interueniret: præsens esset aut certe suis iam dudum bellantibus superueniret. Mediolanũ: cisalpinæ galliæ oppidũ: Insubrũq;: ut Polybius ait metropolim. Aquileiã: carnorũ urbẽ incũbentibus barbaris ut Strabo ait impositam latinã idest iure latii donatã: ut Liuius scribit ut alii Romanorũ coloniam.

PHI. Parti ductu: qñ ipo ductor erat copiarũ & pñs bellicas sumebat expeditiões. Parti auspiciis: qñ aliis bella gerẽda mãdabat: q ipe qdẽ suis suscipiebat auspiciis: sꝫ p alios absẽs hostes debellabat. In hãc sniaꝫ ẽ illud ab Oui. dictũ. Auspiciis aĩsq; pñs puer arma mouebis. Et uices aĩs auspiciisq; pñs: auspicia collegioq; augurũ tãtus honos erat apd ãtiquos: ut nihil domi belliq; nisi auspicato gereret. Scriptũ ẽ in canonicis decreti. xxiii. q. v. duo eẽ gña auspiciorũ: alterũ ad ocl'os alterũ ad aures ptinere: ad oculos. s. uolatũ: ad aures uocẽ auiũ. Duo gña auspiciorum. Cõ illyrico oĩ. Appia. enumerat q̃plurimos illyrici populos quos omnis ab augusto domitos fuisse refert. Aquitaniam: In qua ut scribit Eutropius. M. Agrippa rem ꝓspere gessit: est autem aquitania tertia pars galliæ ulterioris. Rhetiã. thusci duce Rheto auitis sedibus amissis alpes occupauere: & a nomine ducis gentem rhetorum condiderũt. auctor Iustĩ. in. xx. de rhetis ita Pli. in. iii. rhetos thuscorum prolem arbitranĩ a gallis pulsos duce rheto. Aquitania. Rheti.

& uindelicos ac salassos gentes alpinas coercuit: & dacorũ incursiones tribus eorum ducibus cum magna copia cæsis germanosq; ultra albin fluuium summouit: ex quibus sueuos & sicãbros dedentes se traduxit in galliã: atq; in ꝓximis rheno agris collocauit. Alias item nationes male quietas ad obsequiũ redegit. Nec ulli genti sine iustis & necessariis causis bellum intulit. Tantũq; abfuit a cupiditate quoquo modo imperiũ uel bellicã gloriã augẽdi: ut quorũdam barbarorum principes in æde. Martis ultoris iurare cœgerit mansuros se in fide ac pace: quã peterent: a quibusdam uero nouũ genus obsidũ fœmias exigere tẽtauerit: qd negligere mariũ pignora sentiebat: & tñ ꝓ̃tãtẽ semp oibus fecit: quoties obsides uellẽt recipiendi: Neq; aut crebrius aut ꝑfidiosius rebellantes grauiore unq̃ mulctatus est pœna: quam ut captiuos

Vindelici. Vindelicos: cõtermini rhetis sunt uindelici incolæ alpiũ populi: qui in bello securibus. utunĩ ritu amazonio. Rhetos autem & uindelicos uicit augustus uirtute drusi neronis priuigni: in cuius laudẽ cecinit Ora. Videre rheti bella sub alpibus drusum gerentẽ uindelici, Salassos: salassi alpini sunt populi: quos Cato taurisce gẽtis esse arbitraĩ.
Salassi. Salassorũ tellus aurifodinas habet: diuq; olim potẽtes fuerunt: a quibus decimus brutus data uiritim dragma sese redemit: hi quandoq; Cæsaris pecunias diripuerũt. Tãdẽ augustus eos funditus deleuit: & oẽs sub corona uendidit auctor Strabo. in. iiii. Dacorũ incursiones: daci solebant duce cotissone decurrere & uicina populari: quoties danubius gelu cõglaciatus undas cõcretas habebat uisum est Cæsari augusto gentẽ aditu difficilẽ summouere: misso igiĩ lẽtulo dacos reppulit ultra ripaz danubii ulteriorẽ auctor. L. Flo.
* in. iiii. epitomatis. * Dacos ut inquit Sthephanus καλουμεν αουσ. i. uocamus Daos: uñ apd̃ Athenienses Seruorũ nomia sunt αοι. Daui sicut & ge
Daui. tæ: quibus & poetæ utuntur in comœ
Albis flu. diis. * Vltra albin: albis fluuius ẽ:
Sueuorum qui in duo spacia germaniã disterminat: ut auctor ẽ in. i. geographiæ Stra.
mores. qui in. vii. quoq; tradit Ro. nõ transcẽdisse fluuiũ albin: olim a sueuis tenebaĩ australis germaniæ pars trans albin: de quo Luca. in. ii. Fũdat ab extremo flauos aquilone sueuos albis & indomitum rheni caput sueuos & sicãbros: scri. Cæsar. in. iiii. cõmẽtario Sueuorũ gẽtẽ longe esse maximã & bellicosissimã germanorũ omniũ: hi centũ pagos habere dicebantur: dediti sunt uenationibus: uinũ ad se omnino importari nõ sinebant: quod ea re ad laborem ferendũ remolescere homines atq; effœminari arbitrabantur. Sicãbros: sicãbri & ipsi populi sunt germa-
Sicãbri. niæ transrhenani: qui quondam se in solitudinem ac siluas abdiderunt: quo tempore pons a Cæsare institutus fuit super rhenum. Drusus auspiciis Augusti sueuos & sicambros pariter aggressus est: qui. xx. centurionibus interemptis hoc uelut sacramento sumpserant bellum: uictor drusus pecora & torques eorum ipsosq; nomine prede diuisit & uendidit. Alias na. scrib. Flo. noricos mysos thraces sarmatas & in germania marcomanos atq; cherusios & ad meridiem getulos atq; marmaridas: & ad orientem armenios aliasq; nationes fuisse domitas & ad obsequium redactas ab augusto a Liuio quoq; cherusci tencheteri: cauci: aliæq; germanorum transrhenum gentes
Barbari. subactæ a druso referuntur. Barbarorum: barbari dicebantur antiquitus omnes gẽtes exceptis græcis: ro. quoq; inter barbaros numerabantur: unde ait Cato de græcis ad filium: Nos quoq; dictitant barbaros & spurios: * &
* apud Liuium Philippus rex macedonum Romanos barbaros uocat. * Martis ultoris: infra scribit. Tranquillus quemadmodũ augustus forum extruxit cum templo martis cognomento ultoris: quod uouerat bello philippensi ultione paterna suscepto.

M AN. Partim ductu: rebus gerendis presens quod proxime ostendit quum per se dixit: Partim auspiciis suscepto: sed per alios administrato: bella nõ nisi auspicato: q Liui. & Vale. docent suscipi consueuere: Siquidem repetendorum auspiciorum causa summos magistratus in urbem ex prouincia reuersos nõ uno Liui. tradidit loco. Aquitaniam: comatæ galliæ partem: pyreneis montibus adiectam. Pannoniam: que duplex est superior & inferior. Rhetiam. in alpibus & a rheto tuscorum duce dictam: hi a gallis pulsi in alpibus: ut Pli. ait consedere.

Salassos: & ipsos alpium incolas: ac taurisce gentis: ut cato tradidit. Gentes al. trophæi inscriptio quod augusto fuit in alpibus erectum habuit omnes alpinas gentes a mari supero ad inferum ductu & auspiciis augusti domitas: Eus. in Tiberium de rhetis & uindelicis triumphasse scri. Liui. a Druso & Tibe. rhetos domitos.

Dacorum incur. Dacia inter sarmatiam & histrum fluuium: Liui. omni dacorum mentione omissa bastarnas ait Mysos & thraces augusti principatu a Crasso subactos: Euse. Sarmatas a Tiberio. Albin ger. flu. qui ptolemeo Auctore nõ longe a cimbrica chersonesso in germanicum labitur oceanum.

Sueuos & sicam. eiusdem Germaniæ populos: & ut idem auctor tradidit: inter se contiguos Germanos: aut transrhenanos drusus Tiberii frater multiplici bello afflixit: Liui. & Euse. sunt auctores. Alias nationes: ut Dalmatas: Pannonios: Thraces ac preter hos cheruscos in Germania Cencreos: Caucos: qui omnes Liuii testimonio: partim bello domiti sunt partim ad imperiũ reuocati. Martis ul. quod philip. bello uouerat: riteq; postea construxit & dedicauit.

Fœminæ obsides. PHI. Nouum genus obsidum. Cor. tacitus refert efficatius obligari animos germanorum: quibus inter obsides puellæ quoq; nobiles imperantur: ait Tranquillus augustum a quibusdam accepisse fœminas pro obsidibus: quod nouum genus obsidum uocat respiciens ad consuetudinem romanorum: qui fœminas obsides accipere non consueuerant: q̃uis legerimus apud historicos inter obsides a romanis porsenæ regi datoa fuisse uirgines traditas: quarum clarissime sunt Valeria publicia & chloelia. Marium: masculorum pro obsidibus datorum.

Mulctaticia pecunia. Mulctatus est: puniuit a mulcta deriuatur mulctatitium: inde leges: apud Liui. ex pecunia mulctaticia factos ludos: & pateras aureas ad cereris ædem positas fuisse.

Sub lege:sub hac conditione quæ subsequitur. Liberarentur:per manumissionem liberi fierent. Pellexit induxit:traxit:& hoc cõmentus est Augustus ut ita i officio cõtineretur metu longi diuturniq; seruicii. Indos: tradunt historici Scythas misisse legatos ad Augustum amicitiã petẽtes:qn etiã seres illos primos hominũ q no scantur:indosq; sub oriente sole habitantes cum gemis & margaritis elephãtos inter munera trahẽtes:uenisse ultro petitum augusti Cæsaris amicitiã:de quo ita paulus orosius. Interea Augustum Cæsarẽ apud tarraconem hispa niæ urbẽ legati indo⁊ & scytharũ toto orbe trasmisso tandẽ ibi inuenerunt:quẽ cum gentilitio munere supplex cous indus & scytha boreus orauit.

Indi
Seres primi hoim

sub lege uenũdaret:ne in uicina regione seruirent:neue intra xxx. annos liberarentur. Qua uirtutis moderationisq; fama: indos etiã ac Scythas auditu modo cognitos pellexit ad ami citiam suam populiq; Ro. ultro per legatos petendam. Parthi quoq; & armeniã uendicanti facile cesserunt:& signa militaria: quæ. M. Crasso:& .M. Antonio ademerant reposcen ti reddiderunt:obsidesq; insuper obtulerunt:deniq; plurib⁹ quondam de regno cõcertantibus:non nisi ab ipso electũ cõ probauerunt.

cap. 22.

De Iano per eum clauso:& triumphis & ouatiõibus eius.

IAnum quirinum semel atq; iterum a condita urbe ante memoriam suam clausum in multo breuiore temporis spacio terra mariq; pace parta ter clausit.

Scythas:scythia duplex est:& scythę bipetit:alteri europei sũt alteri asia tici:auctores Pli. & curtius. a scythe herculis filio noiatĩ. * Quidam ut docet stephanus autumant dici scythas ἀποτουσκυζεσθαι qđ signifi cat irasci. Sũt. n. ὀργιλώτατοι. i. ira cundissimi scythice genus est calcia menti. * Parthi quoq;: parthi scitico sermone exules dicunt sicuti refert iustinus in. xl. Docens abexulibus scytha⁊ partho⁊ imperiũ fuisse deductũ. Regna partho⁊ oli fuerẽ duo deuiginti auctore plinio. q scribit parthos cũ scythis ex æquo degere idem alibi tradit regna persarum esse eadẽ quæ partho⁊: quorum rex Orodes duce surena bella cũ Romanis gessit crassũq; Roma norũ iperatorem cum filio & oi exercitu deleuit. sequentibus quoq; tẽporibus. M. Antonius bellũ cũ. xvi. legionibus intulit parthis:ppterea quod aduersus se & Augustum auxilia miserant Bruto & Cassio:sed multis pliis uexatus a parthia refugit:uix tertia parthe exercitus incolumi: Augustus cum in syriam ad cõponẽdum orientis statũ peruenisset metũ iniecit phraati parthorum regi ne bellum parthiæ uellet inferre:Itaq; tota parthia ex crassiano antonianoq; exercitu captiui recollecti sunt:signaq; cum his militaria Augusto remissa:sed & filii nepotesq; phraatis obsides augusto dati:plusq; Cæsar magnitudine sui nominis fecit:q̃ armis alius iperator facere potuisset. Armeniã uendicãti:ad se trahenti Augusto:titulus est apud iurisconsultos de rei uẽdicatiõe:quo uẽdicãtur res:quæ sunt iuris nostri:& sic Augustus armeniã uẽdicabat a parthis tanq̃ ptinentem ad ius Romani imperii Duæ sunt Armenie maio. s. & minor regiões asiaticæ:quarũ latitudinẽ & lõgitudinem describit Plinius in. vi. ide a Lucano dictum est. Nec tu populos utraq; uagãtes Armenia. tradit Strabo. in. xi. Iasonẽ cũ armeno thessalo ad ea loca pcessisse:& a noie armenii armeniã fuisse nũcupatam scri. Ruffus armeniã cõspirasse cũ pthis:missumq; Caiũ nepotẽ ab augusto cũ exercitu maiestate Ro. nominis cũcta sedasse:& ut auctor est Luci. Flo.. recuparũ est p Caium augusti nepotẽ ius oli seruitutis intermissum. Nãq; armenios uicto rege tigrane ad hoc seruitiũ Pompe. assueuerat ut rectores a Romanis acciperẽt. M. AN. Nouũ genus obsidũ:cur nouũ quũ Liuio:Plutarcho:& Dionysio auctoribus cõstera Ro. puellas obsides Porsenę datas sed ad recentiora credo tempora Trãquillus respexit:quibus mos ille uetus exoluerat:aut certe ad Parthos: qui id genus obsidum dare non consueuerant. Exigere:poscere. Marium pignora:mares in pignus datos.

Scythæ bipartiti
Parthi exules.
*
Vendicare
Armeniæ

Crebrius & perfidiosius:hoc ad uiolata fœdera:illud ad inconstantiam & leuitatem attinet. Rebellãtes:temere ad arma & bellum recurrentes. Mulctatus est:actiue dixit inCæsare aliter. Sub lege:certa conditione. In uicina regione:quo minus uia ulla ad effugium pateret. Triginta annos:ut non solum graui:sed lõgo etiam plecterentur seruitio. Indos :duplex india citra & ultra. Gangem hæc tam Macedonicis q̃ Ro. armis intacta illa:quia proximior :iccirco & notior Alexandri signis peragrata. Scythas:qui longe lateq; a Sarmatia ad aquilonem:& ortum solsticialem ad in cognitas usq; terras diffunduntur:Herodotus a Scythe Herculis filio putat nomen genti inditum. Pellexit:traxit.

Parthi:quia Scythi:ut Trogus scripsit:oriundi ingentes quandoq; clades Ro. po. itulere Marco Licinio Crasso cum filio:& florentissimis legionibus primo cæsis:mox Antonio pluribus hominum millibus amissis procul repulso:Plutarchus Liuius:& Appianus sunt auctores. Armeniam:quam Tiberius:ut Eusebius ait recepit:est que Asiæ prouincia inter taurum & caucasum. Trogus ab Armenio Iasonis comite tradidit illi nomen inditum. Ptolemæus duplicem facit Armeniam:quod & Lucani carmen significanter demonstrat: Nec tu inquit populos utraq; uagantes :Armenia. Vendicanti:ad Romanum imperium trahenti. Facile cesserũt:Parthi scilicet. Signa militaria;quæ Crasso fuerant adempta.

PHI. De regno concertantibus:similiter olim Annibal fuit disceptator inter fratres de regni certamine ambigentes:nam reguli allobrogum fecerunt eum regni arbitrum omnisq; seditionis illius disceptatio ad eum delata est:qui impium dedit maiori fratri. Ianũ quirinũ Numa secundus Romanorum rex Iani templum ad infimum argiletum extruxit:qui index pacis foret & belli:ut appertus in armis clausus in pace ciuitatem esse significaret:semel ab ipso numa clausus fuit. alterũ post primum punicum perfectum bellum:tertio post bellum acciacum ab imperatore Cæsare Augusto pace mari terraq; parta:quod nostræ inquit Liui. ætati dii dederunt ut uideremus:ad quod allusit Virgi. illo uersu. Claudentur belli portæ:sed diligenter animaduertere Tranquillũ

Ianus quirinus

scripsisse ianum ter clausum fuisse ab Augusto propter historiam; quam uiri alioquin eruditi parum diligen-
ter obseruauerunt; scito igitur Augustum Cæsarem ab oriente post Antonium Cleopatramq; deuictos: cum ui-
ctoria redeuntem tum primum clausisse iani portas: quo die primũ Augustus consalutatus est: mox profecturus
in hispanias cum exercitu aduersus cantabros apperuit belli portas: quas iterum claustro cohibuit inhonorem
cantabricæ uictoriæ. Deinde cum ab oriente in occidentem: a septemtrionem in meridie ac per totum oceani cir-
Clausus ianus quoties — culum cunctæ gentes una pace composite forent; Iani portas tertio Augustus clausit; & ita clausus est Ianus qui-
quies; semel a numa pompilio iterũ
Tito Manlio consule. Et ter per Augustum Cæsarem: multo breuiore tẽpore q̃ bis clausum fuisset a superioribus: historia tradit explicate ab orosio li. vi. historiarum: cuius auctoritate subnixi censemus legendum eẽ ter clausit sicut emendati codices habent & quadrat historiæ: cuius i curiosi legunt tertio clausit; existimantes nihil aliud esse subintelligendum q̃ quod

**Bis ouans ingressus est urbẽ post philippense: & rursᵘ post siculum bellum. Currules triumphos. tres egit: Dalmaticum Actiacum: Alexandrinum continuo triduo.**

De duabus cladibus eidem illatis. cap. 23.



**Mnes graues ignominias cladesq; duas omnino: nec alibi q̃ in germania accepit lolianam & uarrianam: sed lolianam maioris infamiæ q̃ detrimenti:**

Vñ ianus — tertio loco Augustus clauserit Ianum. In sacris ueteres Romani inuocabant ianum quirinum: ianum patulcium
Quirinus — & clausium quirinum autem cognominabant quasi bellorum potentem ab hasta: quam sabini curim uocant: pa
Patulcius — tulcium & clausium: quia bello portæ eius patent: pace clauduntur. Ouans: ouatio minor est triumphus: ouan-
Clausus — di autem & non triumphandi causa est: cum hostium nomen humile est: aut cum incruẽta uictoria obuenit: iõq;
Ouatio — oualis corona myrthea erat tanq̃ non martius sed quasi uenereus triumphus foret: est enim myrthus arbuscula
Oualis corona myrthea — ueneri dicata: qui ouabant introire solent urbem æquo uehentes: q̃uis sabinus massurius pedibus ingredi ouan-
tes dicat: sequentibus eos non militibus sicut in triumpho fieri solebat sed uniuerso senatu De ouatiõe sic scri. Ser
ui. enarrans illud Virgi. sola fuga nautas comitabor ouantes; qui ouationem meretur & uno æquo utitur & a ple
Ouationis & triũphi differentia. — beiis uel equitibus Romanis deducitur ad capitoliũ: & de ouibus sacrificat. Vnde ouatio dicta. Plut. quoq; i mar
cello tradit in triumpho bouem immolari solitum: in ouationem autem ouem. Vnde huic triumphi generi no-
men extat ouatio. Diony. alicarnaseus scribens queadmodum posthumius ouans introiuit; hæc memoratu di-
gna tradit de ouationis triũphiq; differẽtia: primũ inqt ouans pedes igreditur: nec in curru sicut triumphator: dein
de nõ picta ueste iduitur: nec ornatur trabea: q peculiaris est consulũ ducũq; amictus: pterea non eodem utitur sce-
ptro: quo ille qui triumphat. Post philippense: bellum gestum in campis philippis aduersus brutum & cas
siũ. Siculũ bellũ: contra sextũ Põpeium. Auctor est Vale. in capite de iure triũphãdi: q; q̃uis qs pclaras res ci-
uili bello gessisset: imperator tamen eo nõie appellatus non est neq; ullæ supplicationes decrete sunt: neq; ouauit
neq; curru triũphauit: qa ut necessariæ istæ ita lugubres sp existimatæ uictoriæ sunt: utpote non externo sed do-
mestico partæ cruore. Attñ Augustus bis ouauit in ciuilibus bellis duobus: quorũ alterum gestum est aduersus
Non datur triũphus in bello ciuili — brutũ & Cassiũ: alterũ aduersus sextũ Põpe. magni Pompeii filiũ. Currules triũphos: magnus uerusq; triũ-
phus curril ẽ: ppterea qd i curru deaurato triũphator uehebať & ita oli Camillus post ueios debellatos curru eqs
albis iuncto urbẽ iuectus ẽ. De põpa ordie & formula triũphi scripsimus i cõmetariis in Propertiũ copiosissie
illinc si quid desideraueris poteris mutuari. M. AN. De regno: de regis electione: regnandiq; iure. Ianũ
quirinum: bellicosum & martium: ut qdam: Plut. auctore interptantur. Virgi. Claudenť belli portæ: quotiẽs ab
urbe cõdita: Iã tẽplũ claudi cõtigerit. Liui. Plu. & Diony. docent. Semel. Numa rege. Iterum: post primũ
bellũ punicũ. M. Attilio: &. T. Mallio consulibus. Breuiore tpis spa. q̃prius illud fuisset a Numæ tpibus ad
primi belli punici exitũ. Parta pa. Plut. post uictũ Anto. Ianũ scri. ab Augu. clausum. Ouans minorem tri
umphum agens Dio. Minorem triumphum ro. ouationem appellant; æquo. n. nõ curru uehebať i ouatione: qui
triũphabat; coronãq; gastabat myrream; q̃. M. C ut mollem repudiasse dr: priusq; per ambitionem laurea in oua
tione usus: ouare a militum uoce: potius q̃ ab ouibus circa aras cæsis: ut quidam interpretantur. Currules: ad
ouationis differẽtiã: q̃ minoris triumphi: ut dixerat species Acti. & alex. utrũq; ob Cleopatram.
PHI. Dalmaticum: dalmatas illyrici populos domitos augustus coegit fodere terras aurumq; ue-
nis repurgare; quod gens omnium cupidissima studiosa acquirit diligẽtia: ex quibus uictis triumphum egit
dalmaticum. Actia cum; propter cleopatram deuictam; una cum antonio apud actium pugna naualí.
Alexandrinum; positus alexandria urbe ægypti omnium longe opulentissima & clarissima: cui dixit augu-
stus se parcere primo propter illius & magnitudinem & pulchritudinem; secundo propter conditorem alexan
drum: tertio propter arium philosophum alexandrinum sibi imprimis amicum.
Cur alexandrie pcitur — Continuo triduo. octauo idus ianuarii urbem triplici triumpho ingressus est augustus: & ad hos tres trium
phos referendum est illud maronianum. At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho: quod enarrans Seruius
sic inquit tres augustus habuit triumphos: primo die triumphauit exercitus qui Anto. uicerat: secundo qui dal
matas uicerat: tertio ipse cum Alexandrino est ingressus triumpho. Auctor est diuus Hiero. augustum celebra-
ta de. M. antonio uictoria Romam repedasse ducentem secum infinitum captiuorum numerum & antiquorum
Loliana clades uariana clades — ptolemeorũ omnium gazas: ut nec ante nec postea tanta copia auri argenti gemmarumq; Romam aduecta fu
isse noscatur. Lolianam. Loliana clades. M. Lolio dicta est: qui primus galatiam prouinciam pro pretore ad
ministrauit ut docet Eutropius: id cum in germaniam ab augusto missus esset ignominiosa clade affectus est.

Varrianā pene exi. Quintillius uarrus cū tribus legionibus a germanis rebellātibus fūditus deletus est:cū illius supbiā:libidinē atq; auaritiā ferre nō possent:q ruptis foederibus:calcata fide:duce arminio arma corripuerūt & Quintiliū uarrū nihil tale metuētē iprouiso adorti undiq; inuadentes castra rapuerunt legionibus tribus obtruncatis:nihil illa cęde cruētius:nihil īsultatiōe barbaro℞ intolerātius pcipue saeuitū ē in pronos causa℞:cum aliis oculos foderēt:aliis manus āputarēt. Vni lingua recisa est:quā in manu tnēs barbarus:tādē inquit uipa sibilare desiste ipius quītili uarri corpus effossum est:qd milites humauerāt:hac clade:ut tradunt historici:factū est ut Ro. Impiū in ripa rheni fluminis staret. Pli. i. vii. inter infoelicitates augusti uarrianā cladē nūerat his uerbis: iuxta haec uarriana clades & maiestatis eius foeda sugillatio.

uarri anam pene exitiabilem tribus legionibus cum duce legatisq; & auxiliis omnibus caesis. Hac nunciata excubias p urbē indixit:ne quis tumultus existeret:& presidib⁹ ꝓuinciarum ꝓpagauit imperiū ut a sueris & a pitis socii cōtinerētur. Vouit & magnos ludos Ioui optio maxio:si rēpu. i meliorē statū uertisset:qd factū cibrico marsicoq; bello erat. Adeo nāq; cōsternatū ferūt:ut p cōtinuos menses barba capilloq; sūmisso caput iterdū forib⁹ illideret uociferās Quītili Varre legiōes redde:diēq; cladis quotannis moestum habuerit ad

Legatis caesis:legati ex uiris cōsularibus mittebātur ad exercitus:sc̄di ab īperatore:qbus legiōes & auxilia uniuersa obtempabāt:absente aūt legato pfectus legionis tanq̄ uicarius ipsius potestatem maximā retinebat:auctor Vegetius in. ii. de re mili. De his legatis militaribus eorumq; numero:ita scri. Liui. lib. xxviii. in oratione Manlii uolsonis:ex. x. legatis:si diis placet: quod consilium dispensandae cohonestandaeq; uictoriae imperatoribus maiores dederunt nri:aduersarios habeo. * Dignū memoratu est: qd refert. M. Tul. in epistolis ad atticū:maiores nr̄os non solitos legare in. x. legatis:q essent impatorum necessarii. Auxiliis caesis:auxilia differunt a legionibus:qm̄ auxilia sunt sociorum:legiones sunt Romanorum. Auxilia autē semper legionibus tanq̄ leuis armatura in acie iungebantur. scri. Vege. minorem militum numerū ascribi consuetū se in auxiliis:maiorem in legionibus:hinc legionarii & auxiliares milites discretum ab historicis memorantur.

Linguare cisa caussidico

Legati militares

*

Legiones
Auxilia

Excubias:excubiae:auctore Seruio diurnae sunt & nocturnae:uigiliae tantū modo nocturnae. Indixit. denūciauit. Praesidibus:praesidis nomen generale est eo qd oēs ꝓuincias regentes p̄sides appellant:& ut inquit Vulpianus iurisconsultus:p̄ses prouinciae maius impium in ea ꝓuincia habet oibus post pricipē. Vt a sueris continerent:qdam improbāt institutum illud Romano℞:quo annuos tantū p̄sides annuosq; ductores copiarum faciebant:ut interdum prius se circum ageret annus:q̄ omnia forēt expedita:& ut saepe ignorarēt milites & ignorarentur a militibus. Vnde annibal apud Liuium inquit. An me cum hoc semestri conferam duce:cui siquis demptis signis poenos Romanosq; hodie ostendat ignoraturum certum habeo:utrius exercitus sit consul. Igitur augustus prolatauit ampliauitq; imperium his qui erant presides prouinciarum:ut ille administrarentur a iam cognitis & peritis administrationum. Magnos ludos:circenses intelligit:qui modo Romani mō magni uariae appellati sunt:quos primus fecit Tarquinius priscus:sicut affatim diximus in Iulio Caesare:tale est illud apud Liui. scribentem quemadmodum ioui ludos magnos uouendos esse rettulerunt decemuiri senatoribus; si bella tū eēt ꝓspere aduersus Auni. resq; pu. in eodem quo erat ante bellū statu pmansisset:tradit ēt Scipio carthaginis uictor oli pcatus esse deos:ut i eo statu rēp. seruarēt i quo tūc eēt. Quod factū:ut. s. ludi magni ioui uouerentur

Excubiae
Praesides
Institutum Romano℞

Magni ludi.

M. AN. Et uarianam:multi & uarii fuerūt Augusti successus:sed nō propterea tales:ut nō eos idētidē fortuna uarriarit:nulla fuit unq̄ inhumanis rebus tam certa foelicitas que non aliquo modo fuerit ab ea conuulsa usq; adeo uerissimū ē illd̄ Hero. ημερεσφ ου Δερ ομοιον προστυει πρηυματ:dierum nullus ꝓsus qd̄ alius affert uir:dat intelligi tot eē in rebus uices:q & dies. Sed haec eo rēdūtur Augustū q foelicissimus eo℞:q Romae rerum potiti sunt iudicatus est ipsum quoq; per multa utrāq; fortunā exptū nō ignoremus. Sed pl. ut caetera eleganter augusti est infortunia executus:& quod ad p̄ntem locū attinet:iuxta haec inquit uariana clades; & foeda maiestatis sugillatio. Excubias:ut nihil interdiu nocturue esse ex statione remissū intelligas:namq; diei & noctis excubiae sunt. Praesidibus:iis q prouinciis p̄sidebant est. n. p̄sidere ad opē p̄standam p̄esse generaleq; nomen Martianus esse ait:oēs. n. & proconsules & legati Caesaris:q ꝓuinciis praeerant p̄sides sunt dicti. Propagauit:amplauit. Aperitis:gerendarum rerum non ignaris. Magnos ludos de his in Caesare abeunte diximus.

PHI. Cimbrico:quod Caius marius aduersus cimbros ex germania uenīētes gessit historia a nobis superius explicata est & in cōmētariis Propertii latius tradita. Marsico. marsicū bellū noiatū ē sociale:qm̄ a marsis rebellandi suscitatum fuerat īitium:auctor Strabo:q scri. in. v. Geographiae:marsos contra po. Ro. constituisse receptaculum ꝓpugnaculūq; corphiniū metropolim pelignorum:& impatoribus creatis biennio belligerasse aduersus Romanos:Donec effectum est ut ipsi in ciuitatem Romanam pariter uocarentur. Dictū est autem hoc sociale bellum:qm̄ oē latiū atq; picenū & ethruria ois atq; cāpania postremo Italia contra matrem ac parentem suam Romam consurrexerunt:belli marsici siue socialis ductor precipuus fuit popedius; appianus in. i. & florus in. iii. de bello sociali multa conscribunt;de quo est illud satyricum:calcatamq; tenet bellis socialibus uuam. * Plinius tradit bella socialia non minus perniciālia fuisse q̄ ciuilia. * Capillo summisso:prolixo immisso intonso. Seneca. Cai inconstantia modo barbam capillumq; summittens * Frontinus nam & barbam & capillū submisit:& postea nunq̄ recumbens cibum coepit. * Illideret. orosius hoc idem sic tradit Caesar augustus hanc cladem adeo grauiter tulit; ut saepe per uim doloris caput parieti collidens clamaret. Quintili uarre redde legiones. Diem cladis:eodem die accepta est uarriana clades:quo clades illa cānensis pugnae uastissima facta est:fuit autem ante diem quartum nonas sextiles sicuti historici meminerunt.

Sociale bellū marsicū

Capillus sūmissus
*
Atri dies

Lugubrem. inominalem & atrum. Nam Romani dies atros appellabant funestos & reip. Ro. ob rem male gestam calamitosos. Disciplinā scilicet militarem: que uirtus nomē po. Ro. eternāgloriā peperit: que orbem terrarum parere Romano imperio coegit: ut tradit Cice. in oratione pro murena. De hac ita loquitur Titus Manlius apud Liui. Disciplinam militarem qua stetit ad hanc diem. Ro. respu. soluisti. Legatorum: militarium de quibus pauloāte: scri. Liui. qđ pollura semel militari disciplia nō miles cēturionis: non centurio tribuni: nō tribunus legati: nō legatus cōsul' pcat iperio. Grauato: grauate grauatī: aduerbiū ē Hibernis mēsibus: quo. tēpis spatio ut ait Liui. in. v. oim bellorum quies esse solet: & hieme saltem milites i domos ac tecta reduci oportet: & aliquo tempore anni parentes liberosq; ac coniuges inuisere. Vxorem interuisere: ita Annibal apud Liuium ad milites inquit: si quis uestrum suos uisere uult commeatum do primo uere edico adsitis: ut dis bene iuuantibus bellum ingentis gloriæ predæq; futurum incipiamus: sic per totum tēpus hiemit quies renouauit corpora animos ad omnia de integro patiēda

Cap. 24

lugubrem. De disciplina eius circa rem militarem.

IN re militari & commutauit multa: & cōstituit atq; etiam ad antiquum morem nonnulla reuocauit: disciplinam seuerissime rexit: ne legarorum quidē cuiquā nisi grauato: hibernisq; demū mēsib' pmisit uxorē iteruisere. Egrē Romanū q duob' filiis adolescētibus causa detrectādi sacramēti pollices āputasset: ipsum bonaq; ei' subiecit haste: quē tñ q imiere ēptiōi publicanos uidebar: liberto suo

Interuisere interuisere est inuisere reuisere & ut uī donatus innuere: hæc particula inter significat totum: unde intercipit
* quasi totum capit ab eodem exponit & Plau. i aulularia iterbibere dixit quasi totum bibere. * Interuisere uero ē
Interlegere ex interuallo reuisere. Sic apud Palladium interlegere poma est non tota colligere: sed per interualla decerpere. ut
Sacramentum relicta in arboribus fiant grandiora meliusq; maturescant: & ut succus ad meliora uertatur. * Sacramenti
.s. militaris. Namq; teste Seruio legitima erat militia eorum qui singuli iurabant pro rep. se esse facturos: nec disce
Militare debant nisi cōpletis stipendiis & sacramētū uocabatur sniæ serui astipulatur Vegetius: sic scribens in. ii. de re militari: milites iurare solent: & ideo militiæ sacramenta dicuntur: iurant autem se omnia strenue facturos: que preceperit Imperator nunq̄ deserturos militiam p Rom. repu. hinc a iuuenale milites sacramenta dicuntur illo uersu: premia nunc alia atq; alia emolumenta notemus sacramentorum. Liui. uero tradit usq; ad tempus secundi punici belli sola sacramenti religione auctoratos fuisse milites: mox iureiurando adactos a tribunis militum se
Pollices pscidere. conuenturos iussu consulum neq; iniussu abituros. Pollices: qui militiæ munus ob formidinem subter fugiebant soliti erant sibi pollices precidere tanq̄ idonei amplius minime forent ad arma tractanda: hinc apud fortu-
achromos natianum exemplum causæ asystatæ: que dicitur Achromos. i. sine colore tale proponitur. Decem milites tempore belli pollices sibi amputauerunt rei sunt lese reip. est. n. manus in homine organum organorum sicuti philosophi docent adeo ut anaxagoras hominem prudentissimum omnium animalium: ideo esse crediderit; quoniam unus oium manus obtinet: ipsi uero pollices in manibus dñant. Nāq; ut elegāter tradit Macro. lib. satur. nouissi
Pollex uñ mo pollex nomen accepit ab eo q pollet: qui nec in sinistra cessat: nec minus q̄ tota manus semper in officio est.
Autichir. Vnde apud grecos αντιχειρ uocatur quasi manus altera: legimus apud Vale. in capite de crudelitate & apud Cice. lib. iii. officiorum: athenienses precidisse pollices eginensium iuuentuti: ne populus qui classe ualebat secū descendere posset in certamen uirium maritimarū Idem Vale. in capite de seueritate refert seueram senatus aiaduersionem in. C. Vectienum: qui sinistræ manus digitos ne bello italico militaret absciderat: scitu dignum est & ad rem pertinens id qđ tradit Amianus Marcel. qui scribens de gallorum moribus sic ait; Nec eorū aliqñ quisq̄
Marci qui ut in Italia munus martium pertimescens pollicem sibi precidit: quos iaculariter murcos appellant: murci aūt ut Marcel. uerbum intelligas dñr latino uetere uocabulo desidiosi & ignaui. scribit Augus. in. iiii. de ciuitate dei: q
Murcea Romani deā uocauerunt murceam: que faceret hominem murcidum. i. nimis desidiosum & in actuosum: sicut ecōdea strenua dea trario dicta est dea strenua q̄ hoiem faciat strenuum. preterea: ne hoc quoq; pretereamus: mos fuit regibus barbarorum quoties in societatem coibant: applicare dextras pollicesq; inter se uincire nodoq; perstringere: ubi mox
Foedus archanum sanguis in artus extremos perueneral leui uulnusculo cruorem eliciebant atq; inuicem lambebant: id foedus ut refert Cornelius tacitus Arcanum habebatur quasi mutuo cruore sacratum.

Licinium:quidam autumant hunc esse illum licinium de quo uulgatũ sit illud distichon. Marmoreo tumu= lo licinus iacet:at cato paruo pompeius nullo:credimus esse deos? Dispensatorem. In numero seruorum erant dispensatores:hinc ait Taci. Galbæ corpus dispensator argius e primoribus seruius humili sepultura in priuatis eius hortis contexit. & Pli. in. xxxiii. sic inquit. Seruus claudii drusilanus nomine rotundus dispensator hispaniæ citerioris quinquaginariam lanceam habuit. dicti autem sunt dispensatores ab dispensanda pecunia. nam ut au= ctor est Pli. libralis & dipondius assis appendebatur: unde & adhuc expensa dicuntur. & stipendiorum hoc est Licinius. Dispensatores in mancipiis. Lipripendes.

Licinium: Enceladum aliosq;. Consinium seruum grauissi= me de se opinantem non ultraq̃ compedibus coercuit. Diomedem dispensatorem: a quo simul ambulante incurrenti re pente fero apro per metum obiectus est: maluit timidita= tis arguere q̃ noxæ: remq; non minimi periculi: quia tamen fraus haberat: in iocum uertit. Item proculum ex acceptissi= mis libertis mori coegit compertum adulterarem matronas Gallo a manu q̃ pro epistola prodita denarios quingentos accepisset: crura effregit. Pedagogum ministrosq; Caii filii p occasionem ualitudinis mortisq; eius superbe auareq; in p uincia grassantes oneratos graui pondere ceruicibus præ= cipitauit in flumen.

De infamia dedecorum primæ iuuentutis eius.

P Rrima iuuenta uariorum dedecorum infamiam subiit. Sex. Pompeius eum ut effœminatum inse= ctatus est. M. Antonius adoptionem auunculi stupro meritum. Item Lucius marci frater quasi pudicitiam delibatam a cæsare. Aulo etiam Hircio in hispania trecentis milibus nũmũ substrauerit: solitusq; sit crura suburere nuce ardenti quo mollior pil⁹ surgeret: s; & ppl's quodã uniuersus

stipis ponderandæ pensatores libri= pendes dicti. * Docent iuris= con. dispensatorem mereri libertatẽ si diligenter tractauerit Dñicas ratio= nes. nam titu. de statu. libe. Labeo ita refert. Calenus dispensator meus: si ra tiones diligenter tractasse uidebitur li ber esto. suaq; omnia sic habeto. * *

Fero apro. scribit Pli. in. viii. in om nibus animalibus cuiuscunq; generis ullum sit placidum: eiusdem inueniri & ferum: utpote cum hominum etiã siluestrium genera reperiantur. com= plura tamen sunt nec placida nec fera sed mediæ inter utrũq; naturæ: ut hi= rundines: apes: delphini. mures: pro= blema est apud Aristo. cur in animã= tium genere quæcunq; domestica: ea dem etiam fera reperimus: quæcũq; autem fera non utiq; eadem domesti ca natura creauit: cum fero apro li mi sceatur sus domestica: quæ mixtura fa Nec placida. cilis est: nascetur hibrida: sic enim uo= catur ex utroq; sue domestico & fero genitus. Arguere: accusare. Quã Hibrida. noxæ. criminis & culpæ. alias noxa Noxa. periculum significat & damnum. De noxa & noxia plura scripsimus in notis Seruii. Adulterare matronas. in hoc uidetur imittatus esse Iulium Cæsarem: qui libertum gratissimum capitali pœna affecit ob adulteratam equi tis Romani uxorem. olim Claudius retulit ad senatum de pœna fœminarum: quæ seruis coniũgerentur statuitq; ut ad id prolapsa in seruitute haberetur si maritus ignorasset: sin uero consensisset esset loco libertæ. A manu. hoc est amanuensem & scribam: repete quæ supius scripta sunt in Iulio Cæ. ubi ait. Philemonẽ a manu seruum.

M. AN. Hæreditates: legata. Suprema: ultima: extremã uolũtatẽ: nã uolũtas ex iudicio pendet. Moro sissime: nimis anxie & curiose. Parcius: remissius. Citra honorẽ uerborũ: an sine honorifica præfactione de se ultimo uitæ tpe locuti eẽnt. Pupillari ætate. ut aliena ope & tutela indigerent. Virilis togæ. quo de uirilem togã sũpsisset. Aut nuptiarũ: aut cũ uxorẽ duxisset. Cũ incremẽto: auctis etiã rebus aut mũeribus supadditis Patronus in libertos. Dñs: in seruos. Grauissime: pessime. Dispẽsatorẽ: dispẽso uñ dispẽsator a dispen do: ẽ pẽpẽdi: æris mos lõge antiqssimus: nã quũ æs graue esset in usu appẽdi oportuit nõ nũerari qui igit̃ patroni aut dñi æs dispẽdebãt dispẽsatores ab initio sũt dicti. Fero apro. siluestri. Per metũ: qui dũ apri declinaret in cursum irruenti illi augustum pro se obiecit. Quã noxe: culpæ. Proculũ: proculus dicitur qui pegrinãte pa tre est natus. Adulterare: adulteria cõmittere. Talbo a manu q seruí a manu essent: q a pedibus diximus.

PHI. Prodita: reuelata: demõstrataq; cuidã: cuius intererat eã inspicere. hoc aũt factũ ẽ cõtra officiũ scriba= rũ q in primis arcanorũ tenacissimi custodes esse debẽt. Mortisq; eius: dictũ iã est quẽadmodũ Caius augusti p adoptionẽ filius fuit in lycia interfectus fraude dõnis: q libellũ legẽti: quẽ ipe porrexerat: uulnus incussit: ex quo uulnere cũ periisset Caius pædagogus illius atq; ministri cœperũt supbe & auare grassari atq; prædari in lycia puin cia: ppt quod ab augusto affecti sũt supplicio capitali & in flumẽ pcipitati: quo olim supplicio usus est alexãder in seditiosos. Dedecorũ. dehonestamentorũ: flagitiorũ. Sextus põpe. filius magni põpeii hic fuit. exercuit py= raticã in sicilia: quẽ ut in supioribus explicauimus pugna nauali augustus pfligauit. hic ergo utpote inimicus de augusto inimico coloquebat. solent autẽ inimici insectãter & grauiter uituperare inimicos: & plerũq; sit ut quãto uituperatiões fuerit acerbiores tãto minus fidei habeant: potuerit itaq; cõmẽticia eẽ quæ Sextus põpeius & M. Antonius in augusti iuuentã insectãter pdiderũtq cũ fuisse mollẽ & paticũ criminati sũt. Adoptionẽ auũculi. Iu= lii Cæsaris: qui ut superius dictũ est maior auũculus fuit augusti. hoc est frater eius auiæ: per adoptionẽ uero pater Lucius marci frater. significat Luciũ Anto. fratrem Marci Anto. triũuiri: quẽ in bello perusino uictũ ad dedica tionẽ cõpulit Augustus. In hispania: hoc ad illud tempus referendũ quo Iulius Cæsar pfectus est in hispanias aduersus Gn. Põpei libros & tũc Augustus eũ subsequutus est. Delibatã: præfloratã: pregustatãq;. Cor. cethe gus ab ennio dictus cũ laude: flos delibatus populi. Substrauerit. prostituerit precio corruptus. Nuce ardenti. Dionysius ille syracusanorũ tyrãnus solitus erat barbã sibi & capillũ adurere cadẽtibus iuglãdiũ putaminib⁹ hoc Dedecus.

est ardentibus nucū corticibus & hoc faciebat ex formidine dū timet tonsori collū caputq̧ cōmittere. igitur augu
Psilotrū qd. sto probro datū uidetur q̧ crura subureret nucibus ardentibus. tā: q̄ illud putamē habeat uim psilotri hoc est me
dicamenti depilatorii. scribit Pli. in. xiiii. maximū honorē fuisse resine in euellendis a uirorū corporibus pilis idē
in. xxiii. quod huic sententiæ cōgruit refert: putamen nucis cōbustū tritūq̧ in oleo aut uino infantiū capite perū
Alopetiæ quæ. eto nutrire capillum: & eo sic utebantur ad alopetias sunt aūt alopetiæ ex genere arearum in quibus emortua pel
licula pili extenuantur deinde excidunt. fit alopetia in capillo & in barba ut ait Cor. celsus. hinc sæpe leges apud
Plini. medicamenta tradi ad alopeci-
as repellendas: de quibus apud Aui-
cennam quoq̧ magna mētio est. Alo
petia autē noiatur a uulpe. quam græ
ci uocant ἀλώπεκα: quæ hoc mor-
bo peculiariter conflictatur. * Ga
lenus primo librorū: qui meri inscri-
buntur: sic refert. alopetiæ ꝓpterea: ut
aiunt: sic noiatæ sūt quia frequēter fiūt
uulpibus: græci aūt ἀλώπεκα uul
pes appellāt. * Igīt qui glabri &
molles diu uideri uolebant pilos ua-

ludorū die & accepit in contumeliam eius: & assensu maxi-
mo cōprobauit uersum in scæna ꝓnūtiatū: de gallo matris
deū tympanizāte: Vides ne ut cynæd⁹ orbē digito tēperat.

De adulterio & libidine eiusdem.


Dulteria quidē exercuisse: ne amici quidē negāt ex-
cusantes: sane nō libidine: sed ratiōe cōmissa: quo fa
cilius cōsilia aduersariorum per cuiusq̧ mulieres ex
quireret. M. Ant. super festinatas Liuiæ nuptias obiecit: &

riis modis euellebant: augustus nuce suburebat hoc est modice urebat: utebaturq̧ putamie nucis ꝓ psilothro. Nā
quāuis psilotra sint ꝓprie medicamēta muliebria tñ in usu etiā uirorū eē cœperūt: qui in fœmineā naturā se trās-
ferre ꝓ uiribus nitebātur: dolebātq̧ q̧ uiri essent nati prorsus eneruēs curati effœminati. De psilotro iā dictū ē. &
ait Plinius in. xxvi. psilotrū nos quidē in muliebribus medicamētis tractamus uerū etiā uiris in usu ē. Ludorū
die: quo ludi scænici & histrionici agebātur. In cōtumeliā eius in contemptum opprobriumq̧ Augusti.

M. AN. Pro epistola ꝓdita. q̄ secretiorē epistolā prio corruptus uolenti legendā subiecisset aut certe reci-
tasset. Caiūq̧ lycia piit. Occasionē: temporis oportunitatē. Valitudinis: morbi. Onerato grauī pōde
re: grādioribus saxis eius colla alligatis. Præcipitauit: ꝓcipitari fecit dedecorū: ꝓbrorū. Sextus pō. magni pō
pei filius: qui ab eo postea nauali est: prelio uictus. Insectatus: proscidit. Auunculi: Cæsaris maior eñ auūculus
augusto cæsar dictator fuit. Stupro: turpissimo corporis obsēquio. L. Anto. qui circa perusiam ab eo fame domi
tus est. Marci. Ant. f. triūuiri. Delibatā. primo uiolatā. Aulo hircio q̄ postea mutinēsi bello piit. Substra-
uerat abutēda dederat. Nuce ar. Pli. tinguntur cortice earū lanæ: & ruffatur capillis: ceterum huiusmodi usus
nihil meminit. In cōtumeliam: in contemptum.

Galliābon. PHI. De gallo tym. agebaē fortassis in theatro fabula galliābo metro cōtexta: cuius argumētū erat de cybel
Equiuocū. le cōpositū & de gallis cybelleiis cōcinnatū: de quo ait & Marcial. nec dictat mihi luculentus atys mollē debilitā
Pluriuocū. te galliābō. Gallus aūt nomē est ut græci dicūt omonimon. ut latini interpretātur æquiuocū q̧ Marcianus in dia
Gallus qd. lectica pluriuocū uocat: qn̄. s. pluribus rebus eadē est appellatio: est eñ gallus nomē gentis: nomē uiri: nomē auis
& fortunā corporis significat: ut ait Fabius Quintilli. i. castratū. Namq̧ tales erant galli sacerdotes matris deorū
cybelles qd nomē traxerūt a gallo fluuio: ut scribit Plinius in qnto & tradit Ouidius in fa. de gallis cybelles q̄ erant
abscissi multa scribit Augustin. li. vii. de ciui. dei: ubi refert ideo abscissos matri deū seruire. ut significaret eos q̄ se-
mine indigeant terrā seq̄ oportere: quæ mater Deū noiaē. In ea q̄ppe oia reperiri: auctor est Firmicus maternus si
luna se in septimo loco soli mercurio saturno aliqua radiatione cōiūxerit: q̄ talis cōstellatio faciet archigallos: ita
Archigalli. eñ dicūtur pricipes gallorū abscissorū. idē alibi ait. uenus in. x. ab horoscopo loco facit eunuchos & archigallos
Tympanistæ. Tympanizante. tympanū pulsante. eleganti uocabulo id genus hoies tympanistas appellat Apuleius in libr.
de demonio socratis. Augustin. tradit ideo magnā matrē quæ & tellus & cybele & ops & mater deū uocitaē habe
Magna mater. re tympanū: ut significeē eā eē orbē træ & ob hoc ipm tympanū galli cybellei in sacris pulsare solebāt. Lucretius
in. ii. de gallis cybelleiis loquēs ait. tympana tenta tonant palmis: & cymbala circū ꝯcaua raucisonoq̧ minanē cor
Tympanū cybeles. nua cantu. Catullus quoq̧ tympanū tubā cybeles nō inelegāter uocat. Vides ne ut cinedus. hic est uersus galliam
bus ꝓnūciatus in scæna de gallo tympanū pulsante. cuius talis est sensus. uides ut gallus digito pulsans moderaē
typanū: nā cynedus significatur gallus tanq̄ mollis & effœminatus: ꝓterea cynedi apđ ueteres dicti sunt saltatores
& pātomimū & cantio cynedica a plauto dici uideē in sticho: non me ꝓterit quæ tradanē de cynedica orōne &
eius inuētore sotade. orbē uero accipimus ꝓ tympano orbiculari ad orbē terræ significādū: sed cum hic uersus de
gallo cybelleio scriptus esset cōuersus est p amphibologicā similitudinē in augusti cōtumeliā tanq̄ & hoc significa-
ret. uides ut cynedus Augustus orbē terrarū digiti nutu regat. & ita tanq̄ mollis & paticus taxabaē Augustus a po
pulo Romano. Per cuiusq̧ mulieres exquireret. nihil est tam archanū: qđ mulier nō prodat detegatq̧ maxie in
Vt mulier secreta pronunciet. cōplexu amatoris subans. tradūt magi si cor bubonis īponatur māmæ mulieris dormientis sinistræ fore ut oia se
creta ꝓnūciet. Super festinatas scribit Sextus Aurelius augustū abiecta uxore scribonia amore alienæ coniugis
possessū liuiā sibi cōiūxisse. M. Antonius nō cōtentus obiecisse augusto q̧ festināter nuptias cū liuia aliena uxore
fecisset tanq̄ amoris ipatiēs. etiā ꝓbro ei dedit q̧ alterā fœminā summatē uiri cōsularis uxorē ex libidinis impatiē
tia abduxerit e cōuiuio in cubiculū peractoq̧ cōcubitu reduxerit. Viro corā: flagitiū est abducere cōiugē alienā:
Cipius. flagitiosissimū uero id efficere uidente ipo marito. sensus eñ oculorū est acerrimus: & aīm uehemētius lācināt ui
Pararēcos. sa q̄ audita nostrorū dehonestamēta: nisi forte maritus imitabaē cipiū illūq̧ pararēchos dictus ē: q̄ simulabat se
dormire: & ut ait ille doctus erat stertere ad calicē uigilāti naso: quo impunitus eius uxor mæcharet. cuius memi-
nit Lucili. a quo uideē natū illud uetus ꝓuerbiū. quod est non oibus dormio: quod usurpat & Cicero. quadam ad

fabium gallũ epistola:cũ ait.olim non oĩbus dormio:sic ego nõ.omnibus mi gallæ Seruio. Fœminã consularem. Scribit Vulpia.li.primo ff.consulares fœminas dici consularium uirorũ uxores adiicit saturninus & matres:quod nusq̃ relatum est:fœminæ nuptæ clarissimis personis clarissimarũ personarũ appellatione cõtinentur. fœminis eñ dignitatem clarissimã mariti tribuunt. E triclinio:in notis seruii docuimus tricliniũ & mensam & cænaculum significare. Rubentibus auriculis. Auricula ꝓprie significat partem illam auris infimã:quæ mollis est:inde prouerbialiter a Cicero.dictum est hominem reddo ima auricula molliorem.græci ωτιον appellant. Scribit Plinius in undecio in aure ima hoc est auricula memoriæ locum esse:quem tangentes attestamur unde Oratianum illud. Ego uero appono auriculam. Auriculæ in fœmina rubẽtes & capilli uexati indicio sũt recentioris cõcubitus. hoc idem indicat Iuuenalis illo uersu. Vexatasq; comas uultumq; auremq; calentem.

Nõ oĩbus dormio.
Cõsularis fœmina.
Claritas fœminæ a uiro
Auricula.

fœminam consularem e triclinio uiro coram in cubiculum abductam:rursus in conuiuium rubentibus auriculis in cõptiore capillo reductã:& dimissã scriboniã q̃a liberi⁹ doluisset nimiã potẽtiã pellicis & cõditiões quæsitas ꝑ amicos.q matres familias & adultas ætate uirgines denudarent: atq;

M.AN. De gallo: de cibeles sacerdote. Tympanizante tympanũ pulsante. Mar. Area celeneos lugentia matris amores. Esuriẽs gallus uendere sæpe solet. Iu. aut resupinati cessenria tympana galli:catulus ministras quoq; ipsas deæ gallas appellauit rapidæ inquit ducẽ sequũtur gallæ præpopere pedem; aut certe ad gallorũ molliciem respiciens gallas catulus dixit:ut est illud apud Vir. o uere phrygiæ. Cynedus:mollis gallus: genitalibus namq; exectis mollissimi habebantur. Orbem digito temperat quũ de gallo tympanũ pulsãte esset a poeta dictum populus in Augustum uertit qui mollissimus ut gallorum:unus orbem terrarum porrecto digito quod imperantium est regeret. Festinatas:quando prægnantẽ etiam abduxisset. Fœminam consularẽ: cõsulari uiro nuptam:quo pacto ad Liuiam id referri possit non uideo Tyberius enim nero unquã quod legerim consul fuit.

Rubentibus auriculis:quod in fœmina patratæ libidinis ẽ signũ. Iu. Vexatasq; comas uultũq; : aurẽq; celentẽ.

PHI. Dimissam scribo.s.obiecit Augusto. Superius dictum est quemadmodum Augustus scriboniam accepit in matrimonium:cum qua mox diuortium fecit pertesus morum eius peruersitatem:fuit autem libonis filia:a qua Scribonius Aphrodi.grammaticus fuit redemptus & manumissus. M. Antonius ideo scriboniam ab Augusto repudiatam fuisse dixit:quia illa doluerat ob impotentiam pellicis.est autem pellex proprie ea quæ cũ eo corpus miscet cui uxor est:& in hoc significatu fere semper accepi reperies ab oratoribus & poetis.ubi animaduertendum est pellicem non dici tam uiri q̃ uxoris:ut illud Salustianum:filia matris facta pellex: & illud Ciceronianum in oratione pro cluentio.uxor generi:nouerca filii:filiæ pellex.hinc lex a Numa Pom.lata hæc est pellex ædem iunonis ne tangito.Interdum pellex:ut inquit Massurius iurisccon.apud antiquos ea habita est:q̃ cum uxor non esset cum aliquo tamen uiuebat:quam nunc uero nomine amicam:paulo honestiore concubinam appellari tradit.

Matres familias. Matrem familias:ut inquit Vulpia.eam accipere debemus:quæ non in inhoneste in domo uixit matrem enim familias a cæteris fœminis mores discernunt atq; separant: proinde nihil intererit nupta sit au uidua.ingenua sit an libertina.Nam neq; nuptiæ neq; natales faciunt matrem familias sed boni mores. Boe. in commentario secundo topicorum:tradit matremfamilias esse non posse:nisi quæ conuenisset in manu mariti per coemptionem. coemptio uero certis solemnitatibus peragebatur. & sese in coemendo inuicem interrogabant:uir ita an mulier sibi materfamilias esse uellet illa respondebat:uelle.item mulier interrogabat:utrum uir sibi paterfamilias esse uellet.ille respondebat uelle ælius melissus inter grammaticos celebratus:matrona inquit est. quæ semel peperit:quæ sæpius materfamilias:cuius sententiam refellit Gell. lib. xvii. noctium atticarum scribens matremfamilias appellatam esse eam solam quæ in mariti manu mancipioq; esset:de matrefamilias idem Seruii sensit q; Boe. qui illud præterea addidit familias genitiuum esse antiquum a græco deductum Seruio astipulatur Priscia. qui sic ait in. vi. primæ declinationis fœmininorum genitiuum etiam in as more græcorum solebant antiquissimi terminare:unde adhuc paterfamilias & materfamilias pro familiæ solemus dicere:& frequens hoc habet usus. Mangones. mangones sunt uenaliciarii hoc est hi qui uendunt seruos elegantiores uenustioresq; : & cum homines mercis appellatione non contineantur:mangones:ut recte ait mela iuriscon. non debent appellari mercatores mango dicitur quasi manu ago ut interpræatur Porphyrio enarrans illud Oratia. Nemo hoc mangonum faceret tibi. mangonum officium est:ut docet Quintil. in. ii. colorem fuco & uerum robur inani sagina mentiri.ita enim mancipia uendibiliora & præciosiora efficiuntur. Docet eleganter Pli. solitos fuisse mãgones medicamentis pubertatem uenalium puerorum coercere:& non pati erumpere unde ait in. xxi. hiacynti radix est bulbacea mangonicis uenaliciis pulchre nota:quæ uino dulci illita pubertatem coercet:& non patitur erumpere. idẽ in. xxx. ne sint male hisurtæ formicarum oua pueris infricata prestant: item mangonibus ut lanugo tardior fit pubescentium sanguine & testiculis agnorum qui castrantur:qui euulsis pilis illitus & contra uirus proficit. Mãgones quoq; fœminas dici posse testis est idem Plin. qui ait in. xxxii. ita pueros pubescere negauit. Mango salpe obstetrix. Aliquando aliarum quoq; rerum uenditores metaphoricos dicuntur mangones; qui merces poliunt atq; interpollant ut pluris uendant. unde ab eodem Plinio mangones gemmarum dicti. a mangone mangonium inclinatur:accipiturq; pro artificio mangonis. Plini. in. x. Nec tamen in hoc mangonio quicq̃ totum placet. infra mangonicos quæstus uocat Tranquil. lucra:quæ mangones faciunt in uendendis mancipiis:hinc mangonizare uerbum est:quod significat expolire:ornare:ut emptores alliciant ad facilius emendum. Pli. in. xxiii. succus bryoniæ uitis illitus per se & cum eruo lætiore quodam colore & cutis teneritate mangonizat corpora. idem in. ix. uillas mangonizatas appellat quasi mangonio opere uendibiliores factas.

Materfamilias.
Interrogatio uiri & uxoris.
Matrona.
Mãgones.
Venaliciarii.
Mãgones fœminæ.
Mãgoniũ.
Mãgonizare.

perspicerent tanq̃ Thoranio mangone uendẽte. Scribit etiã ad ipsum hoc familiariter adhuc nec dum plane inimic⁹ aut hostis. Quid te mutauit: q reginã ineo: uxor mea est. Nunc cœpi: an ab hinc annos nouem: tu deinde solam Drusillã inis: ita ualeas uti tu hanc epistolam quum leges: non inieris tertullam: aut terentillam: aut drusillam: aut saluiam Cinsceniam: aut omnes an ne refert ubi & in q̃ arrigas.

De cœna eius & discumbentium in apparatu deorum.

Cœna quoq; ei⁹ secretior in fabulis fuit. Quæ uulgo δωδεκαθεος uocabat in qua deorũ dearũq; habitu discubuisse cõuiuas: & ipsũ p Apolline ornatũ nõ antonii modo ep̃le: singulorũ noĩa amarissime enũerãtis exprobrãr sed: & sine auctore notissimi uersus
Quum primum istorum conduxit mensa choragum
Sexq; deos uidit mallia sexq; deas:

Thoranius mango — Thoranio: huius thoranii mangonis meminit Solinus in polihistore & Plini. in. vii. quẽ scribũt uẽdidisse. M. Antonio duos eximios forma pueros alterum asiaticum: alterum gallicum ut geminos tanta unitas erat; de eodẽ sic ait Macrobius in. ii. saturnalium. Delectatus erat augustus inter cœnã symphoniacis thorani mangonis; atq; eos frumento donauerat. sensus est Tranquilli. Antonium obiecisse augusto. q per amicos matronas & uirgines sub conditione quæreret ad stuprum: qui illas denudatas: ita diligenter & ociose contẽplarentur tanq̃ eas empturi a mangone thoranio. mos est eñ eorũ qui seruos emunt ut eos diligenter perpendant inspiciantq;. Inimicus
Inimicus hostis. — aut hostis: sciẽter hæc duo tanq̃ diuersa disparauit. inimicus eñ priuatus ẽ: hostis publicus; sed attende q uerbũ
Inimicare hostire. — inimicare ab altero inclinatur: significatq; inimicum facere; ut apd Oratiũ Et miseras inimicat urbes; ab alio uero hostire: quod significat ferire: unde
Hostia un. — hostiam dictam autumat festus.
M. AN. Dimissam scriboniam obiecit intelligæ. Pellicis: quã marito præsente e triclinio ad stuprũ abduxerat. Conditione quæsitas: sic potius legendum q̃ conditiões unde nihil sequitur: ut sit sensus Antonium obiecisse Augusto preter cætera flagitia fœminas quoq; per amicos illi cõditione quæsitas ut si unde de placuissent ipsius congressu dignæ iudicarentur. Thorannio mangone: qui uenalia mancipia a mangonibus emebant diligentius inspicere consueuerunt nequid uitii inesset. q̃q̃ uitia quædam licet non intellecta tanti haberi solita: ut seruus quemadmodum Gel. scribit iure redhiberetur eidem thorãnio. M. Antonius duos iuuenes: quos mira similitudine fratres ratus coemerat cum diuersitate linguæ proditos redhibendos putasset pretium restituere coegisset nisi tempestiuo illius sophismate fuisset delinitus.
PHI. Quid te mu. uerba. M. An. qbus Augustum subaccusat: tanq̃ erga ipsũ imuratus sit: q cũ regina cleopatra cõcũberet: cũ ipse plures haberet: quas passim subagitaret; more eorum: qui acres sunt in uitiis ulciscendis: quibus ipsi uehementer indulgẽt: & ita augustus a sexto Aurelio reprehenditur: q cum esset luxuriæ serulens erat
Inire ĩitus. — tamen eiusdẽ uitii seuerissimus ultor. Reginã in eo. cleopatrã subagito. inire eñ coire est. & initus coitus significatur Auso. Sic me taurus init: sic proxima buccula mugit. Pli. in. x. primos quoq; mares pariunt canes: in cæteris alternant: si ineant oportuno & recto mense: ineuntur a partu sexto mense. idem tradit equos & canes & sues initũ matutinum appetere. Oui. ineat q̃libet ante uelim. Sosam drusillam inis. per interrogationem legendũ. significat eñ augustũ minime esse cõtentũ unius uxoris liuie drusillæ concubitu. Tertullam. hæc sunt noĩa matro-
Interdictus cõcubitus nisi cũ uxore. — narum: cũ quibus rem habere solebat Augustus. An ne refert; quasi nihil differre putaret an concũberet domi cũ uxore: an foris cum alienis coniugibus interdicit Aristo. in. vii. politicorum omni concubitu preterq̃ uxoris. q secus fecerit dignam inquit pœnam patiatur. Arrigas: obscenũ uerbum est ut illud epigrãmatici poetæ Arrigis ad uetulas fastidis basse puellas. In fabulis fuit in ore uulgi quotidianisq; rũoribus & fabulationibus. Oui. fabula nec sentis tota iactaris in urbe. Dodecatheos. xii. deorum. ne autem putes hunc numerũ temere usurpatum scito duodecim esse deos: sex mares totidem fœminas qui ab antiquis inter selectos numerant: quos in duos uersus ennius cohibiliter coartauit: enniani uersus sunt hi Iuno: uesta: Minerua: Ceres: Diana: Venus: Mars: Mer-
Dodecatheos herba. — curius Iouis: Neptunus: uulcanus: Apollo. Herba quoq; est: quã dodecatheon uocauerunt omniũ deorũ maiestate cõmẽdantes quam in aqua potam omnibus morbis mederi tradunt de hac cœna Augusti dodecatheo nũcupata quam in secreto agebat intellexit Sextus Aurelius cum ait: nam inter duodecim catamitos totidemq; puellas accubare solitus erat. Ipsum pro apolline. Augustus habitu apollinis discubuit. nam & apollo ut ex enniaĩs uersibus apparet & M. Varro diuusq; Augusti. prodiderunt: unus est ex numero deorum: qui selecti nũcupantur. Singulorum noĩa nominatim singulos cum amarulenta mordacitate annumerabant: qui in cœna dode-
Choragos qui. — catheo epulabantur. Choragum: Choragos græce dicitur choreæ princeps & expensæ suppeditator: & chori conuiuiiq; magister Plutar. in apophtegmatis laconicis ω Χοραγε quod latine interpretatur o ductor chori excogitasti: quo pacto hic inhonoratus locus fieret honorabilis. choragium uero dici uirginale funus ait fulgẽtius
Choragiũ. — placiadessidq; cõfirmat illa Apu. auctoritate iam feralium nuptiarum miserrimæ uirgini choragiũ struitur. sed quod cum bona fulgentii uenia dictũ sit choragiũ ut ego sentio nõ significat apud Apule. uirginis funus: sed accipitur metaphoricos p instrumento atq; apparatu nuptiarũ q̃dẽ feraliũ atq; funebriũ. nãq; auctore festo Pompe. choragiũ est scenicũ instrumẽtũ quo. s. scæna instruitur: & apparatur: cuius pfectus dicit choragus: ut hic & apud Plau. in persa: eũ ait. πορπ. i. uñ ornamẽta: ab chorago sumito: dare debet. prebenda ædiles locauere. Itẽ ait in trinũmo. ipsa ornamẽta a chorago hæc sũpsit suo periculo. huius sententiæ astipulator Vitruuii. q sic ait in. v. post scænã porticus sunt cõstituendæ: uticum imbres repentini ludis interpellauerint habeat populus quo se recipiat ex theatro: choragiaq; laxamẽtũ habeãt ad cõparandũ: uti sũt porticus põpeianæ. Apule. in apologia choragiũ timelicũ appellat intelligi uolẽs instrumẽtũ scenicũ & histrionicũ apparatũ: de timele & timelicis affatim scripsi-

mus in annotationibus sensus est uersiculorum deseruisse terras iouem & liquisse capitoliū: qū sub habitu deorū dearūq; .xii. cōuiuæ cōduxerunt choragū hoc est ductorē chori prefectūq; cœnæ apparādæ: in qua adulteria inter deos & deas patrata sunt tanq̄ cœna hæc foret histrionica sumereturq; a chorago instrumentū. Mallia. ego existimo symbolicos & poeticæ malliā appellari domū capitolinā ab illo Tito mālio capitolino: cuius ædes in arce erant: q capitoliū in bello gallico seruauit: uñ & Capitolinus dictus. & est sensus mālia hoc est arx ipsumq; Capitoliū uidit sex deos & sex deas simul accubātes: tāquā in capitolio cœna dodecatheos celebrata fuerit. scribūt sextus Aurelius & Eutropius Augustū accubare solitū inter duodeci3 catamitos: totidēq; puellas tanquā essent duodecim mares sub habitu deorū & duodecim puellæ sub habitu dearū discūbētes. Phœbi mēdacia: dū p apolline ornatus inter conuiuas discubuit. Ita eni Phœbū p mendaciū irreligiosum effingere: ac repræsentare uidet. unde impia optimo epitheto dixit. Cœnat adulteria: quasi nō tā ad cœnā cōuenirent: quā ad coitū exercēdū: uetus est locutio. Tertullianus in apologetico. nō tā cœnā cœnauerūt: quā disciplinā. A terris declinarūt: terras reliquerūt ne uiderēt tāta flagitia: ita Catullus iustificā a nobis mentē auertere deorū: quare nec tales dignant uisere cœtus. Iuppiter ipse: emphaticoteron: tāquā Iuppiter Capitolinus suum deseruerit Capitoliū. & sellas aureas ipsi dicatas: quæ erāt in capitolio. in q̄s sellas Iuno & minerua ad cœnā inuitari solebant antiqtus: qū epulū Ioui fiebat. potes exponere tronos p sellis illis in qbus sedētes cōuiuæ Augustales cœnitabant. nā quāuis ex instituto antiquo. Romanotū accubarent nec sederent in conuiuio: tamē ut ait Valerius fœminæ sedentes cœnabant uiris accubantibus & cum in cœna Augusti essent conuiuæ sub habitu dearum merito thronos dixit pro sellis: in quibus deæ sederunt cœnitantes. Thronos sedes: nam thronos dicitur sedes.

Impia dum phœbi Cæsar mendacia ludit.
Dum noua diuorum cœnat adulteria:
Omnia se a terris tunc numina declinarunt:
Fugit & auratos Iuppiter ipse thronos.

Auxit cœnæ rumorem summa tunc in ciuitate penuria ac fames. Acclamatumq; est Postridie frumētum omne deos comedisse. & Cæsarem plane esse apollinem sed tortorem: quo cognomine is deus quadam in parte urbis colebatur.

De nota preciosæ suppellectilis & aleæ lusu. cap. 71.

NOtatus est: & ut præciosæ supellectilis corinthiorumq; præcupidus & aleæ indulgens. Nam & proscriptionis tempore ad statuam eius ascriptum est.

Postridie: sequenti die. Deos comedisse duodecim illos conuiuas qui deorum dearumq; habitu discubuerant. Tortorem: iocus est ductus ex Apollinis cognomie: qui Romæ colebatur sub hoc cognomento: ut tortor uocaretur sicuti Iuppiter prædator colebatur. Augustus in cœna discūbens habitu Apollinis Apollo esse dicebatur: sed tortor: tanquam torqueret ciues romanos. famæ annoneq; penuria cruciaret tortores a torquendo dicti. Mars in septimo. ab horoscopo loco facit tortores & carnifices. dicitur etiam tortor iaculator. Vnde ab Amiano. Marcellino tortores balistarum appellati: qui ex balistis tela contorquent & iaculantur. Tortor.

MAR. ANTO. Reginam cleopatram. Ineo: pro coniuge utor: inire præter notum significatū coire est: Pli. conceptio uno initu peragiter. Tu deinde. q. d. tu qui uis me unius octauiæ concubitu uti quia sit uxor.

Solā Drusillā: solā Liuiā: quæ Drusilla cognominata est: q̄ eadē tibi est & uxor. Tertullā: noia illustriū fœminarū quibus Augu. congredi solebat. An ne refert: an multū differre putas. Vbi domi: an foris. In qua: in uxore: an aliena fœmina per interrogationē hæc legenda: sed que felle nō careat. Secretior cœna: secretiore loco instructa. Δω Δεκαθεοσ: duodecim deorum. Pro Appolli. Apollinis habitu. Singulorū: qui cœne affuerunt. Amarissime: amara exprobratione. Sine auctore: auctoris nomine suppresso. Istorum: qui pro diis deabus q; discumbebant. Coragum: Χορᾳγοσ choreæ princeps & officii suppeditator etiam expensæ traducitur que latinæ choragus est & choragium instrumentum scænicū: ut festo placet: sed metri ratio nō recipit.

Mallia. pro loco accipiunt quidam in quo sit discubitum: sed cœpit potius quam uidit dixisset quare libentius pro proprio mulieris acceperim per quam omnia sint in uulgus ædita. Impia: deos lædentia: quia in re turpi eos affingerent. Cæsar octauius. Mendatia: ementitas partes. Ludit: per lusum affingit. Cœnat: cœnando repræsentat. Ad terris: ubi ea scelera patrarentur. Declinarunt oculos auerterunt. Auratos thronos: & ad sacras Iouis sedes id referri potest: & ad locum conuiuii qui auratis esset sedibus instructus.

Deos comedisse: obliqua exprobratio quod pro diis cœnassent. Sed tortorem: quia fame populum torqueret: Plinius de augusti infortuniis pestilentiæ urbis fames sitisque Italiæ. In quadam parte urbis in ea uidelicet qua uenalia tortorum flagella pendebant: Martialis. Vbi pendent flagella tortorum: siue uicum intelligas quem tortores incolerent: Iuuenalis. sunt quæ tortoribus annua præstent.

PHI. Corinthiorum: corinthia uasa dicuntur ex ære corinthio fabrefacta: quod auro argentoq; cum ipso ære confusis fiebat: auctor Plinius in nono idem in. xxxiiii. Tria genera corinthii æris facit candidum: quod nitore accedit q̄ proxime argento. Alterum in quo auri fuluus color conspicitur. Tertium in quo æqualis temperies omnium fuit. corinthium hoc æs casus miscuit. nam cum caperetur a Mumio corinthus perustis quoque plurimis statuis atq; symulachris: ut auctor est Florus: æris auri argentiq; uenæ in commune fluxerunt. Cicero in oratione de signis refert uas nullum corinthium fuisse in Sicilia: quin id quæsierit: inspexerit: abstulerit Verres: quem proscriptum ab Antonio fuisse tradunt: quia corinthiis se ei cessurum negauisset: scribit labeo lenus iurisconsultus libro tertio de legatis. cui corinthia uasa legata essent bases huic quoque eorum uasorum collocandorum causa paratas deberi. Cicero in paradoxis matelionem corinthium appellat uas ex ære corinthius.

æra corinthia.

matellio corinthius.

rynthio fabrefactum:est eni matellio genus uasis diminutiuum a matula.propter æris corynthii existimationem
Supellex. dixit Oui. & nobilis ære corin hos: & maro ait.ephyreaq; æra. Prætiosæ supellectilis nemo nescit.appellatio-
Supellectilis. ne supellectilis. significari instrumentum quodam patrisfamilias rerum ad quotidianum usum paratarum sed ut
ait Celsus iuriscon.ueteres fictili; aut lignea aut uitrea aut ærea deniq; supellectile utebantur. nunc ex ebore aut te-
studine atq; argento iam ex auro etiam atq; gēmis supellectili utuntur.luxuria asiatica iuexit primū Romā supel-
lectilem magnificam & pretiosam:ut Li.Piniusq; notificant.Recto casu a nobis nunc dicitur supellex. a priscis di-

Pater argentarius : ego corinthiarius : quūm existimaretur quosdam propter uasa corinthia inter proscriptos curasse referendos : & deinde bello Siciliensi epigramma uulgatum est. Postq̄ bis classe uictus naues pdidit. Aliquando ut uincar ludit assidue aleam. Ex quibus: siue criminibus: siue male dictis: ifamiā: impudicitiæ facilime refutauit: & presentis & posteræ uitæ castitatæ. Item lautitiarū inuidiam: quū & alexādria capta nihil sibi preter unū myrrhinū calicē ex instrumento regio retinuerit: & mox uasa aurea assiduissimi usus

cebatur suppellectilis: sicut etiā senis:
qui nunc senex. Aleæ indulgēs. scri.
pla.in phedro theut. cui dicata ē ibis:
inuenisse talos & aleam. Herodotus
uero in Clio auctor est lydos primos
excogitasse aleam & tesserarum ludū
cæteraq; genera lusoria preterq̄ tala-
De alea. ria. Alea legibus romanis erat uetita
hinc Ci. lenticulā collusorē Antonii
de alea condemnatum fuisse tradidit.
Ora.seu malis uetita legibus alea. Ale
atores qui alio nomine a luculētis scri
Aleones. ptoribus aleones nuncupantur libera
les sunt & sordidi; quoniā ut inquit Aristo. in.iiii.ethico.in sordido lucro uersantur & cum alea dicatur omnis lu
dus in uarietate fortunæ consistens hinc factum est ut pro periculū periculiq; dubitatione Accipiatur. Luca.pla-
cet alea fati alterutrum mersura caput Liui.in dubiam imperii seruitiiq; aleam imus:qui habuerit horoscopum in
undecima parte libræ erit aleator populari notione pspicuus. Proscriptionis tēpore:Quando Augustus. Anto.
& lepidus nephariā illam proscriptionē peregerunt:qua proscriptus fuit.M. T.qui ob id a Iuuenale dicti sūt tres
syllæ discipuli. Pater argentarius.Supra dictū est Octa. Augusti patrē: a nonnullis argentarium dictum fuisse.
Corinthiarius. Ego corynthiarius.Verba hæc erant ascripta ad statuam Augusti; ut ita illius pater tanquam argentarius ipse
uero tanquam corinthiarius taxaretur; hoc est corinthiorū amator immodicus. Curasse referendos. Sicut.M.
A.uerrem: quem Cice.damnauerat; proscripsisse traditur ob corynthia uasa: quibus se ei cessurum negauerat.
Siciliensi. Quod gestū est in sicilia aduersus Sextum Pōpeium Pompeii magni filium. Postquam bis. Ver-
ba epigrammatis uulgati:quod Augusto probro dat illum esse factum aleatorem;ut aliquando uincat resarciatq;
iacturam:nequam passus est perditis classibus:quas tempestatibus duplici naufragio amiserat in bello siciliensi.
Seruitutē seruit. Ludit aleam.Vetus loquutio est.sic enim prisci loquebantur;uiuit uitam.seruitutem seruit.pugnam pugnat.
Impudicitiæ: Quot esset pathicus & muliebria pateretur.
M.AN. Corynthiorum uasorum; sunt qui a materia putent dicta que corintho achaiæ urbe a romanis in-
censa ex uariis sit metallis conflata: Pli.hoc casus miscuit corintho quum caperetur incensa: sed idem auctor certa
tēporum cōputatione ostendit opifices nobiles corinthiorum uasorum aut certe ad quos nobiliora referebantur
opera corinthi excidium precessisse quod si sic est aut in materiæ iudicio aut operis est a maioribus erratum. Co-
rinthiorum pretium supra modū temporum ambitione ast auctum:pli. Mirum quum ad infinitum operū pre-
tia hæc creuerint auctoritas artis extincta sit;Papini. Aeraq; & isthmiacis auro potiora metallis. Aleæ;lusui.
Tempore proscriptionis:quum proscriptionem exerceret:quo tēpore precipua flagrauit inuidia. Pater me-
us:illius persona cuius erat statua loquitur. Argentarius:cāpsor trapezita:ut quidam uolūt; ut alii in quibus est
acron qui auctioni preest seu qui erat & auctor est dictus. Corinthiarius:corinthiorum uasorū studiosus sed in-
scriptionis auctor ad metallorū nomina allusit. Victus.Octauius. Ludit aleam:ludo aleæ; & aleā dicimus in
alea sunt talus tessera alueolus & breui omnia que lusus esse dicunt:est enim alea ipse casus siue euentus ludi Mar.
alea parua nuces & nō dānosa uidetur. Impudicitiæ:qua infamia adolescens nō caruit. Castitate:uitæ integri-
tate oī ex parte seruata quum plerīq; alii ætate prouecti nō fecerint sed pati perseuerarint.
Lautitia. PHI. Lautitiarū inuidiam scilicet refutauit & hoc refertur ad supellectilē preciosam. cuius nomine notatus
Lautia. fuerat lautitiam epularū magnificentiam auctore festo appellamus:q̄ a lauatione quidam dictam putant quoniā
apud antiquos hæ elegantiæ que nunc sunt nō erant;& raro aliquis lauabat. lautia uero sicut in ii. annotationum
declarauimus sunt muneræ:que legatis externarum gentium Romani per questores mittebant.
Murrina. Murrinū calicē. Pōp.ex uictoria mitridatica primus in urbem murrhina inuexit. sunt autem pocula ex murra
gemma confecta de qua Pli.hæc in ultimo natura.histo.oriens murrina mittit precipua tamen in carmania hu-
morem putant sub terra calore densari.splendor est murrinis sine uiribus nitor.uerius q̄ splendor.in pretio uarie-
tas:est colorum quando scilicet purpura rubescens aut lac candescens in his uisitur:aliqua est & in odore commē-
datio. quod sensisse uidetur epigrammaticus poeta sic scribens in apophoretis. Si calidum potas ardenti murra
phalerno Conuenit & melior fit sapor inde mero. scribit iabolenus iurisconsul. murrea uasa quæ ad usum edendi
& bibendi causa parata sint esse in supellectili. Cassius iurisconsul. murrina uasa in gemmis non esse scribit in quo
dissentit a Plinio:qui murram inter gemmas enumerat de poculis murrinis intelligit luca. illo uersu nō auro mur-
raq; bibunt. Ex instrumento regio ex regum alexandrinorum opulentissima supellectile & gaza. & enim tunc
Roma in tantum opibus alexandrine uictoriæ aucta est ut propter abundantiam pecuniarum duplicia possessio-
num aliarumq; rerum uenalium pretia statuerentur. instrumento autem dixit pro apparatu:sicut apud iuriscon.
titu.est de fundo instructo & instrumento legato.

Conflauerit redegerit in massã:atq; p fusuras dissoluerit:cadmus phenix p̃mus inuenit auri metalla atq; pflaturã.

M.AN. Lauticiarum:inuidiam: illud respicit qd corinthiarius est appellatus corinthiorũ uasorũ studiosus Murrhina:ẽ murrhaest eni murrha humor sub terra peretus unde p̃ciosissima uasa que ex oriente ad nos ut scri. Pli. deferuntur. Iu. Maxima rursus murrhina. Luca. nõ auro murrhaq; bibunt. Mar. si calidũ bibis ardẽti murrha phalerno. Instrumento regio:regia supellectile. Conflauerit:liquefecerit in massam redegerit.

PHI. Circa libidines. hæsit simile est illud. in eodẽ luto hæsitas Ora. heres nequieq̃ cœno cupiens euellere plantã. Augustus reliqua crimina refutauit:crimẽ libidinis in fœminas diluere nõ potuit. Rumorẽ:rumor est sermo sine certo ullo auctore dispersus:cui malignitas initiũ dederit incrementũ credulitas. A rumore rumusculus deriuat: Hiero. nõ magnopere cures qd iperitorũ de ingenio tuo rumusculi iactitent. Decẽbri mẽse:pp ter satur. hoc dictũ est:quæ mẽse decẽbri iter ludos & talarios & tessararios:& oẽ genus aleæ licẽter celebrabãt Rumor. Rumusculus.

conflauerit omnia. Circa libidines hæsit: postea quoq; (ut ferunt) ad uiciandas uirgines prómptior que sibí undiq; etiã ab uxore cõqrerent. Aleæ rumore nullo modo expauit. Lusitq; simpliciter & palã oblectamẽti cã etiã senex: ac preter q̃ decẽbri mẽse aliis quoq; festis ,pfestisq; diebus: nec id dubiũ est authographa q̃dã epistola: cœnaui (ait) mi Tiberi quum iidem accesserit conuiuæ uinitius & silius pater inter cœnam lusimus gerónticos & heri & hodie Talis enim iactatis:

Se. in epi. q̃dã ad luciliũ decẽber est mẽsis:cũ maxĩe ciuitas desudat:ius luxuriæ publicæ datũ est ingẽti apparatu sonãt oĩa. Mac. de satur. die loquẽs ait:sed uultis ne diẽ:quẽ oẽs pleriq; abaco:& latrũculis conterũt: Mar. in xeniis & apophoretis ostẽdit aleã exerceri ipugne solitã fuisse diebus saturnaliciis. Profestia diebus ,pfesti dies sũt festis cõtrarii ob admistrãdã rẽ priuatã publicãq; hoibus cõcessi:pfestia diebus insunt fasti cõiciales cõpẽdini stati præliares:de qbus lege Macro. in .i. satur. sẽsus ẽ augustũ nõ solũ lusisse in saturnalibus:qbus passim ludebat & diebus festis:q diis dicati sunt:sz etiã pfestis:qbus magis negocia tractari solẽt q̃ ludus talarius exerceri. Autographa epla:autographũ dicimus ,ppria ipsius manu scriptũ græci αυτον ipm dicũt & γραφω scribo. Vnde autographa epistola ipius:manu scripta significat antigrapha uero dr̃ rescripta nam αντιγραφω significat rescribo αντιγραφον græci dicũt exẽplar. sz huic loco nõ cõuenit uult eni significare Sueto. Augustũ aleæ idulsisse ab argumẽto efficacissimo uidelicet ab epla ipsius manu scripta:quæ refelli nõ põt pinde ac adulterina. Vinitius & Siluius pr̃ noia cõuiuarũ Augusti: Ideo aũt Siluiũ patrẽ appellat qa erat & siluius filius:sic dẽ curio pr̃ dictus ẽ ad differẽtiã filii curionis. ẽ autẽ Siluius nomẽ albanorũ regũ Liuius mansit postea Siluius oibus cognomẽ q albæ regnarũt. Profesti dies. Autographa epla antigrapha antigraphõ. Siluius. Senectio.

Geróticos. Aduerbiũ græcũ ẽ qd latine dr̃ senil:nã græci senẽ γεροντα uocãt υποκοριστικως .i. diminutiue γεροντιον uetulũ quẽ latini senectionẽ seniculũq; dixere & γεροντικον senile unde & gerusia senatus siue curia nũcupat. ab ætatis uocabulo hoc ideo dixi:ut itelligeres illud Plinianũ ex li. xxxv. sic extruxere domũ regiã attali tralli bus itẽ sardibꝰ cresi. quã gerusiã fecere. Itidẽ Vietru. ait. cresi domus:quã sardiani ciuibꝰ ad regesceñdũ ætatis ocio seniorũ collegio gerusiã dedicauerũt. Var. senaculũ uocatũ ubi senatus aut ubi seniores cõsisterẽt dictũ gerusia significat August. se lusisse inter senes senili lusione:qd autẽ talorũ tesserarũq; lusio senilis sit indicat Cato qui apud Cicero. sic inquit. nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant: & tesseras. Talis:de talis qui græce dicunt astragali: Vnde a Pli. astragalizõtes pueri ludentes talis appellant scripsimus copiosissime in commentariis Prop. & in li. anno. repete q̃ illic explicata sunt. Iactatis oio tam manu q̃ orca intellige iactatos talos est autẽ orca uasculũ illud lusoriũ:quo coniecti tali agitatiq; emittunt in tabulã aleatoriam de qua itellexit Persi. illo uersu. Angustæ collo nõ fallier orcæ. de qua ait elegãter Põpei. poeta Bononiensis. Iterũ dñ cõtẽplor orcã taxillos pdidi a Martia. dr̃ turricula ex imitatione græce dictionis:quã & latini usurpant. πυργον. eni uocãt. Ora. in sermonibus mitteret in pygũ talos:sup qua re in li. anno. plura tradidimus ostẽdẽtes fritillũ idẽ significare:cũ alii existimauerint esse tabulã aleatoriã obiter annotãdũ uidet talũ improprie dici in hoie:si uera sunt q̃ Aristo. & Pli. nr̃ pdiderũtq; affirmãt hoiem nõ habere talũ:q in bisulcis pprie est & in solis cruribus posteribus quãdo itaq; Cor. celsus & Apulei. aliiq; scriptores luculenti mentionem faciunt de hominis talo uidentur per quandã quasi translationẽ nominare talum id officulum quod uertebra pedis ligatũ sustinet totum corpus a talo fit uerbum talipedare quod significat uacilare pedibus & quasi talis insistere talus prænomen fuit sabinorum. Senectio. Seniculus. Gerusia. Senaculũ. Astragali. Astragalizontes. Orca. Talaria. Turricula. Pyrgus. Fritillus. Talus non est in hoie. Talipedare

M.AN. Circa libidines:circa mulierum congressus:nam quod impudicitiæ infamiam declinaram dixit illud ad augusti corpus refertur:impudicus. enim est qui & pathicus aut fellator. Iu. nõ filius ante pudicus. Ab uxore:liuia. Rumorem:infamiã. Expauit:reueritus est. Simpliciter:sine fraude aut arte ulla. Decembri mense:quo saturnalibus uulgo ludebat: Macrobius & Martialis dierum licentiã explicant. Festis:solemnibus & diis ut Macrobius ait dicatis lampridius Calen. inquit Ianuariis hilariis:matris deum ludis appollinaribus iouis epulo saturnalibus & eiusmodi festis diebus. Profestis:nõ festis hominibus scilicet ob administrãdam rem priuatam publicamq; concessis. Autographa:ipsius manu scripta ex αυτου και γραφω potest. & antigrapha legi ut quidam habent αντιγραφω enim rescribo est και αντιγραφον exemplar. Siluius pater:ex quo apparet duos tum siluios fuisse augusti familiares patrem de quo nunc:& filium. Geronticos senaliter a γηρασ ικως ab eo quod γερων senex est. Talis: Talus ossis genus est in articulo pedis uentre eminens concauus inuertebra quadratum forma altera parte concauum altera uero planũ in posteriori est suffragine dumtaxat nunquam in prioribus pedibus nec homini aut animalibus solidos ungues habentibus: sed bisulcis tantum græci αστραγαλον uocant eo osse senes & pueri ludere consueuerunt unde illud a lysandro lacedemonio frequenter usurpatum pueros astragalis uiros iureiurando fallere.

ut quisq; canem: aut senionem miserat in singulos talos singulos denarios in mediū conferebat: quos tollebat uniuersos: qui uenerem iecerat. Et rursus aliis litteris: nos mi tiberi quin quatriis satis iucunde egimus: lusimus eni per oēs dies: forūq; aleatoriū calefecimus: frater tuus magnis clamorib⁹ rem gessit: ad summā tamen perdidit nō multum: sed ex magnis detrimentis preter spem paulatī retractus est. Ego pdidi uiginti mili anūmū meo noie: sed quum effuse in lusu liberalis fuissem: ut soleo plerūq;: nā si quas manus remisi cuiq;

Canis. Senio.

PHI. Canem: canis ꝙ græce dicit κυων iactus dānosus est in talis: sicuti docuimus apud Propertiū enarrātes uersiculum illū dānosi subsiliere canes a Persio dicta est dānosa canicula. Senionē: senio punctus est in talis: qui interdū lucrosus erat. inde a Persio dexter hoc est propitius & fœlix factus appellat: interdū dānosus: ut in hac Augusti alea. nam quicūq; iecerat canē aut senionem: ille denarios singulos cōferebat in mediū. de senione & cane Martialis: Senio nec nostrum cū cane quassat ebur. uidet dici senio a numero senario. existimant eruditi senionem significare quaternariū: q; scilicet qui iecerat duos seniones: ille quattuor nūmos lucrabat. Seniones in alia significatione dici uoluerūt deos minutulos ut est uertunus & pomona quāuis legā semones potius ꝙ seniones dictos.

Semones dei.

In singulos talos in libro annotatio. declarauimus ī ludo talario quatuor talos adhiberi solitos cū in tesserario tres tātūmodo tesseræ: sicut etiā in presentia fit adhiberent. Venerē iecerat. uenus in talis summū numerū habet: & ē fœlicissimus iactus. de quo sensisse Oratiū autumat Porphirio illo uersu. Quē uenus arbitrū dicet bibēdi. Aristote. de uenere & cane: q sunt in talis hæc scribit digna annotatu in. ii. de aīa. ꝙ ueneres uocantur intus aduersæ sibi positæ sunt quæ canes foris quæ antenæ supra habent: situs talorū oīm talis est idem lib. ii. de cœlo & mūdo. myrias inquit astragalos chios iacere difficile est: sed unū aut duo facile. ✳ In puerbio græcorū est Χιος προς κοων: Chios ad coon. i. unus ad sex. siquidem coos astragalus: siue talus: siue talis iactus est: qui ualet sex chios uero unū. ✳ Quinq̄tris. M. Var. libro. ii. de ling. lati. qinquatrū diē unū festū esse dicit sic appellatū: quod erat post diem quintū idus martii: sicut sexatrus ab toculanis similiter uocatur dies post diem sextum: & septimatrus post diem septimum. Idem traditur a festo Pompeio. Oui. uero in fastis: quinquatrus: siue quinquatria dies quinq; fuisse docet in mense martio palladi dedicatos. Gellius in. ii. noctium atiquarum inquit. sicut in eo quod quinquatrus dicamus quod quinq; ab idibus dierum numerus sit atrus nihil. Ora. in. ii. episto. Ac potius puer: ut festis quinquatribus olim: quem uersum enarrans Porphy. sic inquit: quinquatres a quinq; diebus qui dies ad ferias mineruæ pertinent: propterea qđ festæ solemnitates eius dee per hoc spacium temporis celebrantur fuerunt & alteræ quinquatrus in mense Iunio minusculæ dictæ ad similitudinem maiorum. tunc tibicines feriati per urbem uagabantur & ad ædem mineruæ conueniebant. Per omnes dies. quinq; scilicet tot enim sunt dies quinquatres.

Venus talaria. Chius. ✳ Quinquatrus. Quinquatria. Quinquatrus. Minusculæ.

Forū unde.

Forum aleatorium: quo conferrent controuersias: & quæ uendere uellent quoq; ferrent forum appellarunt: ubi quod generatim additum est ab eo cognomen: ut forum boarium forum olitorium. auctor Marco. Varro. Itaq; festiuiter Augustus forum aleatorium appellauit locum quo aleatores aleam ludumq; conferrent exercerentq;. Calefecimus: exercuimus frequentauimus a cōtrario dixit Teren. Nimirum hic homines frigent.

Frater tuus. Drusus nero. Magnis clamoribus: qui excitari solent ab his qui fauent uictori in alea: uel potius intellige clamores & iurgia: quæ subinde gliscunt inter collusores iuxta illud Nasonis de alea scribentis in secūdo de arte. Crimina dicuntur: resonat clamoribus ether.

Præter spem retractus: nihil incertius est aleatorio ludo: in quo potissimum fortuna dominatur. adeo ut sæpenūero: q iam iam uictor erat abiturus: is repēte uictus discedat & qui uictus uidebatur subito uictor euadat: quod euenit Druso: qui cum ab initio perderet: iacturamq; faceret: ex inopinato cœpit ex damno aleatorio retrahi & fœlicibus iactibus resarcire quod amiserat. Manus remisi: remittere manus in alea est condonare collusoribus iactum quem sua quisq; manu damnosum sibi fecit. Debuitq; ob id nummos soluere.

Remittere manū qd.

M.AN. Cápaniæ ora:litorali cápaniæ parte. Secessu:Serui.secretiorem sinũ secessũ interpretaĩ secutus illud Virg.est in secessu longo locus. Iu.Non tá pro reposito loco ꝙ amœno & digno in quẽ uoluptatis grã plures cõfluãt:ianua baiarũ ẽ & gratũ littus amœni. Secessus nisi forte & ipse quoq; ad ꝓximũ sinum alluserit:sed Pli. ad

exacta iocãdi licentia diripiendiq; pomorum & obsoniorũ rerũq; missiliũ nullo deniq; genere hilaritatis abstinuit. Viciná capreis insulá apragapolim appellabat: a desidia secedentiũ illuc e cõitatu suo: sed ex dilectis unũ. Masgabã nomine quasi cõditorẽ insulæ κτιστην uocare cõsueuerat: Huius masgabæ ante annũ defũcti tumulum quum ex triclinio aĩaduertisset magna turba multisq; luminibus frequentari: uersũ cópositũ ex tempore clare ꝓnũciauit κτηστου λετυμβον εισ ορεσπιρουμενον: cõuersusq; ad Trasillũ Tiberii comitẽ contra accubantẽ: & ignarũ rei interrogauit cuiusnã poetæ putaret esse: quo hæsitãte subiecit aliũ ορασ φαεσιμασγαβαν τιμομενον. de hoc quoq; consuluit. Quum ille nihil aliud responderet ꝙ cuiuscũq; essent optimos esse: cachinũ sustulit: atq; in iocos transfusus est. mox Neapolim traiecit: ꝗꝗ & tũ infirmis intestinis morbo uariante tñ: & quinquẽnale certamẽ gymnicũ honori suo institutũ perspectauit: & cũ Tiberio ad destinatũ locũ contendit. Sed in redeũdo aggrauata ualetudine tandẽ nolæ succubuit reuocatumq; ex itinere Tiberium diu secreto sermõe detinuit neq; post ulli maiori negocio animum accõmodauit.

De morte eius & gestis tunc per eundem.c.99.

SUpmo die identidem exquirẽs an iá de se tumultus foris esset petito speculo capillum sibi comi ac malas

Gal. laurentinũ suũ secessũ appellat. x.inquit &.vii.milibus pas. ab urbe secessit & ad Ruffũ:qn te in alio.isto pinguiq; secessu studiis asseris:ꝗꝗ totum ad ociũ potius ꝙ ad locum referatur. Papin.ad polliũ.Neq; non tam in patriam ꝙ ad te secedere. Preteruehenti:cum preteruehereĩ. Vectores:qui uehũt & qui uehuntur:ut hoc loco. Appulerat:pro appulsa erat. Vir.Quis te nostris deus appulit horis. Ci.Nec tuas unꝗ rõnes ad eos scopulos appulisses. Comitibꝫ:ex suo cõitatu hoibus. Iusiurandũ & cau.iuriurando sibi cautũ uoluit. Non alio:non in aliá mercedẽ. Rerũ alexquas alexãdrina nauis uexisset:atq; ita est nautis gratificatus. Togas:ꝗ peculiares romanorũ sũt. Pallia:ꝗ peregrinãrũ gentiũ & græcorũ ĩprimis.

Vt ro.græ.græci romano inde credo ꝗsitus lusus:ut quũ neq; græci romane neq; romani græce:satis expedite loꝗrenĩ:uerũ quũ utriq; alieno cultu istructi essent:ut Ro.græci:illi Ro. putarenĩ:infantissimi prio congressu oẽs augusti comites rei ignaria uiderentur. Ex uete.instituto. Stra.quũ de neapoli loꝗreĩ: Gymnasia ingt puberũ:ad usũ credo gymnicoꝝ certa ꝗ quĩto quoq; ãno illic celebrabanĩ e phœbi exercebanĩ de gĩnicia eius loci certaminibꝫ. Pa.Huc me post pr̃ii letũ qnqnnia lustrẽcũ stadio iá pigra ges cantusq; sederet:puluis ad ambracias cons

PHI. Exacta:ueluti cogerenĩ licenter iocari & petulenter lasciuire. Rerũq; ⁊uersa gymnade frondem. missiliũ:missiles res & neutro genere missilia dñr ꝗ mitti spargiq; ex liberalitate principis in populũ cõsueuere.tu riscõ.missilia accipit ĩ hoc significatu de qbus post paulo:alias missilia dici tela quæ manu mittunĩ:nullus ignorat. Missilia. Hilaritatis:apud priscos celebraĩ lætitiæ festiuitas ad.viii.kal.aprilis quẽ diẽ hilaria appellabant;quo primum tpe sol diẽ longiorẽ nocte ꝓcedit.hoc ideo diximus ut intelligeres illud flaui uopisci sic scribẽtis in aureliano.hilaribus qbus oĩa festa & fieri debere scimus & dici impletis solẽnibus. Diripiẽdi po.nos dicimus diripiẽdi poma.uetus aũt locutio est:qualis illa plautina ex captiuis:noiandi istorũ tibi erit magisꝙ edundi copia:ꝓ nominandi ista. Hilaria. Locus uopisci. Apragopolin.apragopolis græce dici põt ciuitas ocii atq; desidiæ.Náq; απραγιαν desidiã & πολιν ciuitatẽ dicũt.κτιστην κτιστησ a græcis dicitur creator cõditorq;. Ex tri.ex cœnaculo. Ex tpe.ex tpaliter:& subitaria dictiõe.κτιστου.latine hoc significat.cõditoris tũbã hoc est sepulchrũ cõspicio flagrantem Apragopoli.

Thrasillũ.de hoc in tiberio dicẽĩ. Contra accubantẽ.e regiõe ex opposito Augusti in mensa discũbentem.

Hesitãte.p dubitationẽ cõtabũdo.ορασ.interpretamẽtũ græci uersus est hoc.uides luminibus masgabã honoratũ. Cachinũ sustu.risũ solutiorẽ sonãtioreq; misit augustus. Morbo:pfluuio alui:quo laborabat. Morbo uariã.cũ modo lentius modo cõcitatius infestaret.a celso aluus uaria dĩ esse:quæ strigmẽtũ:sanguinẽ:bilẽ uiridem in mixtura quadá discreta tñ repr̃tat:& talis pestifera est. Quinquẽnale certamẽ; scribit Stra.in.v. geographie ꝙ apd neapolitanos qquẽnalis agõ hoc ẽ certamẽ p pplusculos dies celebrabaĩ q agõ erat musicus & gymnicus illis agonibus æmulus:q p græciá clarissima celebritate agebãtur.hũc aũt agonẽ gymnicũ qnquẽnalẽ iubẽte oraculo neapolitani celebrabãt:cuius meminit Pa.poeta neapolitanus in siluis:huc me post patrii letũ qnquẽnia lustri:& alibi:cũ stata laudato caneret qnquẽnia uersu gymnici aũt ludi dicunĩ:in qbus corpa p gymnasticam disciplinã exercenĩ:quæ a Pla.& Aristo.ṗncipibꝫ phõꝝ ueluti maxie necessaria iprimis ꝓbaĩ & extollĩ. Destinatũ locũ.bñuetũ signat quousq; destinauerat ꝓseq Tiberiũ. Succubuit:succubuimus morbo:qñ supamur illius ui & mori cogimur.Silius:succubuit medicina malis. Nolæ.nola ciuitas nota ẽ uel sola marcelli uirtute; ꝗ illic Annibalẽ uinci posse demõstrauit.ẽ aũt ciuitas cápaniæ de ꝗ Silius in.xii.cápo nola sedet crebris circũdata in orbẽ turribꝫ. Idẽtidẽ.freq̃nter. Comi ornati. Malas:infra oclos malæ sũt homini:quas prisci genas uocabant.xii.tabularum interdicto radi:a fœminis eas uetantes.pudoris hæc sedes:ibi maxime ostenditur rubor. Cachinus. Morbus uarianus. Aluus uaria. Agon neapolitanus. Gymnici ludi. Succũbere. Nola. Malæ.

Labentes. ex egritudine fluentes & resolutione musculorum flaccidas.

M. AN. Diripiendi pomorum: parum usitate dixit: q̄ q̄ Liui. me dixerit uestri adhortandi causa loqui existimet. & Plautus nominandi tibi istorum: magis q̄ edundi causa. Apragopolin: απρηιο απραγιασ desidiae και πολεοσ. idest desidiae urbem. κτιστην: aedificatorem: παραθοκηιζο fabrico. κτιστου δε τιμβον εισ ορωπυροι μενον: conditoris tumulū uideo insensum. Thrasyllū: mathematicū Iu. Murus reuocata Thrasillis sed de hoc non multo post. Hesitante. dubitante nihil respondente ορασ τασ ιμασ γαβαν τιμαμενον uides luminibus masgabá honoratū

labētes corrigi praecepit: & amicos admissos percūctatus ecquid his uidereē minimū uitae cōmode transegisse: adiecit: & clausulā Δοτεκροτον και παντεσ ημειο μετα χαρασ ππποιειτε Oibus deinde dimissis: dū aduenientes ab urbe de Drusi filia aegra interrogabat repēte in osculis Liuiae & in hac uoce defecit. Liuia nostri cōiugii memor uiue ac uale: sortitus exitum facilē: & qualē semper optauerat. Nā fere quotiens audisset cito ac nullo cruciatu defunctū quempiam sibi & suis ευθανασιαν similē (hoc eīn & uerbo uti solebat) praecabaē. Vnū oino ante efflatā animā signū alienatae mentis ostēdit: quod subito pauefactus a. xl. se iuuenibus abripi questus est. id quoq; magis praesagiū q̄ mentis deminutio fuit. Si quidem totidē milites proriani extulerūt eū in publicum.

De die mortis: & aetate: & exequiis eiusdem.

Obiit in cubiculo eodē: quo pater Octauius duobus sextis Pōpeio & Apuleio cōsulibus. xiiii. calē. septēb. hora diei nona. lxx. & sexto aetatis anno: diebus. v. & . xxx. minimus. Corpus decuriones municipiorū & coloniarum a nola bouillas usq; deportarunt noctibus propter anni tempus: quum interdiu in basilica cuiusq; oppidi uel in aede sacrarum maxima reponeretur. A bouillis equester or-

Cachinū: solitū risum. Quinquēnale certamē. qd quoquo anno celebratū: ad illud referri debet: qd plaereq; italiae ciuitates super tēpla & aras ludosq; qnquennales ei augusto cōstituerāt Strabo tū iubente oraculo Neapoli agonē celebratū tradit: & rursus apud eos aitq; qnquēnalis sacer ille musicus & gymnicus cōplures dies celebraē agōq; illis emulus q p graeciā clarissima celebritate gerunē. Bnuentu: oli maleuētū appellatū: ut Festus ait: sed omē recentioris fuit nois causa Nole: nola picētinorū urbs mediterranea: Succubuit: morbi magnitudine est uictus. Speculo: quo se intuereē. Malas labētes: morbo solutas

PHI. Corrigi. ne labi uiderenē.

* Mimū uitae. purior lectio & uerior ē Mimū uitae. tanq̄ quaesiuerit augustus an fabulā uitae uidereē decēter pegisse. sicut histrio. fabulā in scena p oēs actus trāsegisse laudaē. Translatio ab histrionica fabula & uocabulo. M Tullius in catone. Neq; ei histrioni ut placeat pagenda ē fabula in fine solūmodo. In quocumq; fuerit actu probetur. Nec sapienti usq; plaudite uiuendum. Igitur lege Mimum uitae. de Mimo & mimographis in prio commen. dictū est. Et quemadmodum post pactam in scena fabulā dici solet plaudite. consimiliter Augustus adiecit clausulam graecam: Δοτεκροτον idest plausum date uel plaudite. Consumatio enim comoediae & tragoediae est plaudite. Oratius. Donec cantor uos plaudite dicat.

* * Δοτεκροτον: aduerbum ita interpretari possumus. date plausum: & omnes uos cum gaudio aliquid facite. Defecit: extinctus est: existimat sextus aurelius dolo liuiae extinctum esse quod etiam sensisse uidetur Plinius sic scribens in. vii. hinc uxoris & Tiberii cogitationes suprema eius cura. Exitum mortem. ευθανασιαν. idest bonam mortem: & facilem: talem autem mortem augustus sibi & suis optabat qualem scribit plato in timeo esse senum: nam mors illa quae senio paulatim ad finem ducente naturaliter subrepit: inter omnia mortis genera leuissima est & cum uolu-

Mors senū leuissima. ptate potiusq̄ iam cum dolore contingit. Iulius firmicus in tertio matheseos auctor est uenerem in. viii. ab horoscopo loco constitutam facere: ut mors illis sine dolore & sine aliquo tormento decernatur. Verbo uti. s. ευθανασια. Mentis alienatae: ex impotentia: & ui morbi saepe fit alienatio mentis quae uarias quasdam imagines ut inquit Celsus in. iii. Accipit sitq; imaginibus addicta. ita Augustus imagine iuuenum: a quibus abripi uidebatur exterritus est.

Presagire Presagia. Sagire. Sagari & sagaces canes. Praesagium: praesagire est futura ante sentire: inde praesagia dicuntur praesentiones futurorū: sagire enim sentire acute est: ex quo sagarii & sagaces dicti canes auctor Cicero in primo de diuinatione. Totidem scilicet. xl. a quot se abripi questus fuerat. Praetoriani. ex cohorte praetoria qui erāt honoratiores & excubāt ante principis praetorium.

Efferri funera. Extulerunt: exportarunt in apertum: uerbo usus est funeribus accommodato: efferri enim dicuntur funera. Terentius. interea dum effertur funus. Martialis effert uxores Fabius: cristilla maritos. Duobus sextis. uterq; consul praenomen habebat sexti. nam & sextus Pompeius & sextus Apuleius uocabantur.

Decuriōes. Bouillae. Bouillę un̄ Basilica. Decuriones senatores: in municipiis enim & colonis decuriones dicuntur: qui Romae senatores. Bouillas. in latio sunt bouillae: ut meminit Plinius in tertio haud procul ab urbe Roma. Pedianus Asconius Clodium scribit Paulo ultra bouillas cedeuntem: ab aritia fuisse a milone interfectū. existimat nonius dictas esse bouillas quasi bochillas ab eo q bos illuc aduenerit intestina ex uulnere trahens: quae ueteres dixerunt chillas. Propter anni tempus erat enim mensis Augustus: quo feruidior estus existit: quo cadauera corrumpi & in tabem resolui facilius solent. In basilica: de basilicis abunde multa perscripsimus in Iulio Caesare. est autem basilica ut indicat iurisconsul. titu. de uerbo. obli. usibus publicis deputata.

M. AN. Corrigē: comprimi a lapsu. Δοτεκροτον παντεσ υπειο μετα χαρασ θιπτοι ειβαι. date plausum & omnes uos cum gaudio id facite. Drusi filia: liuilla ex diuso & minore Antonia genita. ευθανασιαν facilem mortem. Praesagium: praecognitio eorum quae futura erant. Extulerunt. in apertum humeris depor

tarunt. Decuriones:quid decuriones in municipiis & coloniis essent:quid municipium quid coloniam:abunde supra ex Gellii & Festi sententia ostendimus. Bouillas:locum ut Asconi.demonstrat inter urbem & aricia; ubi Clodius a Milone est occisus. Mar. Et cum currere debeas bouillas inter iungere q̄ris ad camenas.

PHI. Vestibulo do.spatio palatinarum ædium ante fores relicto:uestibula cū non sunt primores ædium partes:sed significant locum ante ianuam domus uacuum:de quo Gel. & Macro. subtiliter disseruerunt:hinc illud notissimum uestibulū ante ipsum. Funere:funus proprie significat auctore donato pōpā exequiarum a funalibus dictum:qm̄ tempore nocturno se pelicbantur & funalia hoc est cerei adhibebant. Certatim:quisq; pro uiribus. Triūphali por. triūphalem portam Romæ dixerunt: per quā agētes triumphum urbem introibant:de qua Iosephus in. vii. belli iudaici hæc Vespasianus ae portā recedit:quæ ab eo quod per illam semp triūphorum pōpa ducitur:nomen accepit. Ducendum:duci funera dicūtur. Virg. & funera ducunt. Victoria; uictoriæ deæ simulachro: quā Romani iter alios deos colebant:uictoriæ deæ meminit. Augusti. in. iiii. de ciuita. dei apud priscos fiebant simulachra:quorū manibus uictoriæ.i. imagūculæ:uictoriarū sustinebant:quas Diony. tollere solebat. Neniā:nenia funebre carmen est cui nenia auctore Porphyrione lugubre carmen:qd̄ in mortuos cantat:cuius inuētor primus extitit simonides ex insula cea poeta lyricus q threnos.i. planctus lamentationesq; oprime scripsit inde ab Horatio dictū est:ceæ retractes munera neniæ:idē alibi neniā iproprie posuit pro incantatiōe sic scribens in epodo. caputq; marsa dissilire nenia:de nenia diomedes hæc:apud Ro. id carmē qd̄ cum lamentatiōe extremum atq; ultimum mortuo accanitur nenia dicitur. M. Tullius in. ii. de legi. precipit ut honoratorum uirorū laudes in concione memorentur:easq; etiam græci cantus lugubres nominant:Sidonius nenias epitaphistarū nō inuenuste appellat:tanq̄ a conditoribus epitaphiorum Neniæ scribi proprie dicantur idem ait:nenia marmori incisa endecasyllabos:tanq̄ nenia sit epitaphium:ab eodem & Hierony. neniæ usurpātur pro anilibus delirātibusq; uerbis & ineptiis. Ponendos:exuendos in signum meroris:& luctus:scri. Liui. propter caudinā cladē laros clauos & annulos aureos positos fuisse a senatu luctus causa. Ferreos. græci annulū a digitis dactylion appellauere apud nos prisci ungulū uocabant:postea & nostri & græci symbolū dixere:condulum quoq; & cōdalium ueteres annulum nuncupauere:hinc ait Plau. in trinūmo:in thermopolio condalium es oblitus:& paulo post inter eos ne hoies condaliū te redipisci postulas:olim aurei annuli in usu non fuerūt:sed ferrei:uulgoq; cū annulo ferreo triūphabant:sic triūphauit de iugurtha Caius marius:& hi qui ob legationē acceperant aureos annulos; illis in publico tantū utebant intra domos uero ferreis:quo argumento. ut inqt Pli. in. xxxiii. sponsæ annulus ferreus mittebatur:isq; sine gemma:lacedemonii ferreo annulo utebantur. Sūmorū col. sicut sunt exempli causa pontifices: salii:augures. Legenda ossa:colligenda. Virgi. in. vi. ossaq; lecta cado texit corineus aheno. Hoc ge.s. mense septembri. Illo mense augusto. Seculum au. quemadmodū antiquitus dicta est ætas aurea & argentea:& ut inquit Hesio. q̄dama heroic:ita quidam suasit omne id tempus quo uixisset augustus appellādum esse augustū seculum:a principis uidelicet noie:& qa augustum dicitur sacratum & religiosum; ad hoc augusti seculū allusit maro scribens in bocolico ludicro:aurea iam redeunt iterum saturnia regna:auctor est sextus Aure. uulgo iactatū de augusto defuncto:utinam aut non nasceretur:aut non moreretur:alterum pessimi in cœpti: exitus preclari alterum:seculum proprie spatium est centum annorū dictum a senec:q longissimum spatium senescendorū hoim id putarunt:ut refert. M. Varro. In fa. libros:in quos referebantur festa ac sacra cāæq; sacrorum. Modo:tem peramento. Bifariam:duobus in locis. Pro æde:ante templū uel in templo. Pro ro.ue.po Ro. duce sexto Clodio scriba corpus publii Clodii in curiam intulit cremauitq;:quo igne & ipsa quoq; curia conflagrauit. Vnde rostra que prope iuncta fuerant in alium locum translata sunt:& hoc est quod ait Asco. rostra nō eo loco tunc fuisse:e:ū crematū est corpus Clodii:quo nūc sūt:supra docuimus suggestum in foro. Ro. extructum rostris nauium antiarium adornatum fuisse:& ob hoc rostra id templū appellatum. In campū.s. Marciū. Vidisse iuraret: idem de Romulo dictum est a proculo Iulio:qui in cōcionem progressus post obitum Romuli uidisse se Romulum testatus est euntem in cœlum:sibiq; obuium datum esse:habitaq; est fides illi uiro talia nuncianti.

do suscepit: urbiq; intulit: atq; uestibulo domus collocauit. Senatus & in funere ornādo:& in memoria honoranda eo studio certatim ꝓgressus est:ut inter alia complura censuerint qdam funus triūphali porta. ducendū precedēte uictoria:q̄ est in curia canentibus neniā principū liberis utriusq; sextus:alii exequiarū die ponēdos annulos aureos:ferreosq; sumēdos:nonnulli legenda ossa per sacerdotes summorū collegiorū. Fuit & qui suaderet appellationē mensis augusti in septembrē transferendam:quod hoc genitus augustus illo defunctus esset:alius ut oēe temp⁹ a primo die natalis usq; ad exitum eius seculum augustū appellaretur: & ita in fastos referretur. Verū adhibito honoribus modo bibariā laudatus ꝓ æde diui Iulii a tiberio:& ꝓ rostris ueteribus a druso tiberii filio: ac senatorum humeris delatus in campū crematusq;:nec defuit uir p̄torius q se effigiē crematī euntem in cœlum uidisse iuraret: reliqas legerunt primo

M. AN. In uestibulo:uestibulum qcqd spatii relinquit ante ianuā & ab eo quod ianuā uestiat dictū ut qdā interpretant:sed de eo Gel. Var. Nonius & Macro. plura. Triūphali porta: ꝑ quā triūphantes urbem ingredi consueuere ea media fuisse uidetur inter flumētanā portā & catulariā. Victoria:uictoriæ signo. Canēibus neniam:credita deffūcti diuinitate ueniam p̄cari. Liui. Romulū deū deoq; natū saluere iubent uniuersi paceq; exposcunt. Sed neniam uerior lectio:est enim carmen ut Festo placet quod ad tibiā in funere laudandi gratia cantat de

Vestibula. Funus uñ. Triūphalis porta. Victoriola. Nenia. Threni. Epitaphista. Dactylion. Vngulus. Cōdulum. Condaliū. Annuli ferrei. Seculum augustum. Seculum. Bifariam. Rostra mutata.

ratione uocis; idem auctor plura. Ponendos au. an. quod nisi in sūmo luctu tristicia q̄ haud fieri consueuit; sed raro id accidisse legimus. Pli. Q no facto tanta senatus indignitate exarsit ut annulos ab eis abiectos fuisse in antiquissimis reperiatur annalibus: sed alii a tota nobilitate depositos tradidere; quū Gn. Flauius siue. M. Fuluius ille fuit ut Macro. scri. edilis mox Triple. est factus; quia primus omniū fastos publicasset. Ferreosq; sumēdos ferreis annulis ab initio usos Ro. pli. testat: at regū tpibus ne ferrei quidē annuli usus ullus fuisse uidet; qd Romuli & aliorū regū statuæ sine eo insigni essent; sed de annulorū usu Idē auctor abunde multa. Sūmorū colle. de sacris nūc & non prophanis collegiis intelige ac si dixerit per sūmos urbis sacerdotes. Seculū Augustū. ut sex & .lxx. annorū esset: Var. centū annorū sclm diffinit qd id spatiū sat; ad senescēdū crederet: posuit: & alterū breuius .xxx. anno. In fastos: in fastorū li. Pro rostris ueteribus: ubi uetera rostra fuisset pediani uerba demōstrāt erāt inquit tūc rostra nō eo loco quo nūc sūt: sed ad comitiū ppe iūcta curiæ eo oli uictus antiatibus ex captiuarū nauium rostris ut Liui. ait sūt primū ꝯstructa: pli. & Varro Liuio astipulantur.

Tūicatus mausolea. PHI. Tunicati. sola tunica hoc est camisia induti. Mausoleo. scri. hieronymus lib. i. cōtra Iouinia. mausolea dici omnia magnifica preciosaq; sepulchra ab illo mausoleo: quod inter septē spectacula nūeratur: ab arthemisia facto in honorē mariti mausoli de quo plura scripsimus in illum Propertii uersum nec mausolei diues fortuna sepulchri. de hoc autem augusti mausoleo sic Stra. in. v. geographiæ. commemoratiōe dignissimū; quod mausoleum appellant & perpetuæ uiriditatis coopertum in summum: usq; uerticem ad tyberis ripam exaggeratum in summo autem positum est. Cæsaris augusti simulacrum ex ære fabricatum. sub aggere ipso sunt eius locus li & cognatorum & necessariorum.

res equestris ordinis tunicati & discincti pedibusq; nudis: ac in mausoleo cōdiderūt. Id opus iter Flaminiā uiā: ripāq; tyberis sexto suo consulatu extruxerat: circūiectasq; siluas & ambulationes in usum populi tunc iam publicarat.

De testamēto & suprema uoluntate eiusdem.

TEstamentū. L. Planco. C. Silio cōsulibus. iii. nonas apriles ante annū & .iiii. menses q̄ decederet factum ab eo ac duobus codicibus partim ipsius partim libertorum Polybii & hilarionis manu scriptum: depositūq; apud sex uirgines uestales cū tribus signatis æque uoluminibus ꝓtulerunt: q̄ omnia in senatu aperta atq; recitata sūt: hæredes instituit primos Tiberiū ex parte dimidia & sextāte: Liuiam ex parte tertia quos & ferre nomē suū iussit. Secūdos Drusum Tiberii filium ex triēte: & ex partibus reliquis Germanicum liberosq; eius tres sexus uirilis. Tertio gradu propinquos amicosq; cōplures. Legauit pop. ro. quadringenties: tribub⁹ tricies qnquies sesterriū: prætorianis militibus singula milia nūmorū. Cohortib⁹ urbanis quingenos:

Flaminia. Flaminiam. Flaminius consul per domitis liguribus ne in ocio militem haberet strauit flaminiam uiam q̄ ariminum usq; perducta est. Siluas & ambulationes. Stra. a tergo mausolei lucus est mirifica continens ambulaeta. In medio autem campi spatio sui busti extat ambitus: & hic ipse niueo perfectus lapide ferreos in circuitu cancellos habens & plantatas interius prese ferens populos.

Sex uestales. Apud sex uirgines uestales. numerus uestalium uirginum legitimus hic erat: ut populus pro sua quisq; parte haberet ministram sacrorū: qa ciuitas romana in sex erat distributa partes in primos secundosq; titienses rānes & luceres. Signatis æque sicut testamenta obsignari solent signatorio testium annulo ita hæc tria uolumina pariter obsignata fuerāt. Ex pte dimidia & sextante. i. ex octo partibus hæreditatis; q̄ in. xii. assis uncias dispartiri solet: sextans ab eo dicitur quod sexta pars assis & ob hoc duas continet uncias. auctores Priscia. & Var. sextula uero sextam partē unciæ significat.

Sextans.

Sextula

Triens.

Ex parte tertia. ex triēte hoc est ex reliquiis quatuor partibus: q̄ superant assis. Nomen suum ut Tiberius augustus & Liuia Augusta diceretur: & ita a Plinio Liuia augusta appellatur lib. ulti. na. histo. idē in. xv. Liuiæ drusillæ q̄ postea augusta matrimonii nomē accepit.

Liuia augusta.

Secundi heredes. Secūdos. s. hæredes sūt autē secundi hæredes: qui primis substituūtur. ut si illi decesserint isti in hæreditatē succedāt: de qbus plura scripsimus in Iulio Cæsare ex auctoritate Appiani boetii & iurisco.

Tertii heredes. Tertio gra. i. tertios hæredes qui secundis substituūtur. nāq; ut scribūt iuriscon. pōt qs in testamēto suo plures gradus facere hæredū puta. si ille heres nō erit: ille hæres esto: & deinceps inquātū uelit testator substituere potest.

Legare. Legator. Legatari. Legauit. legata dedit. legator dr qui legat in testamento legatarius cui legatū est. de legatis apud iurisco. libri diligenter pscripti sūt.

Tribus q̄. Tribu: distinxit populū: a tribubus tanq̄ tribus nō solū sint romanorū sed etiam exterorum: in quibus coloniæ suffragia ferre solebant: sicut arpinates in cornelia tribu. formiani & fundani in Aemylia ferebant atq; in his tribubus censebantur. In quibusdam codicibus Tranquilli sic scriptū legimus. legauit po. ro. quadringenties tricies quinquies sextertium: ubi de tribubus nulla fit mentio & illa tota legati summa ad po. ro. refertur. Vrbanis. quæ romæ excubabant ad ipsius urbis præsidium atq; tuitionem.

M. AN. Tunicati & discincti. q. d. humili habitu ac uenerabundi. Mausoleo: sepulchro amplissimo ab eo quod Artemisia mausolo uiro defuncto in caria construxit insignia. huiusmodi monumenta Mausolea sunt dicta. De memoratissimo illo Mar. pendentia mausolea: & propertius: Nec mausolei diues fortuna sepulchri. De recentiore ab augusto erecto Strabo commemorat: dignissimum est quod mausoleum appellant excelsis fundamentis: hæc ille & plura quibus totam molem pergit significanter exprimere. Tribus signatis uoluminibus diuersis intellige a testamento: alioquin non procederet: sed q̄ illa fuerint continuo subiicit. Ex pe. dc. & sextante: ex besse siue ut apertius dicam ex duabus tertiis partibus. Quos Tiberium & Liuiam. Nomen suum nomen familiæ: q̄ q̄ Liuia Augustæ etiam cognomē recepit. Secundos hæ. Ex tr. ex tertia parte. Tres ui. sex. Nero

nem Drusum & Caiumequi Caligula cognominatus est uirilis sexus adiecit: qa & filias habuit Aggripinā Drusillam:& Liuillam:q̄ diuersa fuitab ea q̄ Druso & minore Antonia proximo loco genitā ostendimus. Tertio gra. i. tertios hæredes de secundis & tertiis hæredibus ex Appiani sentētia plura iu Cæsare Quadringētiens:sestertiū. s.

Tribubus externis & non urbanis quæ idem sunt quod & populis:cui quadringenties sextertium legatum dixit. Prætorianis:pretorianæ cohortis singulis singula nūmorum milia. Cohortibus urbanis q̄ ad urbis p̄sidium Romæ commorabantur. Quingenos & quingentenos:utrūq; enim ueteres dixere ut dimidio plus pretorianis q̄ urbanarum cohortium militibus legatum intelligas.

legionariis trecenos nūmos: quam sūmā representari iussit: nam & confiscatam semper repositamq; habuerat. Reliqua legata uarie dedit: produxitq; quædam ad uicena sestertia: quibus soluendis annuum diem finiūt excusata rei familiaris mediocritate: nec plus peruenturum ad hæredes suos: q̄ millies & quingenties professus q̄uis. xx. p̄ximis annis quaterdecies millies ex testamētis amicorum percepisset: quod pene omne cum duobus paternis patrimoniis: cæterisq; hæreditatibus in remp. assumpsisset. Iulias filiam neptemq; si qd his accidisset: uetuit sepulchro suo inferri. De tribus uoluminibus uno mandata de funere suo cōplexus est: altero indicem rerum a se gestarum: quem uellet incidi in eneis tabulis q̄ ante mausoleum statuerētur: tertio breuiarium totius imperii: q̄tum militum sub signis ubiq; esset quātum pecuniæ in ærario: & fiscis: & uectigaliorum residuis: adiecit & libertorū seruorūq; nomina a quibus ratio exigi posset.

PHI Legionariis. legionarii milites dicti qui erant in legione. nec eñ omnes milites in legione scribebātur: nam uelites & leuis armature milites non erant in numero legionariorū: qd lectio historicorū ostendit significari autem uidentur hi milites qui id temporis erant in prouinciis. Representari. presentem & statim exhibere representari dicitur pecunia cum presens numeratur. Confiscatam in fiscis reconditam sunt enim fisci & fiscinæ & fiscellæ receptacula spartea ad maioris summæ pecunias capiendas: & dum ait confiscatam ostendit in fisco ipsius principis priuato fuisse repositam. Annuum diem tempus.

Legionarii.

Rep̄ntarii.

Cōfiscatā.

Paternis patrimoniis. alterum ex patre octauio: alterum patrimonium ex cæsare dictatore per adoptionem patre fuerat consecutus. In remp. in reip. utilitatem. Accidisset. uerbū est quo testatores in testamento scribendo uti solent ut ita dicāt. si quid heredi meo acciderit pro eo quod ē si mortuus fuerit. * Pōponius iurisc. Si quis ita in testamento scripserit. Si qd filio meo acciderit. Damas seruus meus liber esto mortuo filio damas liber erit licet enim aliquid accidat & uiuis: Sed uulgi sermone mors etiā significat.

Accidere in testamento quid.

*

* Tribus uoluminibus: quæ scilicet supra dixit signata æque cum testamento depositaq; fuisse apud uirgines uestales: & in senatu aperta recitataq;. Indicem. titulum indicantem summatim res ab ipso gestas ecclesiastici scriptores frequenter per diminutionem indiculum appellant: sicuti est illud ex lib. vi. ecclesiasticæ historiæ apud Eusebium si quis nosce uult quanta Originis uolumina in manus nostras uenerint: inde sumat indiculum. Incidi. insculpi. Mausoleum ipsius Augusti sepulchrum. Breuiarium miror Senecam scribere lib. v. epistolarum breuiarium uulgariam esse parumq; latinā dictionem ait enim cum latine olim loqueremur summarium uocabatur id quod nunc uulgo breuiarium dicitur. Namq; Pli. luculentissimus scriptor sic ait in. xviii. uerum ut pariter omnis culturæ quoddam breuiarium peragatur. Et in præsentia Tranquillus breuiarium uocat id quod Se. tradit dici debere summarium. Sub signis. militaribus. In ærario. scri. Asco. ærarium dici pro priuata pecunia: fiscum uero pro publica: ergo uero secus reperio apud eruditos hac inter in ærararium fiscumq; fieri differentiam: ut ærarium pro publicæ pecuniæ repositorio capiatur quod romæ erat in æde Saturni: fiscus uero pro pecunia imperatoris. hinc est illlud satyrici poete. Res fisci est ubicumq; natat: sed de hoc alibi. Vectigaliorum. quid residuum superesset in exactione uectigalium. Macro. in. i. satur. luculenter tradit uectigalium & uectigaliorum sicut uinalium & uinaliorum & bacchanaliorum atq; bacchanalium: & saturnaliorum & saturnalium a ueteribus usurpari: & ut ipse inquit: qui uectigalium dicit regula nititur: qui uectigaliorū auctoritate munitur: ad quā uelut ad anchoram confugimus. A quibus ratio. Canit Augustus ut post obitum ratio uillicationis exigeretur a seruis suis & libertis: qui uectigalia se imperante administrauerant.

Index.

Indiculus.

Breuiariū.

Sūmarium

Aerarium

Fiscus.

M. AN. Legionariis militibus subaudi qui in legionibus erant ad prouinciarum præsidium. Trecenos: trecentenos. Representari: depositam paratāq; esse mōstrari. Produxit: protraxit ampliauit. Quædam legata. Annuum diem: annuam pensionem: sic Vlpianus annuam binam trinam diem p̄ duabus tribusq; pensionibus scripsit. Excusata in excusationem adducta. Duobus paternis patrimoniis: Octauii & cæsaris dictatoris. Accidisset si mori contigisset.. De tribus uoluminibus: quæ æque obsignata dixerat. Indicem: breuem demonstrationem. Breuiarium: summarium Anneus Seneca: sed uide ne plus profutura sit ratio ordinariæ q̄ hæc quæ nunc uulgo breuiarium dicitur olim quum latine loqueremur summarium dicebatur. Totius imperii: rerum omniū quæ Romano continerentur imperio. Sub signis: circa signa. Erario & fiscis: ærarium locum intelligas in quo publicum aurum argentum uasa præciosa tabulæ æneæ in quibus leges erant incisæ asseruabantur. Fiscus in quo imperatorum pecunia Spartianus tamen bona inquit damnatorum in fiscum priuatum redigi uetuit: priuatum addidit. quasi publicum quoq; dici posse fiscum intelligat. estq; fiscus uas ut pediano placet ex sparto factum ad maioris summe pecunias capiendas. Vectigaliorum. dicitur & uectigalium sed illud auctoritate: hoc analogiæ ratione defenditur.

PHILL.

INterpretaturi Tiberiũ Cæsarem tertium imperatorũ romanorũ haud intẽpestiuiter preponemus testi‑monium Sexti Aurelii ita de Tiberio scribentis.qđ suscepto negocio conducibile est. Claudius Tiberius Li‑uiæ filius Cæsaris Octauii priuignus:impauit annis.xxiii. Iste qui Claudius Neró dicebatur: eleganter a ioculatoribus Caldius biberius mero ob uinolẽtiam nominatus est. satis prudens in armis satisq̧ for‑tunatus ante sũptũ imperium sub Augusto fuitut nõ immerito reip. dominatus ei cõmitteretur: inerat ei sciẽtia litterarum. Eloquio clarior sed ingenio pessimo:truci:auaro insidioso.simulans se ea uelle q̃ nollet: his quasi infen‑sus quibus consultũ cupiebat:his ue‑ro quos oderat quasi beniuolus appa‑rens: repentinis responsionibus aut consiliis melior quam meditatis. De‑niq̧ delatum a patribus principatum quod quidem astu perfecerat: ficte ab nuere quid singuli dicerent sentirent atrociter explorans:q̃ res bonos quosq̧ pessum dedit. existimãtes enim ex aio eũ lõga orone iperialis molestiæ magnitudinẽ declinare:eum snias ad eius uolũtates pmũt inciderũt exitia postrema. Patricia gẽs claudia. Li. li. ii. de origine claudie gentis hæc tra‑dit. Seditio inter belli pacisq̧ auctores orta i sabinis aliq̃tũ uiriũ trãstulit ad

Origo claudiæ gentis.

## C. SVETONII TRANQVILLI LIBER TERTI‑VS. TIBERI. CESAR.

PAtricia gens Claudia (fuit enĩ & alia plebeia nec poteria minor nec dignitate) orta ẽ ex re‑gillis oppido sabinorũ. Inde Romã recens cõdirã cũ magna clientiũ manu cõmigrauit auctore Tito Tatio cõsorte Romuli: uel qđ magis cõstat. T. Claudio gẽtis pricipe: post reges exactos sexto fere ãno a pr̃ib⁹ in patricios cooptata. Agrũ isup trãs aniené cliẽtib⁹: locũq̧ sibi ad sepulturã sub capitolio publice accepit. Deinceps pcedẽte tpe duodetri‑ginta. cõsulat⁹: dictaturas qnq̧: cẽsuras septẽ triũphos sex

romanos. Nãq̧ Appius clausus cui postea Appio claudio fuit romæ nomẽ cũ pacis spe auctor a turbatoribꝫ belli pmeret:nec par factioni eẽt:ab oppido regillo magna clientiũ cõitatus manu romã trãsfugit. his ciuitas data agri q̧ trãs aniené:uetus claudia tribus postea nouis additis tribulibus:q ex eo uenirẽt agro appellata. Appius inter pa‑tres electus haud ita mlto post in pncipũ dignationẽ puenit. hactenus Li. cui astipulat̃ Diony. in. v. histo. aitq̧ ad suam usq̧ ætatem durasse nomen claudie tribus apđ Plu. in publicola legimus hũc Appiũ Claudiũ psuasiõibus publicolæ clãdestinis sollicitatũ romã ex sabinis trãsmigrasse abducẽtẽ secũ qnq̧ milia clientũ:una cũ piugibꝫ ac liberis:qbus publicolæ opa ciuitas data agerq̧ trãs anienẽ:singulis bina iugera. Claudio uero qnq̧ &. xx. tradita. De hoc sic scri. poeta in. vii. æn. Ecce sabinoꝝ prisco de sanguie magnũ Agmẽ agẽs clausus magniq̧ spe agminis instar Claudia nũc a quo diffũditur & tribꝫ & gẽs. a Silio uenuste dictũ clausorũ decus p claudioꝝ:ppt̃ Appiũq̧ prio clausus mox claudius ẽ noiatus. Et al. ple. refert Asco. duas fuisse familias claudias romæ:alterã plebeiã al‑

Marcelli.
Pulchri.
Regillum.
Mors tatii

terã patriciã:plebei appellata est Marcellorũ:patricia uero Pulchroꝝ. Ex re. Li. & diony. singulari nũero regillũ id oppidũ appellãt. ab eodẽ Liuio pugna graphice describit̃ q̃ ad lacũ regillũ inter romanos latinosq̧ pugnatũ ẽ Recens: recẽter aduerbiũ ẽ. Cõsorte Romuli. hæc pria Trãqlli snia de auctore gẽtis Claudiæ a nulo histori corũ mẽorat̃ cũ in sedam oẽs pedibꝫ eãt. Titus aũt Tacius Sabinorũ rex cõsors Romuli dr̃:qm̃ regimẽ iperii pso‑ciarũt unam ciuitatẽ ex duabꝫ faciẽtes:& imperiũ oẽ romã cõtulerũt:& ut scribit Li. in. i. nõ modo cõmune sed cõcors etiã regnũ duobus regibus fuit postea Titus Tacius lauini cũ ad solẽne sacrificiũ eo uenisset cõcursu facto interfectus est. Post reges exactos:post electos Tarquinios. Cooptata:electa adscita.

M. AN. Sabellici ad Augu. Barbadicũ serenissimũ Venetiarũ pncipẽ Paraphraseos in Trãql. parenæsis tertia.

PAtricia gens Claudia: Si talẽ se Tiberius in suæ administratiõis recessu pstitisset Augustine dux inclyte qlẽ ab initio pmiserat merito inter optios eoꝝ q post. C. Cæsarẽ sũt Rõæ terũ potiti hẽri potuisset:sꝫ ne mo diu psonã ferre potuit alienam:cito enĩ functa in suã recidunt naturã:ægre qdem frugi moderatũq̧ principẽ tãtisp carnifex natura illa egit:dum per q̃ tutius sæuire liceret scœna cõparat. Sed ea diu male dissimulata crudelitas:libido:& auaritia:tres grauissimi uitæ affectus in hũani generis perniciẽ ex improuiso eru pere. Quæ plane uitia quo minus ex ficta illius persona fuerant expectata:eo maiorẽ oĩbus gentibus stuporem in tulere:nec tantum mala illa in sua tempora sæuiere:sed pessimo exẽplo detestabili principũ carnificinæ fores apa ruerunt:hinc enĩ Caligulæ:Nerones:Domitiani:Cõmodi:Seueri:aliiq̧ Romani imperii pestes extitere. Sed prin‑cipatus tuus dux serenissime omnino ab illo diuersus:qppe q in libertatis gremio collocatus:clemẽtiæ ẽ & popu‑laritatis plenus:nunc ad tranqllũ redeo:q ad plæbeiæ differentiã patriciã gentem Claudiã dixit. Siquidẽ due fue runt claudiæ familiæ:ut Asco. ait Marcellorũ una q̃ eadẽ & plæbeia: pulchrorũ altera patricia. Ex re. oppido Diony. regillo dixit:auctor gentis ut ipse tradidit. T. Claudius ut publius Clausus qui postea Claudius es dictus id sub id tempus quo ad regillum lacum ingenti prelio est ab Aulo posthumio pugnatũ cũ numerosa clientũ & amicorũ manu se Romam contulit:quare & in urbe ad ædificandũ area & ultra aniené agro donatus in patricios cooptatus est. Sabinorum:sabini umbrorũ finibus:tyberi:latio:& marsis inclusi:ut Troezenius zenodotus tra didit ab umbris oriundi:mutatoq̧ cum sedibus noie p umbris sabinos diu corrigit:ex Sabino sangi diui gentilis Pli. adeorũ cultu sabinos quasi seuinos appillatos ait. Recens condiram:recens dixit p recenter:sic Maro sole recens orto Liui. & Diony. post exactos reges:eum uenisse scribunt:per id tempus quo ad regillum lacum aduer‑sus latinos est pugnatum anno circiter quinquagesimo supra ducentesimum ab urbe condita.

Anio unde

PHI. Trãs anienẽ. fluuiũ tiburtinũ haud lõge ab urbe distãtẽ:de quo Ora. Et pceps anio & tiburti lucus: anieni nomẽ ididit Anius rex ethruscoꝝ:q isequẽs cethegũ filiæ raptorẽ cũ eũ asseq nõ posset:i fluuiũ isiliit. ibiq̧ extinctus ut anio uocaret̃ effecit. Plu. autor in libello de pparatiõibꝫ claroꝝ hoiꝫ: de aniene plura in. iiii. ppertii cõmentario.

Duas oua. ouatio est minor triũphus: qui ouabant introire soliti erant equo uehentes alii pedibus ingredi ouãtes dicunt: cũ triũphantes curru ueherent. dicta ouatio nõ ab ouatione. i. bacchico clamore: ut quidã putauere: sed ab oue: quam imolabant: cũ in triũpho bos imolaretur: sicut docent eruditi & testis est Plutar. in Marcello Diony. quoq; in. v. non pauca scienter scri. de ouationis & triũphi differentia. Cum prenominibus nemo romanus ut Priscia. ait in. i. erat absq; prenomine: qui mos ex eo tẽpore cœpit quo Sabinos Romani adsciuere ciuitati: & ad cõfirmandã coniunctione nomĩa illorũ suis noibus preponebant. liber homo ut docet Quinti. in. vii. habet prænomen: nomen cognomen: & ita nobiles romani tribus nominibus censebãtur: sicuti apud Li. facile est animaduertere. ideoq; ab Auso. dicrũ est. Tria noia nobiliorũ. hinc illud satyricũ: tanq̃ habeas tria nomĩa. i. tanq̃ sis nobilis: & ingenuus romanus. C. Marius. Qu. Sertorius & L. Mummius tertiũ nomẽ minime habuisse tradũt. mulieres quoq; erant duobus: contẽte noibus: Var. existimat simplicia noia antiquitus fuisse in italia: sicut Romulus & remus: & Faustus: neq; prenomen habuisse & cognomẽ: qdã arbitrant ro. cõsuetudinẽ multiplicandorũ noim. traxisse ab Albanis: a quibus orti sunt: prenomẽ nomini preponitur: ut Caius: Lucius: cognomen postponitur.

Ouatio unde · Prænomia · Tanq̃ habeas tria nomina.

duas ouationes adepta est. Quum prænominibus cognominibusq; uariis distingueretur Lucii prenomen consensu repudiauit: postq̃ e duobus gentilibus præditis eo. alter latrocinii: cædis alter conuictus est. Inter cognomina autem & Neronis assumpsit: quo significatur lingua sabina fortis ac strenuus.

De gente claudiorum & eorum gestis. C. II.

Multa multorũ Claudiorũ egregia merita: multa etiã secus admissa in rempublicam extant: sed ut præcipua cõmemorẽ. Appius Cæc⁹ societatẽ cũ rege Pyrrho ut parũ salubrem iniri dissuasit. Claudius codex primus

Duodetriginta sicut. duodeuiginti dicimus decem & octo. quasi duo desint uiginti: ita duo de triginta dicuntur uiginti octo. Repudiauit: nequis unq̃ ex ea familia. L. claudius appellaret. — Duodetriginta.

Gentilibus. claudiis. gentiles ut docet. Cicero in topicis. & copiose explicat Boetius: suo qui eodem genere orti sunt eodemq; nomine inter se sunt: ut Scipiones & claudii: & ait eleganter Cincius gentiles mihi sunt qui meo nomine appellantur. Præditis eo scilicet prenomine lucii. Neronis assumpsit. A. Gel. lib. xii. Nero inquit Sabinum est uerbum: eoq; significat uirtus & fortitudo. itaq; ex claudiis quos a sabinis oriundos accepimus: qui erat egregia ac prestanti fortitudine nero appellatus est. Sabini autẽ id neronis nomen a græcis accepisse uidẽtur qui uincula & firmamenta mẽbrorum νευρα dicunt nostri neruos. Secus admissa: perperã & per detrimentum reipu. facta. Appius cæcus: appius censor cum solemnia sacri herculanei seruos publicos edocuisset luminibus captus est auctores Li. & Vale. idem cum Pyrrhus epirensis legatum Cineam pro amicitia paceq; romanorũ petenda: romã misisset: cũq; sententia senatus inclinaret ad pacem: q̃uis & senex & Cæcus esset in curiã se deferri iussit factoq; silentio. utinã inquit ad cæcitatẽ oculorũ surditas auriũ accessisset: ne turpes cõsultatiões uestras audire cõpellerer. luculentaq; oratiõe pacẽ societatẽq; cũ pyrrho fieri dissuasit: sicut scri. Plutar. in pyrrho. Quærit iuriscõs. lib. iii. ffo. nunquid cæcus magistratum gerere possit: & extat inquit: exemplum eius qui gessit. appius claudius cœcus consiliis publicis intererat: & in senatu dixit seuerissimam sentẽtiam de pyrri captiuis non recipiendis. De eodem sic li. i. ffo. scriptum legimus. Appius claudius maximã iuris scientiam habuit: appiam uiam strauit: & claudiã aquam induxit: & de pyrrho in urbem nõ recipiendo sententiam tulit. — Gentilis. · Appius. Cœcus.

M. AN. Trans anienem: ex duobus & quadraginta fluminibus que tyberim augent nar & anio precipui. ut Pli. sentit: orit anio ĩ thebanorũ mõtibus trisq; lacus nobiles in tyberĩ defert plu. in eo opẽ qd̃ περιπαλλήλων scripsit parisientiũ olim fluuiũ ipsum ait appellatũ mox ab anio hetruscorũ rege qui rem id flumẽ a Nusa filia precipitauit aniẽnẽ dictum: Prop. aniẽnũ secundi declinatus ꝓtulit Papi. illis ipse antris anienis forte relicto ubi ego anienus libentius legerim: ut sit anio anien: & anienus in nominandi casu: quod si aliis accedas quattuor modis recta uox uarianda est. Duodetriginta: octo & uiginti. Duas ouationes: quid triũphus ab ouatiõe distet ex gelli auctoritate ostendimus: cæterũ Diony. decorati sunt inquit triũphis & senatu utriq; Menenius maiore & preciosiore curruli sella uectus posthumius minore & inferiore quã ouationẽ uocant: & rursus differt ait. hic ab altero: primũ quidẽ quod pedes ingreditur cũ exercitu ꝓductus qui ouatim triũphum ducit nec in curru sicut ille deinde: quia nõ picta neq; aurei claui ueste induitur nec ornatur trabea quæ peculiaris est consulum ducumq; amictus: corona autem ponit ei laurea: Inferior est altero in gestatione sceptri: alias habẽs omnia hactenus Dionysius qui oino aliquid uidetur mihi uariare a latinis in ouationis apparatu describendo. Sed si quis legitimã triumphi formam requirit uideat Appianum. Præditis: eo id prenomen habentibus. Extant: apparent. Appius cæcus huius est uox illa quam postea Ennius est carmine cõplexus. Quo uobis mentes recte quæ stare solebant antehac demẽti sese flexere ruina. Dissuasit: immo persuasit ne fieret ut Cice. in Catone maiore meminit.

PHI. Claudius caudex. scribit Gellius li. xvi. bellũ aduersos pœnos primũ ceptum esse Appio Claudio cui cognomentum caudex fuit Appii illius Cæci fratre: &. M. Fuluio consulibus. Se. in lib. de breuitate uitæ auctor est hunc primũ persuasisse romanis nauem cõscendere: unde caudex ob hoc ipsum appellatus est: quia pluriũ tabularũ contextus caudex apud antiquos uocat. unde tabulæ codices dicuntur: & naues que cõmeatũ subuehunt caudicariæ nominant quas & caudicarias appellamus: quẽadmodũ Appius hic caudex traiecto freto messanã peruenerit hieronem siracusanorũ regem superauerit carthaginenses perdiderit luculenter narrat Poly. li. i. histo. — Caudex unde. · Codices. · Caudicariæ naues.

freto classe traiecto pœnos. Sicilia expulit. Tiberius Nero aduenientẽ ex hispania cum ingentibus copiis Asdrubalem priusq̃ Annibali fratri coniungeretur oppressit. cõtra Claudius. Appius regillanus decemuir legibus scribendis uirginem ingenuã ꝑ uim libidinis gratia in seruitutẽ adserere conatꝰ causa plebi fuit secedẽdi rursus a prĩbus. claudiꝰ drusus statua sibi cũ diadẽate ad appii forũ posita Italia ꝑ cliẽtelas occupare tẽtauit. Claudius pulcher apd Siciliã nõ pascẽtibꝰ

Fretum. Freto. angustias maris fretũ appellant a similitudine feruẽtis aque dictũ ut interpretat Var. Fretũ autẽ de quo
loquit Tranq. Siciliã disterminat ab italia unda tam angusta ut latratus canum & cãtus uolucrũ transmittere dis
catur a Silio. Tiberius ne. refert Li. li. xxvii. Claudiũ Neronẽ celeritate incredibili usum relictis castris: q̃ ppe ca
Senegallia. stra Annibalis habebat ad Senogalliã cũ expeditis militibus ꝑperasse: ibiq; iunctis cũ collega Li. salinatore copiis
Clades has ad metaurũ flumẽ cũ Asdrubale Annibalis fratre cõflixisse: in qua pugna quinquaginta sex. m. pœnorũ caesa sunt.
drubalis. Asdrubal ne superesset tanto exercitui cõcitato equo se in cohortem romanã immisit. ibi ut patre Amilcare & fratre
Annibale dignũ erat pugnans cecidit
M. Li. Salinator qm̃ in eius puĩcia tã-
ta res gesta esset quadrigis urbẽ triũ-
phali habitu itroiuit militibus sequẽ
tibus. Claudi. uero Nero equo sine mi
litibus inuectus est. ita cõsauciatus est
triũphus: ut gloria oĩs penes Claudiũ
Nero. esset cuius incredibilẽ ad hoc ne
gociũ pagẽdũ celeritatẽ sic laudat Si-
lius in. xv. puni. & pẽna & fulmine &
undis hibernis & achemenio uelocior
arcu euolat. Contra exempla haec
Regilani que sequuntur sunt eorum qui in rep. ro. detrimento si: dedecorosiq; fuerunt. Regillanus. Cognomentũ hoc de
unde. ductum uidetur a regillo Sabinorum oppido: unde orta est gens Claudia. Decẽuir. Põpo. iurisecon. de hoc sic ait.
Appius Claudius unus ex decẽuiris: cuius maximũ consilium in. xii. tabu. scribendis fuit. Refert Li. li. iii. Regimen
totius magistratus decẽuirorũ penes Appium fuisse fauore plebis qui dum uirginiã Lucii uirginii centurionis fi-
liam amore amens nec pretio nec ulla alia re corrũpere posset. M. Claudio clienti negocium dedit ut uirginem in
seruitutẽ assereret: hinc cõtẽtiones exortae: hinc Virginius pater e castris romã reuocatus cum aliter libidini impo
tentiaeq; decẽuiri resisti nõ posset: arrepto cultro de taberna Lanionis filiam transfigit. hinc facta populi secessione
decẽuiri abdicant se magistratu. Appius ipse in carcerem coniectus: quod domiciliũ plebis romanae appellare so-
lebat: mortem sibi consciuit.
Asserere as- In seruitutẽ asserere. multa sunt uerba media & ancipitia: que utroq; uersum dici possunt: inter que est asserere:
sertores. quod cõmune est libertati & seruituti. dicimus enim asserere uendicare tam in seruitutem q̃ in libertatem: unde &
assertores dicti ancipiti uocabulo: tam hi qui uindicant in seruitutem q̃ qui in libertatem. de assertoribus liberta-
tis plurifariam est exẽpla reperire. de assertore seruitutis: quia infrequens est: exemplum liuianũ adhibebo Namq;
scribens hanc historiã ait in. iii. Claudio clienti negocium dat ut uirginem in seruitutem assereret: & inibi iam a ui
tuta erat: cum assertor nihil opus esse multitudine concitata ait: se iure grassari nõ ui. & mox paulo cuz repelleretur
assertor uirginis a globo mulierum: ubi assertor significat ille cliens decemuiri qui uirginiez asserere uolebat in ser
Secessio pri uitutem. Secedendi rursum: quia prima secessio facta est quãdo plebs ro. cum ob aes alienum quotidie nectere
ma. tur: cũq; nexi creditoribus traderentur: Sicinio auctore in sacrum montem a patribus secessit trans anienem fluuiũ
tria ab urbe millia passuũ. Piso auctor est in auentinũ secessionem eam factam siue autem in sacrũ siue in auentinũ
secessio illa facta sit: hoc constat plebem nõ prius patribus esse reconciliatã q̃ obtinuerit ut tribuni crearentur: qui
essent plebei magistratus sacrosancti. Statua cũ diademate: Romanis nihil tam detestabile tãq; inuisum erat q̃
regiũ nomen: regũq; insignia quale ẽ diadema: de quo satis multa in iulio caesare. unde drusus uel hoc solo facino-
re male meritus est de ro. libertate cum sibi statuam cum diademate tanq̃ regi posuisset.
Forũ apii. Ad Appii forum. Oppidum est in latio: cuius meminit Ora. in. i. ser Inde forum appi differtũ nautis cauponi-
bus atq; malignis. Pli. in. iii. in enumeratione latii populorum meminit fori appii. Ideo autem drusus hunc potissi
mũ locum delegisse uidetur ad res nouas moliendas: quoniã erat in clientela claudiae gentis: & ab appio qui illic
forum egerat nomen acceperat: sicut forum Cornelii forum Liuii: & id genus alia nuncupantur.
M. AN. Claudius codex: huius ductu Roma primum freto siculo superato Mamertinis opem tulere tem-
pestiuoq; eorum accessu carthaginensium praesidium ex mamertinorum arce est deiectum. Polybi. est auctor: An
neus Sene. cognomen ait illi factum: quia codex sit: tabularum congeries siue compactio. isq; primus in naues cõ-
scendere romanis ostendisset. Claudius nero: qui ad me taurum flu. Hasdrubalem uicit: Liui & Plutar. sunt au
ctores. Appius regil. de nefario Claudii decemuiri amore deq; uirginiae caede & plebis secessione Li. locuple-
tissimus est auctor. Claudius drusus: Drusus in ea familia primus a drauso hostium duce cominus trucidato
est cognominatus. Ad forum apii: Hora. aricia digressum se forum Appii uenisse ait: inde forum appii differ-
tum nautis cauponibus atq; malignis. Pli. Fregellani forappii forentani gabini quibus datur intelligi id oppi-
dum in latio fuisse. Cum diademate: quod regium fuisse insigne ostendimus Claudius pulcher is ut Polybius
prodidit ad drepanum in sicilia tres & nonaginta naues amisit: & quia contra auspicia pugnasset Romam retro-
catus multis est contumeliis affectus: Demum in iudicio ut idem auctor ait concidit. Liuius post cladem illam lu
dos praetextatum spectasse prodidit.
Clodius PHI. Pulcher. supra docuimus duas fuisse familias claudias: quarum patricia appellata est pulchrorum:
pulcher. unde & hic pulcher nominatus: sicut & ille dictus est Clodius pulcher: qui fuit Ciceronis inimicissimus: hinc il-
Pulchellus. lud mordacius & salse a cicerone dictum in epistolis ad Atticum. Sed haec praesidii apud pudorem pulchelli nõ
habet satis. ubi nominẽ pulchelli diminutiuo Claudius taxatur. Non pascentibus.

In auspicando pullis: ac per cōtemptū religionis mari deme=sis quasi ut biberent qñ esse nollent: prælium nauale iniit: su=peratusq; quũ dictatorem dicere a senatu iuberetur uelut: ite=rum illudēs discrimini publico Glauciam uiatorem suum di=xit. Extant et fœminarum exempla diuersa æq; siquidem gē=tis eiusdem utraq; Glaudia fuit: & quae nauem cum sacris ma=tris deum ideæ obherentem tiberino uado extraxit precata pro palam ut ita demum sequeretur si sibi pudicitia consta=ret & que nouo more iudicium maiestatis apud populum mulier subiit: quod in conferta multitudine ægre proceden=te carpento palam optauerat ut frater suus pulcher reuiui=sceret: atq; iterum classem amitteret: quo minor turba Ro=mæ foret Præterea notissimũ est Glaudios omnes excepto dumtaxat P. Clodio: qui ob expellandum urbe Ciceronē

Præterea necessitudo qđ infreqña est inuenit in libris ueterū p necessitate. sicut apud Salu. & Cice. unde est illud sempronii Aselionis: bonū imperatorē signis collatis decertare nō debere: nisi sūma necessitudo: aut sūma ei occasio data fuisset. necessitudies hoc in loco accipe p necessariis ipsia & affinibus. In reliqs: detexit. s. odiū aduersus reliq̄s necessitudines. Detexit: elegātius est detexit. Relegatæ: Iuliā ab Augusto patre relegatā fuisse oibus p bris cōtaminatā superius declaratū est. Patris: Augusti. Oppido: in qđ erat relegata. Peculio concesso a patre: peculiū habent serui: habent & filii p̄mittentibus dñis & patribus: Iulia peculiū habebat a patre cōcessum: quo fraudata est a marito Tiberio. Peculium. Annuis: annua absolute dicūtur alimēta in singulos annos. Iuuenalis. Sunt q̄ tortoribus annua p̄stant apud iuriscōsultos titulus ē de annuis legatis. ubi ait Vlpia. si cui annuū fuerit legatū relictū: sine adiectiōe sūmæ id uideri relictū: qđ ut ait nerua testator p̄stare solitus fuit. Tiberi. fraudauit Iuliā uxorē relegatā annuis alimētis ab Augusto p̄bitis sub p̄textu iuris: tanquā Augustus annua dari nollet Iuliæ idq; significare uidere: q̧ in testamēto nullā de annuis dādis mentionē fecisset. Annua. Cōgressū: recusabat Tiberius cōgredi colloqui & sermocinari cū matre. Partes æquas: p̄inde ac in administrādo imperio par esse uellet ipi Tibe. Ne cōsiliis. s. maternis. erat eñ Liuia pro captu fœminarū solers & prudens: cuius cōsilio olim usus est Augustus in rebus magnis: sicut ostendit Seneca. Titulis suis: solemus scribere in titulis nomē auctoris cū noie parētis. exēpli causa sic. Tibe. Augu. filius hoc fecit. senatus cēsuerat: ut ita in titulis nomē matris ascriberet hoc pacto. Tibe. Augusti & Liuiæ filius hoc fecit. id indigne tulisse Tibe. signat Trāql. utpote maternū nomē dedignātē. Nō parētem patriæ: sicut Augustus pater patriæ dictus fuit. ita Liuia parēs patriæ dicebat: cū fœminæ coruscare soleant radiis maritorū claritatē accipiētes a p̄iugali claritate. Tiberius osor matris Liuiæ noluit illā parētē patriæ appellari: nec ullo honore publico insigniri. Nec fœminæ cōuenientibus: scri. Vlpianus digestis de regulis iuris: fœminas aboibus officiis ciuilibus remotas esse: & lib. iii. digestoꝝ. ti. de postulādo: ne uirilibus officiis fūgātur mulieres interdicit. & ad senatuscōsultū uelleianū. moribus ingt ciuilia officia dēpta sūt fœminis: & pleraq; ipo iure nō ualent. Fœminæ remotæ ab officiis ciuilibus. Et ipsā interuenisse uirorū magis q̄ fœminarū eē uidet interuenire incēdiis: & pp̄lm adhortari ad ignē restiguēdū. Enixius: uehemētius.

M. AN. Necessitudines: necessarios & p̄piquos: qbus natura more: tales arctiore quodā caritatis uinculo deuixit. Prodita ep̄la i apertū relata. Cōstitutiōe patris: ut Augustus p̄ stituerat. Domoq; egredi: q̄si dicat: nō p̄tēus mœnibꝫ oppidi iclusā a pr̄e uoluit etiā domo exire oī hoīꝫ adēpta cōsuetudine. Sed & peculio: tenui pecunia seu supellectili: seu peculio quodā permissa. Præbitis annuis: pecuniis in annuā alimoniā & usū exhiberi solitis. Fraudauit: maligne præbuit: uel potius p̄uauit. Testamēto cauisset: q̄si reddi Augustus noluisset: quæ ipe testamēto nō legasset. Grauatus: grauiter ferēs. Partes æq̄s: æquā in administrādo imperio auctoritatē. Vendicantē: ad se trahentē. Cōgressū: colloquiū p̄suetudinem. Regi: instrui: gubernari. Actū: decretū. Actis suis: quæ publicāda eēnt. Maioribꝫ q̄ fœmina toto sustinere posset. Nec cōuenientibus: parū muliebri administratiōe dignis. Præcipue: uehemētius q̄ alias admonuit.

PHI. Simultatem: odii matris quo quid flagitiosius esse potest. Instāti: urgēti & efflagitanti Liuiae mři. In decurias: in ordines iudicū: de qbus superius satis ac super. Adlegeret: ascriberet: uerbū est legendis iudi
Collegae. cibus accōmodatū. M. Varro lib. ii. latinae linguae. sic inquit a legendo legitima & collegae: qui una lecti: & qui eo
Sublecti. rum loco suppositi: sublecti: additi: allecti: sic & ascripticii dicebātur: qui supplēdis legionibus ascribebātur. Ad
Allecti. lecturum: ascripturum: additurum. Ascribi albo: album multifariam dici ex longa lectione obseruauimus erat
Ascriptitii. album decurionū: album citharedorum: album pontificū: erat & album iudicū. accipitur aūt pro tabula: in qua iu
De albo. dicum nomina scripta proponebant.

## Item de odio & crudelitate eius in matrem.

DE hinc ad simultatem usq; processit: hac ut ferunt de causa: instanti saepius ut ciuitate donatū in decurias adlegeret: negauit alia se conditione adlecturū q̄ si pateretur adscribi albo extortum id sibi a matre. At illa cōmota ueteres quosdā ad se Augusti codicillos de acerbitate & intolleratia morū eius e sacrario ꝓtulit atq; recitauit. Hos & custoditos tam diu & exprobratos: ta𝔷 infeste adeo grauiter tulit: ut quidam putent inter causas secessus hanc ei uel praecipuam fuisse. Toto quidē triennio quo uiuēte mře abfuit: semel oino eā: nec ampli⁹ quā uno die paucissimis uidit horis. Ac mox: neq; aegre adesse curauit: defūctāq; & dū aduētus sui spem facit cōplurium dierum mora: corrupto demū & tabido corpore: funerarā prohibuit consecrari: quasi id ipa mādasset: testamētū quoq; ei⁹ ꝓ irrito habuit: oēsq; amicitias & familiaritates: etiā qb⁹ ea funeris sui curā moriēs demādarat: intra breue tps afflixit: uno ex his

siquis uero album corrupisset puniebatur: quia praetoris maiestas ꝯtēpta uidebatur. Vnde ait Vlpianus libr. ii. ffoꝝ. titu. de iurisdi. iudi. Si qs id qđ iurisdictionis perpetuae causa in albo ĩ uel carta uel in alia materia ꝓpositū erit dolo malo corruperit: dat̃ in eum qngentorū aureorū iudiciū: qđ populare ē. Paulus quoq; inqt: si familia alicuius albū corruperit nō sic̄ hic edicitur ut in furto. qnetiā lib. L. ffoꝝ. tic. ē de albo scribēdo. ubi docet Vlpia. quo ordine decuriones in albo scriptos eē oporteat. tradit Cice. in. ii. de ora. pōtificē maxim res oēs singuloꝝ annoꝝ
mādare līis solitū: q ea oia referebat ĩ albū & ꝓponebat tabulā domi: prās
Annales ut eēt ꝓplo cognoscēdi hiq; annales
maximi. maximi noiabāt. Liui. quoq; refert iussisse Ancū Martiū ut pōtifex sacra publica ex cōmētariis. Nūmae in album elata in publico ꝓponeret. Pli. ad albū: iudicū ueluti alludēs decentissime scripsit in ꝓhoemio naturalis historiae: cū hanc operā cōdicerē nō eras in hoc albo. Quinti. in. xii. multos cognouisse se tradit: qui tedio laboris quē ferre tēdētibus ad eloquētiā necesse est: cōfugiūt ad haec diuerticula desidiae: quorū alii se ad albū: ac rubricas trāstulerūt & formularii: uel ut ait Cice. leguleii quidā eē maluerūt. Seneca quoq; ait in. iii. de bñficiis. Iudicē sensus in albū & equestris haereditas misit. sensus aūt Trāquilli hic est. Tiberius nō alia cōditione dicebat se inter iudices relaturū esse illū: quē ciuitate donatū mater referri cupiebat: nisi in albo iudicū ipa pateret ascribi hāc clausulā. id a se mře𝔷 per uim extorsisse. Extortū: ꝑ uim ꝯcessū ab inuito & reluctāte. Codicillos: tabellas epistolares. alias codicil
Codicilli. los uocamus genus testamēti: quorū ius cōstat nō fuisse ante Augusti tēpora. Codicilli nullā solēnitatē ordinatio
Sacrarium nis reqrūt: de qbus iurisconsulti docte copioseq; ꝑscribūt. Cōmota: indignabūda. Sacrario: sacrariū auctore Vlpiano locus ē in quo sacra reponūtur. qđ etiā in aedificio priuato eē pōt. qđ si legas ex secretario & intelligas ex
Secretariū. repositorio rerū secretarū: quae dictio latina ē & a latinis scriptoribus usurpata. Apuleius in cosmographia secretaria terrae appellat occultoria & secretiora sub terrā loca. & Iosephus cuius interpres ē Ruffinus luculentus scriptor li. xviii. antiqtatū. sic ait Philonē ex secretario Caius iubet excludi absentēq; fieri. Protulit. deprompsit: eduxit.

Tā infeste: tā inimiciter. Secessus: qñ relicta urbe secessū cāpaniae petiit: & mox capreas se ꝓtulit. Abfuit ab urbe morā trahēs in secessu capreарū. Aduentus sui: dū diuulgat se aduēturū Romā: ut praesens celebret maternas exeqas. Corrupto & tabido corpe. solēt cadauera citissime putrescere & tabida fieri hoc est tabe corrūpi
Corpus. Tiberius ut corpus matris defūctae fieret putridius nō ꝑmiserat sepeliri: dū se quoq; uelle funeri exeqisq; maternis
Alexādri interesē denūciat: ecōtrario in Alexādro magno. id fuit admirabile: q corpus eius exanimū septē dies iacuit in solio
nō tabidū. aestu solis feruētissimo: nulla tm̄ tabe. ne minimo qdem liuore corruptū: rigor quoq; q constat ex spū: ut inqt Curtius nō destituerat uultū. Cōsecrari: inter diuas referri ꝑ apotheosim: sic eīm deificationē graeca dictione noiamus
Apotheosis.

M. AN. Ad simultatē: iurgiū & contentionē: ut Donatus ĩterpraetatur: Teren. age mitto iperiū nō simultatē tuā uereri: Festus simultatē odiū eē ait: atq; excōtrario sensu nomē factū: qa minime sint simul q eā exercēt: q̄q̄ & a simulatiōe nō negat nomē factū uideri posse. Allegeret: asciseeret. Albo in quo iudicū noia referebantur.

Extortū id sibi a matre: sed inuito id datū. In tolerātia: intolerabili & difficili natura. Eius: Tiberii. E sacrario: ex sacrorū repositorio: ac ꝑ hoc sanctiore secretioreq; loco: sed quidā secretario habent a quo analogiae ratio nō abhorret. Custoditos in praesentē usum asseruatos. Exprobratos: ꝓbri loco recitatos. Tam infeste: inimico animi. Secessus: qđ tam diu ab urbe abfuisset. Aegre languētī: infirmae: grauiter affectae. Aduentus sui ad urbem reditus: quasi eius exequiis affuturi. Tabido: tabe infecto: ac corrupto. Cōsecrari: ullis sacrorū cerimoniis insigniri: ut neq; tēpla: neq; arcae: neq; flamē: neq; aliud qcquā in defūctae memoriam constitueretur.

PHI. Id mādasset: scilicet ne consecrarē & diuinis honoribus honestaretur. Pro irrito: ꝓ uano & nō rato: cum testamentum extremaq; uoluntas testatoris rata & firma esse debeat. Funeris sui cura: libro. xi. ffoꝝ. titulo de religiosis. scriptum legimus: funus eum facere oportere quē decedens elegit. si autem de hac re defunctus non cauit: nec ulli delegatum hoc munus est: inscriptos haeredes ea res constringit: sumptus funeris arbitrantur pro dignitatibus ac facultatibus defuncti. & ille qui funerauit ex praetoris edicto persequi potest. id quod impendit.

Antilia
Anticyra.

In antiliam cōdēnato: Antilia nomē est urbis Italiæ: cuius uestigia adhuc uisunt: haud ꝑcul a Derthone: q̄dā codices habent Antycirā. ē aūt antycira insula ad sinū iacens maliacū & oetā montē: cuius meminit Strabo in.ix. ubi auctore Plinio helleborum tutissime sumit. est & antycira ciuitas: iuxta cirrham in phocide regione in corinthiū uersa sinum: quid si legas in latomiā: sicut legi in codice sinceriore non absurde leges. & ita ipse legendum duco: cum talis lectio cum Tranquilli sententia & latinitatis elegantia conueniat. erat autem latomia locus in carcere romano: iuxta Tullianum sicuti indicat Marcus Varro in primo de latina lingua. de quo Liuius libro ab urbe condita. xxxvi. sic scribit triumuiri carceris latomiarū intētiorem custodiam habere iussi. In has latomias siue latomiam utroq; enim modo dicitur. condēnatus fuerat a Tiberio uir equestria ordinis ob amicitiam maternā. dicebatur autem latomia: quia ibi lapidicinæ fuerunt. nāq; generali uocabulo latomiæ appellantur lapidicinæ hoc ē loca cædendis lapidibus accōmodata: ad quas damnari solebant. hii qui in opus metalli dānabātur: cuius pœnæ mentio fit apud iurisconsultos. ff. de pœnis. & apud Plau. i captiuis tindarus in latomias lapidarias ab egione dānatur.

Latomia.
Latomiæ.

equestris ordinis uiro: & in Antiliam condemnato.

De crudelitate & odio eius contra filios.

Filiorum neq; naturalē Drusum: neq; adoptiuū Germanicū patria charitate dilexit: alterius uitiis infensus. Nam Drusus animi fluxioris remissiorisq; uitæ erat. Itaq; ne mortuo quidem perinde affectus est: sed tantū non statim a funere ad negociorū cōsuetudinē rediit: iustitio lōgiore inhibito. qn & Iliensiū legatis Paulo serius cōsolātib⁹ quasi obliterata iā doloris memoria irridēs se quoq; rñdit uicē eorū dolere: q egregiū ciuem Hecto. amisissent.

Locus Sabini.

Sene. lib. ix. declama. signat Sabinum in latomias fuisse dānatum qui a reo rogatus: ut in latomias transferretur festiuiter dixit: nec nunc quēquā nostrum decipiat nomen latomiæ: illa animo mea lauta est. Iocabatur in miseriis ac periculis suis. Præterea latomiæ carcer est syracusis lingua siculorum: ut docet Asco. pedianus in eas latomias sicuti eleganter scribit Cice. in ora. de suppliciis. si qui publice custodiendi erant ex omnibus oppidis Siciliæ deduci imperabātur. In latomias uerres multos captiuos ciues. Ro. coniecerat opus erat regum atq; tyrannorum ingens ex saxo in mirandam altitudinem depressum.

Naturalis filius.
Naturales patres.
Neoterici.
Fluxi.
Fluxuræ.

Neq; naturalem Dru. quem Tibe. ex aggripi. uxore sustulerat: attende naturalem filium dici ab historico legitimū. & ita a iurisconsultis frequenter dici obseruauimus patres naturales; qui uulgo legitimi dicuntur quāuis neotericoteri hoc est recentiores naturalem filium appellent; qui ex concubina genitus est. Isydo. naturales inqt filii dicuntur ingenuarū cōcubinarū quos sola natura genuit non honestas coniugii. hoc idem traditur. xxxiii. questiōe. iiii. canonicorū decretorū. Alterius uitiis. s. Drusi filii naturalis. Animi fluxioris: effœminationis molliorisq;. scribit Pli. Dru. hunc non alia magis re q̄ uinolētia regenerasse patrem Tibe. fluxi dicūtur libidinosi molles effœminati. Martia. cōcubino cū sis eutratior fluxo. Cipria. usq; ad hoc uenimus: ut in cōparatione fluxorū de sanctorū uirtutibus disputemus. Idem fluxuras libidioes uocat scribens castitatem esse exarmaturā fluxurarum.

Remittere animum.
Remissior uita.
Perinde.
Tantū nō.

Remissioris uitæ: remittere animū relaxare est; quāuis dicat musonius remittere animum. idem esse qđ amittere. Inde uita remissior; quæ ociosior solutiorq; est. Perinde affectus: nō multum; neq; intemperanter doluit; neq; immodice ex drusi obitu. de utroq; filio Tiberii hæc orosius filios suos Drusū & Germanicum: quorū drusus naturalis Germanicus adoptiuus erat manifestis uenenis perdidit. Perinde autem multum & ualde quādoq; significat: in quo significatu alibi quoq; usurpatur a Tranquillo: cum ait Galba. Quare eius aduentus non perinde gratus fuit. Sed tantū non: quidam ita interpretantur; quod Tiberius quāuis non multum quidem doluerit de morte filii drusi. tamen hoc indicium luctus exhibuit; q non statim rediit ad negocia peragenda. Sed si hæc particula tantūnō significat etiam: ut alibi diligenter explicauimus: alius erit & uerior sensus: ut dicat Tiberium adeo nullum dolorem cœpisse ex obitu filii: ut etiam statim post funus redierit ad pristinam consuetudinē: inhibueritq; indici longius iustitium. pensitatores litterarum acriores talia pensitant solerter & diligenter.

Asinius. Pollio.

Negociorum consuetudinem: Asinius Pollio declamauit intra quartum diem q̄ filium amiserat. Idem Augusto rescripsit. Eo die cœnaui quo filiū amisi. O magnos uiros qui fortunæ succumbere nesciunt. nescio tamen an tales sint laudandi; qui affectioni naturali repugnant ex eo gloriolam aucupantes.

M. AN. Id: post mortem consecrari. Amicitias & familiaritates: amicos & familiares. Afflixit: ignominia ac clade affecit. Antiliā: insulam credo: sed ubi legerim memoria: puto lapsus non teneo. Tu uide ne anticyram sit potius legendū. Herodo. athillā urbē in ægypto celebrat. Pli. uero Antissam Lesbo insula ait auulsā. Naturalē: Drusū ad germāici differentiā quē in filiū adoptauerat. Animi fluxiori: inuitia ꝓniori: ac p hoc luxuriosi & imoderati Vir. Exerce impia & ramos cōpesce fluētis. i. luxuriātes. Remissioris: qđ ꝑ sūmā corpis inertiā uoluptati & ocio eēt deditus: ut magis cū Plinio cōueniat: q Apitiū scribit druso nō sine pr̄is indignatiōe ganeæ precepti blāditū Cice. ꝑ pisone cū remissis iucūde cū senibus grauiter. Peride multū. Affectus dolori succubuit.

Sed tm̄ nō stati. q. d. i eo tēpauit: qđ oō ab illius funere reuersus ꝑtinuo ꝯuerterit se ad publica negocia obeūda.

Iustitium.
Ilium.

PHI. Iustitio inhibito: iusticium dicitur luctus publicus sicuti docet Fulgen. placiades: quod indici solebat in reipu. calamitatibus. Liui. tabernæ circa forum clausæ: iustitiumq; in foro sua sponte cœptum priusquam indictum. Item iustitium per aliquod dies seruatum. idem ostendere uolens iustitium sublatum finitumq; ait: ut Ro. reditum est; iustitium remissum est. A. Gel. libr. xix. iustitium interpretatur iuria quasi interstitionē quādā & cessationem. Tibe. noluit seruari iustitium longius propter obitum filii. Iliensium: troianorum duplex fuit iliū nouum & uetus. Quod Hectorem amisi. uolens Tibe. irridere serotinam nimis & tardam iliensium consolationem: non inurbane respondit se quoq; uicissim dolere de Hecto. obitu; qui mille annis ante occubuerat.

Obtrectare
obstrigilarꝰ
El uer e eleuare.

Germanico:adoptiuo filio. Obtrectauit:obtrectare est cõtra alienã sententiã tractare:& ob id obstare obsistere:& ut ueteres dixerunt obstrigilare. Eluceret:dilueret atq; refelleret. uidetur legendũ potius esse eleuaret:qđ uerbũ uetus est:& eleganter a ueteribus in huiuscemodi significatione usurpatur. est eñ eleuare res gestas uerbis deprimere & uero minores facere:ac ꝓ nihilo habẽdas ostendere. super quo uerbo nõ pauca scripsimus enarrãtes illud Prop. Eleuat assiduos copia longa uiros apud Liui. Q ui. Fabi. res gestas a Sipio. in hispania eleuauit:hoc est depressit. Q uinti. eleuata testimonia uniuersarũ simul gentiũ ab oratoribus testaꝰ in. v. de huius uerbi significatu sic scribit Agre. eleuamus & q̃ in altũ tollimus:& q̃ alleuiamus & leuiora facimus. Immẽsã famẽ:solebãt. Alexandrini aegyptiiq; Romae annona laboranti suppeditare frumẽta & ppl'z pascere:eratq; Alexan. subsidium Ro. reipu. frumentarium. foelicitatis autẽ tantae parens est nilus:cuius inũdatione pinguescit aegyptus adeo:ut cũ fertilissimis terris certet:& sicut Ioseph. Egesippusq; cõscribũt egyptus quatuor mẽsibus romanos alebat. Criminis reũ:Piso factus est reus a Vitelio ueneficii. de quo inferius late dicet.

Alexãdria subsidium.
Frumentarium.

Mandata prola. tanquã Germanici mors sibi a Tibe. mandata fuisset.

Nisi ea secreta:sensus ẽ. Piso diuulgasset mãdata Tibe. de germanico necando. nisi id obstrinisset: ꝙ erant secreta & nullo teste ꝓbari potuissent. Tibe. eñ Pisoni soli solus talia mãdauerat:ne res fieret palã. Multifariã. ꝑ saepe & pluribus i locis. Increpitũ: castigatũ repħensũq;:& ad Tibe. potius referendũ q̃ ad Pisonẽ. Redde ger. haec erat acclamatio ppl'i nocturnaq̃ desideriũ defũcti germaici testabaꝰ.

Germanico usq; adeo obtrectauit:ut etiã ꝓclara facta eiꝰ ꝓ supuacuis eleuaret:& gloriosissimas uictorias:ceu dãnosas R.P. increparet:qđ uero Alexadriã propter immẽsam & repentinã famẽ incõsulto se adisset q̃stus ẽ in senatu:etiã causa mortis fuisse ei ꝑ Cn. Piso. legatũ syriae creditur: quẽ mox huius criminis reũ putãt qdã mãdata ꝓlaturũ: nisi ea secreta obstarent: per q̃ multifariam increpitum:& ꝑ noctes creberrime acclamatũ ẽ: redde germanicum: quam suspitionẽ confirmauit ipse postea: cõiuge etiam: ac liberis Germanici crudelem in modum afflictis.

De crudelitate & odio eius contra nurum.

NVrũ Agrippinã post mariti mortẽ liberiꝰ qddã q̃stã manu apprachẽdit graecoq; uersu: si nõ dñaris inqt filiola iniuriã te accipere existimas:nec ullo mox sermone dignatꝰ ẽ. Q uõdã uero inter coenã porrecta a se poma gustare nõ ausã etiã uocare desiit: simulãs ueneni se crimine arcessitã: quũ ꝓstructũ utrũq; cõsulto eẽt: ut & ipe tẽtãdi grã offerret. & illa q̃si certissim exitiũ caueret. Nouissie calũniatꝰ mõ ad statuã Augusti: mõ ad exercitꝰ confugere uelle pãdatariã relegauit. Cõuiciãtiq; oculũ per Cẽturionẽ

Vocare
Vocatores
Vocatiões

Mariti:germanici. Q uidã quę. cũ nescio qđ de Tibe. eẽt cõquesta. Martia. cum Etiã uo:desiit:ad coenã. f. & prãdiũ ẽ ei uocare uerbũ peculiariter accõmodatũ cõuiuis inuitãdis. Martia. cum uocor ad coenã:nõ tam uenalis ut ante. inde uocatores dicti q ad coenã ꝓuictores noie pricipis inuitabant. idẽ in carmie faletio. Iã dices mihi uapulet uocator:& uocatiões ipse iuitatiões noianꝰ. Catu. Q uerũt in triuio uocationes. Acersita:legẽdũ est arcesitũ:nõ aũt acersitã:ut sit sensus:iõ Tibe. desiit uocare ad mẽsam nurũ Agrip. fingẽs se ab illa accusari insimulariq; crimie ueneni. arcescere aũt accusare ẽ:qđ ab arceo nascit. etẽ aliũ accusare a maleficis arcere ẽ:accersere uero signãt auocare scri:Prisci. i.i. q:antiq̃ssimi ꝓ ad freq̃ntissime arponebãt dicẽtes aruenas & aruẽtores ꝓ aduenas & aduẽtores. unde arcesso ab arceo uerbo qđ nũc accio dicimus cõpositũ esse autumat.

Arcessere.
Accersere.
Pro ad ar.
Aruenae.

M. AN. Iustitio inhibito:qđ in hmõi casibus ad publicũ merorẽ testãdũ indici cõsueuit. Iliensiũ legatis exilio ad hoc ipm missis:ut illis dolorẽ quẽ publice & ꝓuatim ilięses cœpissent qđ filio unico priuatus eẽt coram testarenꝰ. de receẽtioris ilii sede Stra. qdẽ multa. Oblitata:oblitiõ i data. Q đ Hectorẽ amisisset:satis urbane intẽpestiuũ iliensiũ redarguit officiũ. Supuacuis:parũ cõducibilibus. Eluceret:in nihilũ redigeret. Alexãdria:qđ & syria in aegyptũ pẽdisset. In cõsulto sese nõ prius auctore facto. Per Cn. Piso. pisonis ministerio Huius crimis:Pli. extat ait oro uiteliiq̃ reũ Piso. eius sceleris: arguit hoc usus argu. paláq; testatus nõ potuisse ob uenenũ cor Germanici Cae. cremari. Mãdata:q̃ a Tibe. accepisset de morte germanici. Prolaturũ:in aptũ relaturũ. Ea secreta:nisi illa obstaret difficultas qđ id sibi mãdatũ ꝓbare nõ posset:uel qa secreta ꝓncipis ꝓferre nõ liceret. Acclamatũ:nocturnis clamoribus ingetatũ. Redde ger. restitue ppl'o quẽ fraude sustulisti. Nurũ agrip. adoptiui filii cõiugẽ. M. Agri. & Iulia genitã. Liberius audacius. Graecoq; uersu:carmẽ:neq; apđ Euripidẽ:neq; Sophoclẽ:neq; Homerũ:neq; aliorũ quẽpiã:nisi me tumultuaria:inqsitio fefellit reperio. Crimine ueneni:q̃si ueneno nurũ petiisset. Praestructũ:ꝓsulto factũ. Vtrũq;:ut is uenenũ si ꝓcederet illi daret illa ut uenenũ tãquã certũ exitiũ caueret.

Calũniari.
Ad statuã cõfugere.

PHI. Calũniatus:calũniari ẽ falsa crimina sciẽter intẽdere. unde calũniatus falso crimiatus ꝑ calũniã. Ad statuã Augusti:liceat inqt Seneca seruis ad statuã cõfugere: quãto magis hoc licere debet liberꝭ & ingenuis apud iuriscõsultos frequẽter legimus seruos ad statuã pricipis tãquã unicũ suffugiũ solitos cõfugere ad euirandã saeuitiã dñorũ intolerabilẽ. Vlpianus scribẽs ad aedilitiũ edictũ arbitraꝰ eũ seruũ minime esse fugitiuũ:qui ad statuã Caesaris cõfugerit. Calũniabaꝰ Tiberius Agrippinã:ꝓpterea ꝙ ad Augusti Caesaris statuã cõfugere destinasset tanquã serua esset. & ita uellet saeuitiã Tiberii tanquã dñi intolerabilem subterfugere. Modo ad exercitus:tanquã imploratura auxilium militare aduersus ipsum Tiberium:ut seditionem concitaret. Pandatariã:insula est in mari tythreno:cuius sic meminit Marcianus in geometria. ultra tyberina hostia in formiano põtiae pandateria:prochyta aenaria inarime a graecis dicta. de hac Plinius in. iii. in puteolano sinu pandataria est. Conuicianti:Agrippinae conuitia & probra in Tiberium ingerenti.

Pãdataria.
Prochyta.

uerberibus excussit. Rursus mori inedia destinanti per uim ore diducro infulciri cibum iussit: sed & pseuerantē atq; ita absumptā criminosissime insectatus est: quum diē quoq; natalem eius inter nefastos referendū suasisset: Imputauit etiaʒ q̄ nō laqueo strangulatam in gemonias abiecerit: proq; tali clementia interponi decretuʒ passus est: quo sibi gratiæ agerentur: & Capitolino Ioui donum ex auro sacraretur.

De crudelitate & odio eius contra nepotes.



Vum ex germanico tres nepotes: Neronem. & Drusum: & Caium: ex Druso unū Tiberium haberet: destitutus morte liberorum maximos natu de germanici filiis Neronem & Drusum. P.C. commendauit: diemq; utriusq; tyrocinii cōgiario plebi dato celebrauit: sed ut cōperit ineunte anno pro eorum quoq; salute publice uota suscepta egit cū senatu nō debere talia præmia tribui: nisi expertis & ætate prouectis: atq; ex eo patefacta iteriore animi sui nota: oīm criminationibus obnoxios reddidit: uariaq; fraude inductos. ut & cōcitarenť ad cōuitia & cōcitat. pderenť: accusauit p litteras amarissime cōgestis etiā pbris & iudicatos hostes fame necauit: Neronem in insula pōtia. Drusum in ima pte palatii putāt Neronē ad uolūrariā mortem coactum: quum ei carnifex quasi ex senatus auctoritate missus

Verberibus: uerbera nō solū dici prouerberatione ipsa: sed etiā pro instrumento accipi acōmodato uerberationi indicat Quintil. in declamationibus sic scribens ignes ex proximo raptos: uerbera quæ casus obtulerat inuado. — Verbera.
Mori inedia: sibi abstinentia: quibus autē mori inedia consilium est septimo demū die mortem oppetunt: sicuti Varro & Gellius de septēnarii numeri potestate scribentes significant. idem quoq; Plinius in. xi. testatur his uerbis. homini nō ante diem septimū letalis inedia. — Inedia.
Diducto: patefacto. diducere enim diuidere est. — Diducere.
Infulciri: immitti per uim & inculcari. — Infulciri.
Perseuerantem. in proposito ut cibo abstineret & inedia conficeretur.
Inter nefastos: attende nefastos dies dici a Trāquillo atros & ominosos aduersus Gellii sententiā scribentis a uulgo imperite nefastos dici dies: quos atros ipse appellat & ominosos. sed de his abūde superius dictū est. — Nefasti dies.
In gemonias: gemoniæ scalæ dicebanť ad quas corpora dānatorum tracta præcipitabantur: quod plane dedecorosum erat defuncto: sicut & unco trahi. crebra est mentio apud ueteres scriptores gemoniarum. Corne. Tacitus. tunc confossum collaceratumq; & abscisso capite truncum corpus Sabini in gemonias trahunt. Plinius in. viii. tradit canem a corpore serui Sabini nō recessisse abiecto in gradibus gemoniis. Valerius in vi. capite de seruitute scribit hæc. libertatem ademit spirituʒ extinxit corpus cōtumelia carceris & detestanda gemoniaruʒ scalarū nota fœdauit apud Tranquillum frequens est mentio gemoniarum: quas quidam a conditore nominatos opinantur: sed cum nulla auctoritate id fulciať: ego potius cōiecto ex eo appellatas: q̄ locus erat gemitus & calamitatum. — Gemoniæ quid.
Sibi gratiæ agerentur: tanquam clementissimo q̄ nō affecerit nurum atrociore supplicio & morte laquei fœdiore. Infamissima enī mors erat eorū: qui laq̄o uitā finiebant & in pontificalibus libris cautū fuerat: ut tales insepulti abiicerenť. unde & Virgi. tale genus mortis eleganter appellat informe cū ait. Et nodū informis lethi trabe nectit ab alta. — Infamissima mors. Suspēdiosi.
Destitutus: orbatus desolatus.
Die tyrocinii: quo sumpta toga pura in forū deducti sunt. Relege quæ cōmētati sumus in Augusto sup die tyrocinii.
Congiario: dono iperatorio.
Ineunte anno: kal. Ianuarii. illo enī die uota suscipiebantur: quoniā principio anni: (ut inquit Ouidius in primo fastorum.) templa patent auresq; deum: nec lingua caducas concipit ulla præces: dictaq; pondus habent.

M. AN. Calūniatus: falsa crimiatiōe isectatus. Ad exercitus: qbus germanicus pfuerat: hicq; fuit calūniæ pretextus Pādatariā insulā q̄ in puteo. ut scri. Pli. iacet sinu. Cōuiciādi cōuitiū illi faciēdi. Per cētu. Cēturiōis ministerio. Verberibus: ex iis est: q̄ a gignēdi casu ut focas ait sumūt declinatiōis exordiū: ut uerberis frondis remigis. Diducto: ui adaperto. Infulciri: ingeri: inculcari: nō ut uiueret uerū: ut diutius torqueret: sed acerbissima est crudelitas: ut Anneus Sene. ait. Quæ trahit pœnam: estq; interdū misericordiæ genus cito occidere. Ita absumptam: inedia extinctā. Inter nefastos: si nefastos. ut Macro. accipit exponas inter festos dixeris referri uoluisse: quia nefastus sit idem qui & festus. sed hoc loco nefastū p infausto & nefario quales erant postridiani dies rectius interpretabere in quē plane sensum: Acron quoq; horatianū illud intactū nefasti linquimus accepit. Nefastos dies enī littera notari solitos festus pdidit. Imputauit: suæ clemētiæ datū uoluit. In gemo. scalas. s. quo dānati unco tracti abiicebanť. Diē utriusq; tyrocinii: quo primū inforū sunt deducti. Ineunte anno: initio anni.

PHI. Pro eorum salute: uota suscipiebantur ex more kalendis Ianuarii pro salute imperatoris: sed cum pro salute quoq; filiorum germanici suscepta fuissent indoluit Tiberius: perinde ac specimen id foret maximum illos Romanis esse carissimos. Talia præmia: tanquam uota publice suscipienda non sint pro salute cuiuspiam: qui sit inexpertus & adolescens. Patefacta nota: detecto liuore & odio quo prius occulto & intra anni penetralia recondito nepotes persequebatur. Obnoxios: suppositos atq; subiectos.

Concitarentur ad conuitia: fraudulenter & dissimulanter agebat Tibe. ut nepotes quos perditos cupiebat incitarentur ad conuitia: & maledicta in se dicenda: ut mox sub prætextu lesæ maiestatis imperatoriæ supplicio dederentur. Probris: probra nominamus flagitia atq; dedecora: & pro conuitiis accipi testis est Liuius qui sic ait. Ingerūt pbra. Præterea probrū stuprū ueteres appellauere. — Probra.
Fame: genus hoc mortis miserrimū est si credimus Camœnis græcis. ita clamitātibus λιμωοικτιστον θανειν. idest fame mori miserrimū est. Pontia: Pli. in. iii. pontias pluratiuo numero appellat. sunt autē pontiæ aduersum formias in mari ethrusco. In ima: infima. — Pontiæ.

laqueos & uncos ostentaret. Druso autem adeo alimenta subducta: ut tomentum e culcitra tentauerit mandere. Amborũ sic reliquias dispersas: ut uix q̃nq; colligi possent.

De eius crudelitate contra amicos.

[S]Vper ueteres amicos ac familiares uiginti sibi e numero principum ciuitatis depoposcerat: uelut consiliarios in negociis publicis. Horum omnium uix duos aut tres incolumes prestitit. cæterosq; alium alia de causa perculit: inter quos cum plurimorum clade Elium Seianum: quem ad summam potentiam: non tam beniuolẽtia prouexat: q̃ ut esset: cuius ministerio: ac fraudibus liberos Germanici circumueniret: nepotemq; suum ex Druso filio naturali ad successionem imperii confirmaret.

Laqueos & uncos: tormentorũ nomina sunt. nam & laqueo strangulabant & unco trahebant: sicuti olim acclamatũ est a senatu in Cõmodũ imperatorẽ qui senatũ occidit unco trahat: qui oẽs occidit unco trahatur: qui tẽpla spoliauit unco trahatur: & id sæpius repetitum. cum igitur carnifex instrumenta carnificinæ ostentaret credit Neronem impulsum esse ad mortem uoluntariã: ut semetipse interimeret: ne a carnifice per tormenta excarnificatus
**Tomentũ quid.** necaretur. Subducta: subtracta cibaria. Tomentum e culcitra: tomentũ dicimus id stramentum farcimenq; quo culcitræ farciunt. Festus culcitra q̃ tomento inculcatur appellata mendosi codices p tomento habent
**Culcitra.** tormento. Varro postea transierũt ad culcitras: q̃d in eas sagus aut tomentũ aliudue quid calcabant: ab inculcãdo culcitra dicta. uidetur autẽ tomentũ a
**Tomos.** τεμνω uerbo græco deriuari quod si
**Tomos ci.** gnificat incido: sicut & tomos & tomi
**Tomices.** cus restis est eni tomos particula librorum abscissa. Origenes adamãtius tertium librorũ suorũ genus tomos inscripsit: quos ut ait Hierony. nos possumus appellare uolumina & tomos in põto ciuitas ab eo dicta: q̃ illic Medea mẽbra fratris absyrti frustillatim concidit Ouidius. Inde tomos dictus locus hic: quia fertur in illo mẽbra soror fratris consecuisse sui. hinc tomices quoq; deduci uident. sunt enim restes ex canabi impolito & sparto leuiter torto. de qbus itellige locutũ esse Victru. scribẽtẽ in. vii. de architectura. asseres tomisse religãdos idẽ pbat tomices
**Tomentũ.** ex spto hispanico: sed ut ad tomẽtũ culcitræ reuertamur fiebat id ex lana alba cõcisa: q̃d ob hoc leuconicũ dicebat
**Leuconicũ** quãuis qdã a ppl̃is galliarũ cognomẽtũ istud deriuẽt. Nec tñ appellatione lanæ tomẽtũ cõtinebit: ut docet iuris
**Circense.** cõsultus li. iii. de legatis. Tomẽtũ cognomiabat circẽse ex arũdinibus cõcisis factũ: idq; stramẽtũ habebat plebeiorũ. Circẽse uocabat ex eo: q̃ in circo Rõano sternebat: illicq; egestosi acqescebãt. Sene. in li. ad Gallionẽ de uita beata. nihilo inqt miserius ero si lassa ceruix mea in manipulo feni acqescat: si sup circẽse tomẽtũ p sarcinas ueteris lintheĩ effluens incubabo. De tomento circẽsi epigrãmatarius poeta: sic inquit in apopho. tomẽtũ cõcisa palus circẽ
**Error interpretis Martialis.** se uocat. hæc p leucõnico strãmina pauper emit. error est apud Martia. interpretẽ: qui tomentũ circense a palude circensi dici arbitrat: cũ a circo Romano circense tomentũ deducat. idq; circo erat p stramento mendicorũ: namq; a circeis Italiæ nõ circẽses: sed circeienses deriuant: idq; cõfirmat auctoritate scriptorũ luculẽtissimorũ: inter quos est Liui. qui sic ait in. vi. ad hoc latini hernicíq; accesserũt & circeiẽsiũ qdã. idẽ in. viii. pretores tũ duos latini habebant. L. anniũ setinũ & L. numitiũ circeiensem ãbos ex coloniis romanis Pli. ostrea circeiẽsia noiat a circeis: ubi generosa nascebant: de quibus & Ora. dixit ostrea circeis miseni oriunt echini. M. Tul. in. iii. de na. deorũ. Circẽ quo
**Correctus.** q; coloni nostri circeienses religiose colunt: emẽdãda est obiter dictio ex libro Plinii undeuigesimo. sic eni legit gal
**Pli. locus.** liarũ hoc ad tormenta pariter inuentũ. tu corrige ad tomẽta. Mandere: significanter loquutus est: mandimus
**Mandere.** enim proprie & manducamus ea quæ dura sunt. & quæ dentibus reluctant: sicut grãmatici tradiderunt.

M. AN. Pro eorũ quoq; salute. i. nõ p se tñ. sed p illis etiã uota suscepta. Publice: publico noie. Egit cũ senatu: petiit. Expertis: uirtute aut merito aliquo pbatis. Animi sui nota: intestini odii iudicio. Oim criminationibus: oibus criminari uolentibus. Obnoxios: calũniæ & criminationibus subiectos. Ad conuitia: ut sibi quo quõ conuiciarent: reiq; fierẽt maiestatis. Accusauit: ut maiestatis reos ad senatũ p litteras detulit. Con gestis etiã probris: eorũ flagitiis & sceleribus enumeratis. Vlpia. probrũ. p infamia accipit: sed & flagitiũ significat

Pontia insula: que auctore Plinio cõtra Formianũ iacet littus. Ad uoluntariã mortẽ: mortẽ sibi ultro consciscendã. Tomentũ culcitræ. farcimen. απο του τεμνειν: quicqd eni cõciditur ad culcitrã farciendã tomẽtũ ueteres dixere Mar. Tomentũ concisa Palus circense uocatur. & rursus de tomento lingonico: Vellera lingonicis accipe rasa sagis. Eusebius Drusum ueneno ait nõ fame periisse. Culcitra ab inculcando. Varro postea q̃ transierunt ad culcitras: quod in ea sagus: aut tomentũ aliudue quid inculcabant ab inculcãdo culcitra dicta.

PHI. Amborũ: Neronis & Drusi nepotũ. Vigiti sibi depoposcerat: in hãc sñiam sic scribit Pau. orosius. uiginti sibi pricipes uiros cõsilii causa legerat Tibe. horũ uix duos incolumes reliqt: cæteros diuersis causis necauit.
**Seianus.** Perculit: afflixit: subuertit: necauit. Eliũ Seia. s. pculit. Fuit aũt Elius Seia. præfectus Tibe. tantæ oli auctoritatis apud pricipẽ: ut Cæsar appellaret sicuti tradit Diony. hũc res nouas moliẽtẽ iterfici iussit Tibe. epl̃a a capreis ad senatũ missa p Neuiũ sertoriũ Macro. unde est illud apud Iuue. Verbosa & grãdis epl̃a uenit a capreis. lecta epistola statim tribuni & milites circũsteterũt Seianũ. quẽ uinctũ uncoq; tractũ in gemonias abiecerũt. hinc illud Seia. ducitur unco spectãdus. Sene. in lib. de tranqllitate uitæ. Q uo die Seia. senatus deduxerat ppl̃s in frustra diuisit: q̃ quicqd cõgeri poterat dii hoiesq; cõtulerãt: & ex eo nihil supfuit qd carnifex traheret. scri. Iosephus. li. xviii. antiqtatum. Antoniã primã cognouisse Seia. isidias oiaq; diligẽter ad Tibe. scripsisse: & p Pallanẽ seruũ fidissimũ l̃ras de
**Antonia.** stinasse in capreas ad Tibe. q insinuata cognoscẽs Seianũ cũ cõsciis uniuersis iteremit. Antoniã aũt quã antea uenerabilẽ habuerat uenerabiliorẽ ex eo hẽre cœpit: eiq; in oibus obediebat. Circũueniret: dolo aggrederet. Liberos ger. Nero. & Dru. quos ante dictũ est a Tibe. fuisse fame necatos. Nepotẽ ex Druso: hic Tibe. dicebatur.

In conuictores:cōuictor dicit̄ quottidianus cōuiua & q nobiscū uiuit familiariter. Ora. nunc q a sum tibi mecoenas cōuictor. Graeculos:philosophos & sophistas:de qbus iam dictū est. Dialectos:loquēdi genera graeci dialectos uocāt:ut docet Quinti. in pmo. quae illis plura sunt. nā linguas qnq; habēt Ionicā:Doricā:Atticā:Aeolicā:& cōmunē Iuxta has latina uerba cōprehensa intelligunt:ut scienter pensitat Diomedes in secundo. Dorica autē lingua:quae graece doris dicit̄ in primis breuitati studet:qua Pelasgi sunt usi & Lacones excelluere. auctor Herodo. in Clio. Strabo lib. viii. geogra. Doricā asserit tandē esse: quā Aeolicā:eaq; usos esse: oēs ferme populos extra

Cōuictor.
Dialectos.
Liguae graecorū qnq;.
Dorica.

## De crudelitate & saeuitia eius contra grammaticos & magistros.

Nichilo lenior in conuictores graeculos: quibus uel maxime acquiescebat: zenonem quendam exquisitius sermocinātem: quum interrogasset quaenam illa tam molesta dialectos esset: & ille respondisset Doridem: relegauit Cynaram: existimans exprobratum sibi ueterem secessum: q Dorice Rhodii loquantur. Item quum soleret ex lectione quotidiana quaestiones super coenam proponere. Et comperisset Seleucum grammaticum a ministris suis perquirere: quos quoq; tempore tractaret auctores: atq; ita praeparatum uenire: primum a cōtuberino remouit. Deinde etiam ad mortem compulit.

## De crudelitate eius in iuuentute.

Saeua ac lenta natura: ne in puero quidē latuit: quā Theodorus gadareus Rhetoricae preceptor: & prospexisse primus sagaciter: & assimilasse aptissime uisus est: subide in obiurgādo appellās eū: πηλον αιματι συμπεφυρμενον. i. lutū a sanguie maceratū: sȝ aliquāto magis in pricipe eluxit etiā iter ītia: quū adhuc fauorē moderatiōis

isthmū habitantes. cū autē tria forent genera oratorū Attici: Asiani & Rhodii: Rhodios Dorica ligua usos esse tradunt. q medii erāt inter Asianos & Atticos: ex utroq; cōmixti: apud Rhodios cōplures extitere circa philosophiā & artes igenuas peritissimi. Sensus Trāquilli hic est Tiberius Zenonē relegauit in insulam Cinarē: Propterea q cū eū interrogasset: quae nā illa ligua graeca esset: qua ille exquisitae nimis accurateq; sermocinabat̄ respōderat eē linguā Doricā. existimauit eni p hanc responsionē sibi a graeculo exprobrari secessū illū: ac poene exiliū: quando rhodi diu mansitauit. namq; Rhodii Dorica dialecto & lingua loquuntur.

Tria genera oratorū.

M. AN. Principū: qui primi senatorii ordinis erant caedis huius senatoriae: & eqstris ordinis. Eusebi. mēinit Perculit cōcussit: metu defixit. Lucanus: tū saeuus perculit horror mēbra ducis. Eliū seianū: Eusebius: Seianus Tiberii praefectus: q apud eū plurimū poterat. sed Iuue. multo plura. Nepotēq; suū Tiberiū Drusi filium adulterio natum. Conuictores: cōmessatores: aut certe una cū eo domi agētes. Quibus: quorum consuetudini colloquio consiliis. Exquisitius: accuratius. Dialectos: loquendi idioma: est enim dialectos linguae proprietas: quadrifariamque a graecis diuisa ratio. Est enim αρκδειο διαλεκτοσ actica lingua: siue loquendi proprietas est: & δωριο: ιασ: και αιολισ: Dorica: Ionica: & Aeolica. Strabo plane demonstrat Ionicam ab attica illa prisca olim fluxisse: Doricamq; ab Aeolica: Iones namq; acticam incoluere. immo ipsi accolae olim Iones dicti: & quae extra isthmum graeciam habitarunt praeter Athenienses: Megarenses: & ipsos parnasi incolas dorienses: Aeoles uno nomine dicti sunt: quo apparet duas ab initio fuisse linguas: Priscam: Atticam: & Aeolicam: a quibus totidem postea fluxerunt: Ionica & Dorica. Doridem: dialecton ad Rhodum: scilicet alludens: ubi dorice loquebantur.

PHI. Cynaram: nomen est insulae: cuius meminit Plinius in quarto. Ex lectione quottidiana: genus exercitationis non improbandum quo Tiberius utebatur: ut scilicet in coena proponeret quaestiones discutiendas ex his rebus quas singulis diebus lectitabat. ita paratior ueniebat ad differendum: & ea firmius memoriae mandantur: quae post lectionem disputantes retractamus.

Cynara.

Quoq; tempore: quocunq; die & hora. A contubernio: a contubernalitate: ut Cypriani uocabulo utar. de contuberino autem & contubernalibus in principio commentariorum satis multa.

Theodorus gadareus: Theodorus orator q aetate Strabonis floruit fuit ex gadaribus: q ciuitas Syriae est: nō lōge ab ascalone. uerum maluit dici Rhodius Theodorus q̄ Gadareus. a quo sectatores theodorei sunt appellati. Theodori auditor fuit Hermagoras. hunc Theodorum: ut ait Q. uintil. in tertio. studiose audiuit Tiberius Caesar: cum in insulam Rhodon secessisset. Subinde: idētidem frequenter. In obiurgando: more boni preceptoris: qui erga discipulos animum parentis sumere debet eorumq; uitia castigare. uerum ut precipit Q uintil. in bono doctore nō erit austeritas tristis non dissoluta comitas: ipse nec uitia habebit. nec feret.

Theodori
Subinde.

Lutum a sanguine maceratum: hoc interpretamentum est Theodori obiurgationis. per lutum lenta natura: per sanguinem saeuitiam Tiberii significatur. unde sagaciter uidebatur Theodorus expressisse per hanc similitudinem mores naturamq; Tiberii. Eluxit: resplenduit: apparuit saeua natura. ab eluceo formatum preteritum est. alias ab elugeo deducitur: ut illud apud Ciceronem eluxi obitum reipublicae magis q̄ mater unicum filium: & apud Liuium inquit. L. Valerius tribunus: quid aliud in luctu foeminae q̄ purpuram: aut aurum deponunt quid aliud cum eluxerint sumunt.

Elux.

Assimulatione: dũ simulat se modestiá colere: quæ totius uitæ extollit ornatũ: ut decenter inquit Ambrosius in primo de officiis. sed ut ait Cicero nihil simulatũ potest esse diuturnũ: ideoq; Tiberius omissa simulatiõe rediit ad

βωμολοχοσ.

naturá sanguinariá. Scurrá: græci βωμολοχουσ dicunt quos latini scurras. de βωμολοχου etymo & significatu docte copioseq; scribit Suydas in etymologico uocabulũ autẽ scurræ Verrius tractũ esse ait ex græco: qđ est

Scurra unde

σκιρταειν: quod latine significat lasciuire. uerũ fallit Verrius scurra eni latinũ nomẽ est: & a sequendo formatũ. nãq; id genus hoies sequi solent opulentiores causa aliquid ꝓmerendi. a scurra fit uerbũ scurror scurrilitas & scurrilis. Ioci autẽ scurriles debent abesse a uiro graui. Clare: clara uoce cunctis audientibus. Mortuo mádarat: tanquá scurra scurriliter hoc mádatũ dederat defuncto pretereũti ad Augustũ ꝑferendũ: q. s. legata nondũ a Tiberio redderent plebeiis: quæ ille in testamẽto legauerat & ita dicaciter momorderat Tiberii auariciá: ex qua loquendi libertate sibi mortẽ cõparauit. Debitũ: legatũ ab Augu. relictũ: qđ scurra dixerat nõdũ reddi. Patri: Augusto.

assimulatione captaret. Scurram qui pretereunte funere: clare mortuo mandarat: ut nunciaret Augusto nondum reddi legata: que plebeis reliquisset: ad tractum ad se recipere debitum: duciq; ad supplicium imperauit: & patri suo uerum referre. Nec multo post in senatu Pompeio cuidam equiti Ro. quiddam pernegant: dum uincula minatur: affirmauit fore: ut ex Põpe. põpeianus fieret acerba cauillatione simul hominis nomen incessens ueteréq; partium fortunam.

De crimine lesæ maiestatis atrociter acto.

Sub idem tempus consulente pretore: an iudicia maiestatis cogi iuberet: exercendas esse leges respondit: & atrocissime exercuit statuæ. quidam Augusti caput dempserat: ut alterius imponeret. Acta res in senatu. Et quia ambigebatur per tormenta quesita est: damnato reo paulatim genus calumniæ eo processit ut hæc quoq; capitalia essent circa. Augusti simulachrũ seruum cæcidisse: uestem mutasse: nummo uel annulo effigiem impræssam

Verũ referre: quẽadmodũ ipse scurra legatum pro rata accepisset a Tibe. Quiddá ꝑneg. petebat nescio qđ a Põpeio. Tibe. ille ꝑtinaciter in negando ꝑseuerabat. Ex Põpeio põpe. notũ est põpeianá factionẽ põpeianosq; oĩs infensos fuisse Cæsa. Cæsareæq; familiæ: quorũ partim interfecti: partim in exiliũ missi sunt. hinc Tibe. alludens ad nomen dixit Põpeium illum: q sibi aduersabat futurũ Põpe. hoc est iri electũ interfectũue: sicut acciderat tẽporibꝰ Iulii Cæsa. Põpe. sectatoribus q; Põpeianæ factionis. Incessens: mordens & dicaciter inuadens. Veterẽ for. calamitatẽ & infortuniũ partiũ Põpeianarũ. Cauilatione: irrisione alio noie dicit cauillum. Apule. scitum est cauillum.

cauillatio.
Cauillum.

M. AN. Cynaram: unam ex cycladibus inter sycinũ & gyarũ. Veterem secessum: Rhodiacum: in quo relegato similis diu inuitus fuit. Ex lectione quotti. quam diebus singulis tractaret. A contubernio: domestica consuetudine. In puero: puerili & tenera ætate: Quintil. ait Tibe. nõ puerum operá dedisse Theodoro gadareo sed rhodiaci secessus tẽpore. Theodorus gadæ qui & rhodius est dictus. idem Fab. Theodo. inquit Gada. q se dici maluit rhodiũ. Assimilare optima usus similitudine. πηλον αιματι συμπεφυρμενον: lutũ sanguie maceratũ. Ingeniũ lentũ: lentá fouens sæuitiá. Eluxit: inuito eo se ꝓdidit. Scurrá: dicacem hominẽ: ridiculisq; uerbis incessentẽ. Estq; ꝓprie scurra: q risum ab audientibus captat: haud salua ꝑsone dignitate. Nõ reddi. a Tib. Legata: q Augu. testamẽto legasset. Recipere debitũ: quod sibi deberi diceret. Patri suo: Augusto.

PHI. Cõsulẽte prætore: officiũ ꝑtoris erat præesse iudiciis & iudicũ noia sortiri: oẽsq; iudices iurabát in leges

Cogi iudicia.

preter ipm ꝑtorẽ. Iudicia maiestatis: publica iudicia sunt repetũdarũ: ãbitus maiestatis & id genus alia cogi aũt iudicicia dicũt a ꝑtore: qñ iudices ad iudicádũ cõgregant atq; cõueniũt. itidẽ dicimus coactus est senatus: & illud

Leges dñæ
Magistratus mistri.

tityre coge pecus. Exercẽdas leges: exercent leges: qñ sontes secũdũ ꝑscripta legũ puniunt: debẽt eni auctore Aristotele leges iperare; magistratus uero esse legũ ministri. Vnde ait diuinitus Plato in. iiii. de legibus salutẽ paratá illi ciuita ti uideo: in qua lex seruiẽtibus magistratibus dñat. interitũ uero illi in q̃ nõ lex magistratibus: sed legi magistratus præsiit. Quæ aũt crimĩa ptineát ad legẽ maiestat supra dictũ ẽ & copiose scribũt iurisc. ff. ad legẽ iuliá maiestatis. Tiberius dixit leges exercendas intelligi uolens: nõ tam ex ꝑscripto & formula exercẽdas: q̃ ex libidine

Capita statuarũ ꝑmutabant.

ipsius & sæuitia distringẽdas: ueluti tela sanguinaria atq; mortifera. Statuæ caput dẽpserat: scire debes qđ apđ priscos statuæ ita formabantur: ut capita tolli & alia substitui possent: quod docet Plinius in. xxxv. cuius hæc sunt uerba. surdo statuarũ discrimine capita ꝑmutantur. hoc factũ fuerat in Augusti statua: cuius rei auctor dãnatus est

Ambigebatur. dubitabatur de auctore facinoris. Capitalia: pœna capitis puniẽda capital dici uoluerunt

Capital.
Hoies capitales.

ueteres facinus: quod capitis pœna luitur. Plautus in menechmis. iam & si capital fecerit facile asseruabis. homies quoq; & orationes capitales dici inuenies apud eruditos ꝓ flagitiosis pestiferisq; & capitali supplicio dignis. Cicc. in. v. Antonianarũ. ad quẽdá septimiũ capitalẽ hoiem collegá suũ miserat: idẽ in secũdo de officiis. capitalis oratio est ad æquationẽ bonorũ ptinens ab Oratio dicta est ira capitalis ꝓ exitiali: & & mortifera. Seruum cæcidisse supra dictũ est. ex auctoritate Senecæ: & iurisconsultorũ licere seruis ad statuam principis confugere tanquá ad

Capitalis ira capitale crimen.

asylum. unde Tiberius crimen hoc capitale idest capitis pœna puniẽdum esse uoluit: siquis dominus seruum uerberasset: qui ad augusti statuam confugisset. Vestem mutasse. Repete illud circa simulachrum Augusti. nõ eni mutasse uestem: quod rei cum suis gentilibus facere solent: erat capitale. sed id fecisse iuxta statuam Augusti. potest & hoc referri ad eos: qui interdum in foro uestem mutabát ex luxu aliaue causa. sicut ille Crispinus apud Martialem nescit cui dederit Tyriam Crispinus abollam. dum mutat cultus induiturq; nouos. Effigiem. s. Cæsaris principis. Nummo: cuius nota esset effigies Augusti.

Latrinae intulisse:hoc ex historia dictum:quam a Seneca tradi obseruauimus. sic eni scribit lib.iii. de beneficiis. Historia re
sub Tiberio Caesare fuit accusandi frequens & poene publica rabies:quae omni ciuili bello grauius togatam ciui= motior.
tatem confecit. excipiebatur ebriorum sermo:simplicitas iocantium nihil erat tutum:omnis saeuiendi placebat oc
casio. caenabat Paulus pretorius in conuiuio quodã: imaginem Tiberii in annulo habens & eminente gẽma rem
ineptissimã fecero:si nunc uerba quaesiero:quemadmodũ dicam illum matellam sumpsisse: quod factum simul:
& macro ex notis illius temporis uestigatoribus notauit:& seruus eius cui nectebantur insidiae: ei ebrio annulum

latrinae: aut lupanari intulisse: dictum ullum factum ue eius existimatione aliqua laesisse: periit deniq; & is qui honorem in colonia sua eodem die decerni sibi passus est: quod decreti & Augusto olim erant.

De atrociter gestis per eum sub specie grauitatis.

Multa praeterea specie grauitatis: ac morum corrigẽdorum. sed & magis naturae obtemperans. ita saeue & atrociter factitauit: ut nonnulli uersiculis quoq; & praesentia exprobrarent:& futura denunciarent mala.

Asper & immitis: breuiter uis omnia dicam:
Dispeream si te mater amare potest.
Non es eques: quare: non sunt tibi milia centum.
Omnia si quaeras: & rhodus exilium est.
Aurea mutasti Saturni saecula Caesar.
Incolumi nam te ferrea semper erunt.
Fastidit uinum: quia iam sitit iste cruorem.
Tam bibit hunc auide: q̃ bibit ante merum.
Aspice foelicem sibi: non tibi Romule Syllam:

extraxit:& cum macro conuitias testa=
retur admotam esse Tiberii imaginem
obscenis:& iam subscriptionem cõpo
neret ostendit in manu sua seruus an=
nulum. hactenus Seneca: ex cuius uer=
bis patet quẽadmodũ capitale erat in
tulisse effigiem principis obscenis lo=
cis:siue illa esset in annulo: siue in num Lauatrina.
mo expressa. Latrina. Antiqui bal= Latrina.
neum domesticũ lauatrinã appellare
cõsueuerũt: sicuti docet Varro lib.ii. de
annalogia. deinde cũ breuitatis causa
nomina cõtraherent quo essent aptio
ra pro lauatrina latrinã nominauerũt:
sicuti ex maxillis: & axillis: & uexillis
malae:alae:& uela diminuta sunt. Plau
tus in curgulione. Latrinã in eo balnei
significato: quod tradidit Varro:uide
tur accepisse:ubi ait istas tuas magnas
minas nõ pluris facio: q̃ ancillaꝝ meãꝝ
quae latrinã lauat. hinc latrinas quoq;
uulgo dicimus colluuiaria hoc est re=
ceptaculũ colluuionis stercoris & sor=
diũ. scribit Iulius Firmicus in. viii. ma
theseos. ꝙ qcũq; habuerit horoscopũ in. xviii. pte arietis latrinas semp eloacasq; mũdabit. Idẽ ait qcũq; in parte Cloacae.
tauri habuerit horoscopũ baiulabũt stercora & latrinas purgabũt. uident latrinae differre a cloacis tãquã priuatae
Fōteio capitone. Fontei capitonis meminit Oratius in sermonibus. Capitoq; simul Fōteius adunguē factus homo. Antonii nō ut magis alter amicus. forsitasse hic est ille Fonteius de quo Plinius in. vii. dixit. nuper Fonteio & Vipsano consulibus annos nouē genitū puerum a meridie uidi ad uesperū septuaginta millia passuū cucurrisse. de eodem Iuuenalis loqui uidetur. Fonteio consule natus. In romanis fuerūt frontones & Capitōes ut docet Cice. in primo de natura deorū: quae cognomina a fronte & capite inclinant. Getulicus. forsan hic est ille: de quo Martia. sic Pedo sic Getulicus sic quicūq; perlegitur. de quo est illud hendecasyllabon apud Sidoniū Appollinarē. Non Getulicus hic tibi legetur: potuit eniz esse historicus & poeta. De altero Getulico: q fuit egregius ductor militaris dicet in Galba. Plinius secundus. hic est ille maximus scriptorū cōditor naturalis historiae: qui de hac re fortassis scripsit in illis libris: quos. xx. cōposuit de bellis. quae cū germanis gessere romani. In treuiris. treuiri populi sunt galliae comatae liberi antea: ut docet plinius in quarto. Ex agro treuerico equas habuit Nero hermaphroditas: quas carpento suo subiuges ostentabat. Ceu plane uisenda res esset principem terrarum insidere portentis. Vico ambiatino. nomē est uici: uideturq; ab ambianis populis deduci. qui nō longe a treuiris distant. Confluentes. ubi duo flumina confluugt: ea loca confluentes uocamus. Lugdunū in gallia est ad confluentes positum: ubi arar rhodano committetur. Ob Agrippinae puerperium: haec est inscriptio quae uisebatur in ara. ex qua plinius ducebat argumentum tanq̄ Agrippina Germanici coniunx illic Caium peperisset: ubi arae uiscebantur cum tali inscriptione.

Capito fonteius. Frontones. Capitones Getulicus. Plinius secundus. Treuiri. Equae hermaphroditae. Cōfluentes

Apud hybernas legiones. apertior locutio est & in quibusdam exarata codicibus si dicas apud hyrbena legionum. sunt enim hyberna loca: in quibus milites hyberno tempore commorantur; & hybernacula uocamus ipsa tentoria: sub quibus hyemando milites cōtinuant bellum: refert Liuius in bello ueientum hyemasse romanos sub hybrnaculis: que erant ex pellibus contexta: nusquam arma deponentes.

Hyberna. Hybernacula. Antium.

M. AN. Effigiem: simulachrum imaginem ad illius similitudinem figuratam ipsi puero. C. Prenomē fuit. Agrippina: q̄ nupsit Domitio Neroni: inde claudio principi. Liuilla & drusillae tres numero sorores a Caligula constupratae dicuntur: Drusillam tamē uirginē pretextatus uitiauit: quāq; rerū potitus legitimae coniugis loco habuit. Pridie calandas. septem ultimo Augusti die. Patre suo: Germanico. C. Fonteio. Iuuenalis fonteio consule natus; sed de hoc an alio satyrus loquatur incertum habeo. Getulicus: hoc quoq; in dubium uenire potest sitne hic an alius ille cuius. Martialis in proaemio operis meminit sic inquit Catullus sic Marsus sic pedo sic Getulicus. In treueris: treueri Belgicae galliae populi Germaniae uicini hodie coloniensis sunt diocesis: & ut locorum periti affirmant Germanica nō Gallica utūtur lingua. Vico ambitarino: Ambiatino potius plinius & strabo auctores sunt ambianos affines treueris esse. Puerperiū: partū plinius editis geminis raram esse aut puerperae aut puerperio praeterq̄ alteri uitam: de aris ipsis totum locum a plinio quaeras licet. Hiberna legiones: in his locis quibus Romani hibernabant legiones.

PHI. In actis. testimoniū citat Tranquillus de genitali solo Caligulae ex libris actorū: in qbus relatū fuerat Caium Caligulam natū fuisse Antii: quae ciuitas est Volscorū caput. plinius quoq; & Asconius identidē sua scripta cōfirmant ex actis. Refellit. refutat: redarguit. ut ait Donatus proprie is refellit qui negat. Ex urbe Herculi sacra. tibur herculi dicatum est ut docet Strabo in. v. & indicat uersiculus ille ex priapeis. Gades herculis humidū q̄ tibur. a Martiale dicitur: tibur in herculeū migrauit nigra lycoris sensus est Getulicus ut assentaret Caligulae: scripsit eum genitum tiburi in ciuitate herculi consecrata. tanq̄ gloriosum esset principi in ea ciuitate natū esse; quae esset herculea: & herculi maximo heroum cōsecrata. Abusumq; getulicuz. s. in malam partem est abuti & cum contumelia: super quo uerbo & de abusu suo loco plura. Ante annum q̄ nasceretur Caligula.

Refellere. Tibur. Abuti.

immaturoq́ obitu supra diximus. Plinium arguit ratio temporum. Nam qui res Augusti memoriæ mandarunt: germani cum exacto consulatu in galliam missum consentiunt iam nato Caio. Nec Plinii opinionem inscriptio aræ quicq̄ adiuuerit: quum Agrippina bis in ea regione filias enixa sit. Et qualiscūq; partus sine ullo sexus discrimine puerperium uocetur: quod antiqui etiam puellas pueras: sicut & pueros puellos dictitarent. Extat & Augusti epistola ante paucos q̄ obiret menses: ad agrippinam neptem ita scripta de Caio hoc. (Neq; enim quisq̄ iam alius infans nomine pari tunc supererat) puerum Caium. xv. Kaleñ. Iunii: si dii uolent: ut ducerent Talarius & Asellius: heri cum his constitui. Mitto preterea cum eo ex seruis meis medicum: quem scripsi Germanico: si uellet: ut retineret: ualebis mea Agrippina: & dabis operā ut ualens peruenias ad Germanicum tuum. Abūde arbitror patere non potuisse ibi nasci Caium: quo prope bimulus demum perductus ab urbe sit. Versiculorum quoq; fidem eadem hæc eleuant: & eo facilius q hi sine auctore sunt. Sequenda est igitur: que sola actorum restat publici instrumenti auctoritas. Praesertim quum Caius Antium omnibus semper locis: atq; secessibus prælatum non aliter q̄ natale solum dilexerit. Tradaturq; etiam sedem ac domicilium imperii tædio urbis transferre eo destinasse.

De cognomine caii: & ubi primo fuerit educatus.

c Aligulæ cognomen castrensi ioco traxit: quia manipulario habitu iter milites educabatur. apud quos

Immaturo obitu: supra diximus filium Germanici insigni festiuitate præditū puerascentem fuisse extinctum. Arguit. refellit atq; conuincit: Iam nato Caio. argumentū sumitur ex tēpore ad Pliniū arguendū. nā si caius natus erat anteq̄ parētes eius in galliā pficiscerent: nō potuit ipse nasci in gallia apud treuiros: sicuti Plinius existimauerat. Exacto. finito & peracto. Inscriptio aræ. illa. s. ob Agrippinæ puerperiū. Puerperiū uocetur. siue puer pariatur siue puera hoc est puella: uterq; partus dicit puerperiū. Priscianus in. vi. pueri foemininū pueram dicebant antiquissimi: unde & puerpera dicit: quæ puerū uel puerā parit. i. puellā: quod est diminutiuū pueræ: ut capra capella. Puellas pueras. astipulatur Tranquilli uerbis sententia Varronis qui pueras p puellas dixit. Varronis uerba sunt hæc. properate uiuere pueræ: quas sinit ætatula ludere: esscamare: & ueneris tenere bigas. Li. in odyssea mea puera qd̄ uerbi ex tuo ore profugit: Priscianus quoq; in. iii. i capite de diminutiuo: puera iquit antique ex qua puella. Puellos. priscianus. nō est ignorandū q hic puerus uetustissimi protulerunt & puellus. Lucilius deiuenit romā tener ipse etiā atq; puellus. Ennius sic mos ille suos sacrificare puellos. Serenus. praeterea si forte premit strixatra puellos. Agrippinam neptē. caii caligulæ matrem.

Puerperiū. Puerpera. Puera. Puerus. Puelli.

De Caio hæc corrige hoc: uult enim significare illam Augusti epistolā de isti Caio. s. caligula & nō de alio fuisse scriptā. Noie pari. qui itidem Caius noiaret. Puerū caium: uerba augusti epistolæ. Ex seruis medicū. medicos fuisse in numero seruorū apud priscos idonei scriptores tradiderūt & in primis Seneca: q sic ait lib. iii. de bñficiis. tenebatur inclusus Domicius: iperauit medico eidēq; seruo suo ut ei ueneū daret. & post paulo. uixit domitius & seruatus a cæsare est: prior tamē seruus illum seruauerat. Vt ualens. robusta & ualida. Tuum scilicet coniugē.

Medici serui.

Abunde. ex his argumētis colligit tranquillus caium nō potuisse nasci in gallia ut sensiebat pli. Bimulus in ætate duorum annorum. Eleuant: tollunt: deprimunt. infirmant: de quo uerbo supra dictum est & in commentariis propertii copiosius. Actorū. ita est legendum: ut sit sensus auctoritatem actorum sequendam esse: & eo maxime: quod acta publica instrumenta sunt. Transferre eo scilicet Antium.

Bimulus.

MAN. Omen. psperū auspiciū. Vir. Omine cōfirmās animū sic incipit ipsa. Iuuenis: Caligulæ. Gloriosi: gloriæ cupidi. Herculi sacra: hercules Tiburi religiose colebat. Mar. Itur ad herculei gelidas qua Tiburis arces: papinius iuuat & ipsum Alcidē dictūq; lyra maiore catillū. Audentius: audacius: Pliniū: qui auctor est Caligulā in Gallia natū. Ratio: ordo cōputatio. Agrippinā neptē: Iuliæ & Marci Agrippæ filiā. Tūc superat alter eni cui. Cn. prenomē fuit cuius quoq; effigiē Augustus in cubiculo dicarat: uita decesserat. Cū eo: caio. Retineret: ualens sospes ualida incolumis. Ibi in gallia. Bimulus: duos annos natus. Eleuant: tollunt leuiorem reddunt. Anterior: Getulici opinio prius celebrata. Q uā natale solū: Q uā terrā qua natus esset.

Castrensis iocus. PHI. Ex castrensi loco: Elegantius uidetur si legas castrensi loco q̄ loco. ut sit sensus milites iaculariter ludētes a caliga calciamento formasse Caligulæ cognomentū qui eo habitu calciatuq; in castris uteret. Etenim iocos & scomata militaria in id genus rebus efficacissima esse nullus ignorat. Nāq; & olim Regillianus iperator est salutatus ex nois declinatu militariter formato. nā cū milites quida cū eo coenarēt: extitit tribunus qui diceret: regilliani nomē unde credimus dictū. alius continuo subiunxit. credimus q a regno milites militariter loquentes dixerunt: ergo potest rex esse. ergo potest nos regere. & ita militari ioco impium adeptus est. Manipulario habitu. calciamento militari: Sextus Aurelius in hanc sentētiā sic inquit. Caligula filius fuit Germanici: & quia natus in exercitu fuerat cognomentū calciamenti militaris idest Caligula sortitus est. Ausonius quoq; idem signat illo uersu. Caius cognomē caligæ cui castra dederūt hinc illud Sidonii Apollinaris &: caligas Cai Claudi censura sequuta est. a caliga calciamento militari caligatus miles dictus. Iurīscon. ff. de his qui notant infamia. dimissum accipere debemus militē caligatū. caligas clauis suffigebāt: qui ob hoc caligares nūcupant. Pli. in. ix. pisces existunt squamis cōspicui crebris atq; præacutis clauorū caligariū effigie. idem in. xxii. si enim caligaris clauus si ferri uel chalybis aliq̄

De regilliano. Caligula unde. Caligæ. Caligatus. Claui caligares.

cubigo aut panni marcor affuerit;omnem illico succum alienum saporemq; in uenenũ decoquit. de Clauo caligari scito illud dictũ eẽ a poeta satyrico. In digito clauus mihi militis hæret. & alibi ab eodẽ;offẽdere tot caligatos millia clauo℞. Iosephus quoq; & Egesippus tradũt Iulianũ hecatontarchũ hoc est centurionẽ ꝓpter clauos quibus creberrimis & acutis calceos;ut cæteri solent milites;fixos habebat;in lubrico solo lapsũ fuisse ab hostibus iudæis interfectũ. de caliga ait Pli. in septimo. plurimi iuuentam inopem in caliga militari tolerasse. Manipulario. idest militari. alibi annotauimus in legione fuisse maniplos triginta;& quid significet. ex quo maniplaris deriuatur;Oui. unde maniplaris nomina miles habet.

Locus Iuuenalis. Hecatontarchus.

cõsuetudinem amore & gratia ualuerit: maxime cognitũ est: cum post excessum Augusti tumultuantes & in furorẽ usq; præcipites solus haud dubie cõspectu suo flexit. Non prius destiterunt: q̃ obligari eũ ob seditionis periculum: & in proximam ciuitatem demandari animaduertissent. Tunc demum ad pænitentiam uersi reprehenso ac retento uehiculo inuidiam: quæ sibi fieret: deprecati sunt.

De loco & apud quos secundo fuerit educatus.

Comitatus est patrem in syriaca expeditiõe unde reuersus primũ i matris: deide ea relegata in Liuiæ Augustæ ꝓauiæ suæ cõtubernio mãsit quã defunctã prætextatus etiã tũc pro rostris laudauit. Trãsitq; Ad antoniam auiã: & undeuicesimo ætatis anno accitus capreas a tiberio uno atq; eodem die togã sumpsit: barbamq; posuit sine ullo honore: q̃lis cõtigerat tyrocinio fratrũ eius: hic oibus isidiis tẽtatus elicientium cogentiumq; se ad querelas nullam unq̃ occasionẽ dedit. Peride oblitterato suorum casu: ac si nihil cuiq̃ accidisset: quæ uero ipe pateref icredibili dissimulatione

Nutrimentorũ consuetudinem. amor & beniuolentia augetur ex cõsuetudine; de qua Lucretius; cõsuetudo cõcinnat amorem. merito Caligula educatus iter milites collegerat fauorẽ gratiamq; militarem. Post excessum. post obitũ.

Manipularius

Solus Caligula. Quã ablegari amandari & e medio tolli. codices q̃dam habẽt obligari; tanq̃ uinculatus ut utar dictione Hieronymi; & in uehiculo clausus asportaretur seditione gliscente. In ꝓxima ciuitatẽ. s. castris; quæ id tẽporis erãt in gallia. Retento uehiculo. quo scilicet asportabatur Caligula ob periculũ militaris seditionis. Deprecati sunt amoliti sunt abegerunt; depulerunt. Cicero Claudii inuidiã Gracchi caritas deprecabatur; hoc est; (ut interpretatur Gellius) propulsabat & defendebat.

Ablegari

Deprecari

Syriaca expeditiõe. autumat Iosephus libro primo antiquitatum assurem constituisse ciuitatem Ninũ & subiectos sibi syros nominauisse assyrios; q fuerunt ualde fœlices. expeditio autem syriaca significatur; qua Germanicus in syriam missus est ad componendum orientem. Ea relegata. supra diximus Agrippinam; quæ fuit Caii mater; relegatam fuisse a Tiberio post mortem mariti Germanici in insulam pandatariam; ubi inedia absumpta est. Liuiæ augustæ. Liuia nomen accepit Augustæ cum nupsisset Augusto Cæsari. auctor Plinius in. xv. quin etiam ut Cor. tacitus refert Agrippina Claudii coniunx Augustæ cognomento aucta est. hoc enim cognomento decorabantur uxores atq; etiam sorores imperatorum. sic Antonius prius uxorem Faustinam appellari Augustam a senatu permisit. Consimiliter uxori sororiq; Traiani senatus obtulit cognomen Augustum; quod ille tamen deprecatæ sunt; quarum modestiam ita laudat Plinius in panegyrico. hoc magis dignæ sunt; quæ in animis nostris & sint & habeantur Augustæ; quia non uocantur. Proauiæ suæ. proauus & proauia tertio cognationis gradu sunt ordine superiore; sicut pronepos & proneptis in inferiore; Liuia ꝓauia erat Caii caligulæ. Ille ꝓnepos Liuiæ; cũ Drusũ genuisset Germanici patrem; ex quo natus erat (Caligula. M. AN. Castrensi; loco in castris. Manipulario habitu; caliga satyrus offendere tot caligatos millia clauorum erat enim caliga militaria habitus clauis confixus. idem rursus & in digito clauus mihi militis hæret. Plinius squamis conspicui crebris atq; preacutis clauorum caligarium effigie. Solus; caligula. Conspectu suo; sua presentia. Destiterunt; tumultuari desierunt. Ablegari; alio mitti nequid mali puero in ea seditione accideret. Vehiculo curru quo uehebatur. Inuidiam; odium quod ex ea ablegatione erant incursuri. Deprecati sũt; a se precibus depulere. Syriaca expeditione; quum in syriam Germanicus missus est ad componendum orientis statum; quo tempore uita decessit; syria ut Plutarchus ai a syro apollinis & synopis asopidis filio dicta ẽ. Matris; Agrippinæ. Proauiæ; Liuiæ patris sui auiæ Liuia Drusũ genuit: Drusus (Germanicum: Germanicus caligulam. PHI. Prætextatus etiam. adhuc in ætate prætextata hoc est puerili collocatus. relege quæ dicta sunt supius de ueste prætexta & prætextatis. & cũ p̃texta uestis quoq; sit magistratuũ magistratus & ipsi p̃textati appellãtur a Liuio. Pro rostris. historia a nobis explicata est in iulio Cæsare ꝓpter quã istitutũ fuit; ut matronarũ sicut uirorũ post mortẽ solemnis laudatio esset. Vndeuigesimo. xix. quasi unus desit uiginti. Accitus. euocatus. Togã sumpsit barbãq; posuit. is dies tyrocinii uocabatur; quo adolescẽtuli togã sumebant auspicaturi stipẽdia forẽsia. barbãq; primã ponebãt. qd cũ honore fieri solebat; unde apud Iuuenalẽ. Ille metit barbã. crinẽ hic deponit amati. super tyrocinio abũdanter opinor diximus in augusto. Fratrum eius. neronis & drusi quorum tyrocinii diem celebrauit Tibe. dato plebi congiario. sed nullo honore tyrocinium Caligulæ prosequutus est. Perinde ac. tanq̃. dicimus enim eleganter perinde ac; perinde quasi perinde atq; quod significat tanq̃. absolute positum significat æque & pariter. Cic. te & Dolobellam perinde diligo. Interdum accipit ꝓ multũ; ut supra. Oblitterato suorũ casu. sensus ẽ Caius oblitiosum agebat & imemorẽ; adeo ut ne matris Agrippinæ nec drusi & neronis fratrum calamitates recordari uideretur. ita cuncta ex animo oblitterauerat obliuioniq; tradiderat. hoc enim institutum uitæ prodesse nonunq̃ solet degentibus sub tyrãno.

Assyri unde. Augusta. Proauus. Pronepos. Magistratus. Prætextati. Vndeuigesimus. Tyrocinium. Perinde ac. Perinde.

Transmittens.non absimile est illud quod tradit Sene. de Aulico quodã iniuriarũ palatinarũ patiẽtissimo; cuius nomen historici nõ ꝑdiderunt;q cũ in cultu rẽgũ consenuisset;& cum quidam interrogasset quo nam modo

Iniurias accipiendo.

rarissimam rem in aula consecutus esset:iniurias inquit accipiendo & gratias agendo. In auum. tiberium principem. Et qui iuxta.obsequiosus erat Caligula in principem:& eos qui principi erant proximi:& apud illum pollebant. Nec seruum meliorẽ.ad duas res diuersissimas parendum atq; imperandum habilis fuit Caligula sed ita ut in utroq; excederet modum.nam & nimis humiliter seruiuit:& nimis impotenter ẽ dominatus. Probrosam. probrorum & flagitiorum plenam.

Inhibere.

Inhibere.cohibere:frena re compescere. Animaduersionibus.punitiõibus & suppliciis. Ganeas.supra docuimus ganeas dici loca gulæ libidini que seruiẽtia.

Capillamẽtum.

Capillamento celatus capillamentũ uocat Tranquillus galericũ illud ex alienis capillis eleganter consutum:quo utebatur Caligula ut ita falleret:quo non pauci uti consueuerunt ad uelandam caluitii deformitatem natiuo.s. nitore capillorum despoliati.alias capillamentum pro capillo accipitur. Apuleius in secundo de asino aureo. tanta est deniq; capillamenti dignitas:ut quamuis auro:ueste:gẽmis omniq; cætero mundo exornata mulier incedat:tamen nisi capillum distinxerit ornata non possit uideri. Plinius. i xxi.herba croci est folio augusto pene i capillamẽti modũ.Itẽ i.xxxvii.aliis capillamentum rimæ simile.

transmittens:tantiq; in auum:& qui iuxta erant obsequii:ut non imerito sit dictum:nec seruum meliorẽ ullum:nec deteriorem dominum fuisse.

De signis sæuitiæ eius in iuuentute.

Aturam tamen sæuam atq; probrosã:nec tunc qui-
n dem inhibere poterat:quin:& animaduersionibus
poenisq; ad supplicium datorum cupidissime interesset:& ganeas atq; adulteria capillamento celatus:& ueste lõga noctibus obiret. ac scænicas saltandi canendiq; artes studiosissime appeteret.facile id sane Tibe.patiẽte:si p has mansuefieri posset ferũ ei⁹ ingeniũ.Q uod sagacissimus senex ita prorsus p̄ſ̄pexerat:ut aliquoties predicaret exitio suo oimq; Caium uiuere:& se natricem(serpentis id genus) p.r.Phaetõtem orbi terrarum educare.

De uxore eius & suspitione ueneficii in tibe.

On ita multa post Iuniã Claudillam.M.Syllani no-
n bilissimi uiri filiam duxit uxorem. Deinde augur in locũ fratris sui Drusi destinatus:priusq̃ iaugurareť:

M.AN. Prætextatus;puer adhuc. Ad Antoniam auiam:minorem Antoniam intellige ex qua & Druso Germanicus est ortus. Vnde uicesimo:decimo nono uitæ anno. Sine ullo honore:quum uti ṽq; ciuilis uitæ actum romani patrio celebrarẽt instituto. Omnibus insidiis Tiberii scilicet qui ad explorandum iuuenis in se animum uariæ instigandum dederat. Nullam unq̃ occasionem:nullam ad se deferendum causam. Perinde ita. Oblitterato:obliuioni dato. Suorum parentum matris & duorum fratrum. Ac:tanq̃. Q uæ ipse pateretur:iniurias quibus afficeretur. In auum:Tiberium. Et qui iuxta erant:qui apud illum gratia & auctoritate florebãt.

Obsequi studii & obseruantiæ. Meliorem seruum:nullum minus contumaciter seruiuisse. Deteriorez dominum:minus bonum:ut seruo placet. Probrosam in flagitia & scelera pronam. Inhibere prohibere continere. Ganeas:turpia loca ad porationes & libidines quesita. Capillamẽto:galerico. Iuuenalis nocturnus adulter tpã samnõico uelas adopta cuculo:ad ꝑsonã nãq; dissimulãdã:adopto capite noctu adulter uagabaẽ.

PHI. Scænicas artes.hoc ad probrosam naturam referendum.etenim iam sæpe dictum est infames esse:q in scænam prodeunt atq; artem ludicram faciunt.apud Ci. Scipio sic loquitur:cum artem ludicram scænãq; totam in probro romani ducerent:genus id hominum tribu ãmoueri notatiõe cẽsoria uoluerũt. Aristoteles quoq; in problematis encyclis.i.questionibus circularibus scænicos artifices qui græce dicuntur dionysiaci thecnitæ:

Dionysiaci Thecnitæ. Musica Natrix.

moribus improbis esse ex magna parte testatur. Mansuefieri.ars canẽdi in primis.i.ipsa musica mitigat animos & amænat:omnemq; detrahit ferociam:unde Pythagoras animi perturbationes lyra cõponere solitus erat nõ pauca scripsimus sup hac re i li.orõnũ:ubi tota uis musices explicat. Natricẽ po.ro.educare natrix serpẽs ẽ a natãdo dictꝰ:de quo Luca.i.ix.pharsaliæ.& natrix uolator aquę Priscianus i.v.natrix cũ speciẽ ãguis significat masculinũ quoq; iuenitur. Lactantius in.vii.respondendũ est hoc loco ciceroni:q ait cur omnia nostri causa cum faceret tantam uim natricum uiperarumq; fecerit:Item natrices uipasq; uitaret salutis suæ cã.sẽsus ẽ queãdmodum natrix serpens ueneno necat mortales:& quemadmodum phaeton solis currum(ut in fabulis est)male regẽ

Incendiuz Phaetontis Cepyrosis

do exussit orbem terrarum:ita dicebat tiberius caium instar natricis futurum ro.po.uenenum:& instar phaetontis orbi terrarum incendium & exustionem quæ traduntur de phaetonte non fabulosa.sed historica fuisse autumat Plato in thimeo asserens per longa temporum interualla fieri cælestis circuitus mutationem:quam cepyrosis hoc est inflãmatio subsequatur.

Destinatus Numerus augurum. impar Inaugurare Numerus põtificum.

Augur destinatus.paratus electus:designatus.ita in principio operis dixit ce. flamen dialis destinatus. de collegio augurum quod apud ro. erat honoratissimum:supra satis multa. Inter augures constat imparem numerum augurum debere esse.itaq; apud Roma. augurum nouem numerus finitus est ut docet Li.in.x.creabantur ex patritiis & ex plebeis.habet sacerdotium hoc illud maxime insigne:q non adimitur uiuenti.augures fuerunt.M. Tul.& Pli.posterior. Inauguraretur:inaugurare & exaugurare uerba sunt contraria.est enim inaugurari non solum in augurum numerum ascribi & cooptari:sed etiam in aliud sacerdotium consecrari.Ci.de Anto. cæsaris flamine.quid igitur cessas:cur inaugurare:sume diem:uide qui te inauguret.

ad pontificatũ traductus eſt: inſigni teſtimonio pietatis atq̃ indolis: quũ deſerta deſolataq̃ reliquis ſubſidiis aula: Seiano hoſte tũc ſuſpecto mox & oppreſſo ad ſpẽ ſucceſionis paulatim admoueref. Q uã quo magis confirmaret amiſſa Iunia ex partu Enniã Neuiã Macronis uxorẽ: qui tũ p̃torianis cohortibus perat: ſollicitauit ad ſtuprũ: pollicitus & matrimoniũ ſuum ſi potitus impio fuiſſet: de que ea re & iureiurando & chirographo cauit. p hãc inſinuatus Macroni ueneno tiberium aggreſſus eſt (ut quidam opinanf) ſpirãtiq̃ adhuc detrahi ãnulũ. & qm̃ ſuſpitionẽ retinẽtis dabat puluinũ iuſſit iiici atq̃ etiam fauces manu ſua oppreſſit liberto: qui ob atrocitatem facinoris exclamauerat: cõfeſtim in crucẽ acto. Nec abhorret a ueritate. quum ſint quidam auctores: ipſũ poſtea & ſi non de perfecto: at certe de cogitato quõdaz parricidio pfeſſum. Gloriatũ eñ eſſe aſſiduæ: & in cõmemoranda ſua pietate ad ulciſcendam necem matris & fratrũ introiſſe ſe cũ pugiõe cubiculũ Tiberii dormiẽtis & mia correptũ abiecto ferro receſſiſſe nec illũ q̃ q̃ ſẽſiſſet: aũt iq̃rere qcq̃ aut exeq auſuz.

De imperio Caii Caligulæ Cæſaris.

SIc imperiũ adeptus. P. R. uel (ut ita dicã) hominũ genus uoti compotem fecit exoptatiſſimus priceps maxime parti prouincialium ac militum q̃ infantem plerīq̃ cognouerant ſed & uniuerſæ plebi urbanæ ob memoriam Germanici patris miſerationemq̃ prope afflictæ domus. itaq̃ ut amiſeno mouit: q̃uis lugentis habitu: &

Ad pontificatum. Romæ fuit collegium põtificum; quos nunc: ut inquit Liuius minores pontifices appellant. numerus põtificũ erat octo qui ex patritiis: & plebe creabantur. Deſolata aula: cũ nulla eſſet præter caii maſculina ples in aula imperatoria. Ad ſpem. ut iam ſperaret ſe ſucceſſurum Tiberio in principatu. Macronis. hic eſt ille macro: cuius opera & miniſterio uſus eſt Tiberius in opprimendo ſeiano ut ſupra diximus.

Cirographo ca. pmiſit p chirographũ ſe illaz uxorẽ ducturũ ſi fieret imperator. Inſinuatus: cõciliatus in amici. quẽadmodũ inſinuatio dr̃ exordium: quo ſenſim ſurrepimus animis iudicum in cã nõ ſatis fauorabili. ita inſinuat qs i amiciciã alterius: qñ nõ recta. ſed p ſinus quoſdam & quaſi diuerticula intrat in amici. latenter. & diſſimulãter. Plau. i amicitiam iſinuauit cum matre. Iul. fir. in. viii. amicus regis corporis pulchritudine iſinuatus. Aggreſſus ẽ. i ſupioribus dictũ ẽ quẽadmodum qdam putarunt uenenũ Ti. datũ eſſe a Ca. lẽtum & tabificum. Retinẽtis. Se. ſcri. Ti. ãnullũ quẽ digito exemerat parũp tenuiſſe: dei rurſus aptaſſe digito ma nũq̃ ſiniſtrã cõpreſſiſſe: ne exími poſſet. Puluinũ. iu. ini. hoc declaraũ ẽ in Tibe. M. AN. Scænicas ad uſum ſcenæ q̃ſitas. Sagaciſſimus calidiſſimus pſagiorũ peritiſſimus

Exitio ſuo: ad ſuum exitiũ; cladẽ; interitũ. Natricẽ natrices dñr ut Nonio placet ãgues natantes: ei. ſicut cui uos uulris iãtã ui natricum uiperarumq̃ fecerit. Phaetontem: incendium pli: ſed p utraſq̃ agrippinas. maximæ quã caiũ & Domitiũ Nero nẽ pricipes genuere totidẽ faces generis humani. Deſtinatus: deſignatus. Augur: augurandi pitia a Caldeis ad græcos defluxit: a græ. ad Hetruſcos: ab his nouiſſime i latiũ penetrauit de Augurũ numero alio loco.

Inaugurare tur: iauctoraretur; ſiue initiaretur. Ad põtificatũ nec põtificẽ maximũ creatum putes: ſed ex aliis unũ nam ſi ſic eẽt maximũ addidiſſet. Inſigni teſtimonio: pietate iuuenis & indole per hunc modum ab auo probata. Reliquis ſubſidiis: reliquis maſculæ ſtirpis ſublatis. Ad ſpem ſucceſſionis: ut in familiam & imperium ſuccederet Ioſephus certiſſimo oraculo Tiberium cognouiſſe ait fore ut caligula poſt ſe imperaturus eſſet. Quam; ſucceſſionis ſpem. Amiſſa: Iunia extincta. Deque ea: ut eam in uxorem duceret. Cauit: cautum uoluit ipſe enniæ. Per hanc: enniam. Inſinuatus: amicus & familiaris factus. Macroni: qui ut idem auctor ſcribit ſeiano ſublato prætorii prefectus a tiberio eſt cõſtitutus

Aggreſſus eſt: tiberiuz ueneno petiit. Suſpitionem retinentis: quaſi ſentiret ſibi adimi ob idq̃ manum contraheret; quo minus detrahi poſſet.

PHI. Liberto ſcilicet tiberii. Ob atrocitatem. cum uideret Tiberium ſuffocari. Ipſum caium caligulam. Si non de perfecto caligula palam profeſſus poſtea eſt ſe quidem non interemiſſe Tiberium: ſed cogitaſſe de interimendo: ex qua cogitatione uideri poteſt parricida. Namq̃ uoluntas & cogitatio in crimine maieſtatis perinde puniri debet ac ſcelus effectum. iura enim ut ſcribit iuriſcon. ad legem iul. maieſtatis. cogitationem in talibus criminibus puniri uoluerunt: eadem ſeueritate qua ſceleris punitur effectus: ſed multiiuga ſunt crimina in quibus nemo patitur pœnam cogitationis: ſicut copioſe diſſeritur in canonicis decretis. diſtinctione prima de pœnitentia. Necem matris & fratrum. iam explicatum eſt quemadmodũ agrippina mater caligulæ & eiuſdem fratres nero & Druſus ad necem compulſi fuerant a Tiberio: uidebatur itaq̃ caligula fungi officio pietatis; dum tentat ulciſci necem matris; & fratrum hoc eſt enim munus filii pientiſſimi ut mortem matris ulciſcatur. hoc idem pertinet ad fratrem pium & bonum ne fratres inultos relinquat. Igitur caligula merito commemorabat ſuam pietatem; dum ultionem ſuorum meditatur.

Introiſſe cũ pugione. ut tiberũ interimeret: ulciſcereturq̃ mortẽ matris & fratrũ; quos Tiberius necauerat. pugio dictus eſt q̃ punctim ferit: uel q̃ pugno continetur. diminutiuum pugionis eſt pugiunculus. Cice. hiſpanienſem pugiunculum Cneum piſonem appellat. Illum. ſ. Tiberium Infantem cognouerãt. qm̃. ſ. in caſtris & armis patriis fuerat educatus. Plebi urbanæ. ſ. exoptatiſſimus. Afflictæ domus. peſſundatæ; in qua germanicus caii pater & Agrippina mater & Druſus & Nero fratres fuerant extincti.

Inſinuatio

Inſinuatus

Voluntas punienda

Pugio unũ

Pugiunculus.

Funus tiberii pſequēs Ioſephus:ſed caius poſtquam Romam uenit Tiberii corpus ſecū adducēs iuſta ei ſcdʒ
Teda — morē patriū opulēter magnificeq; celebrauit. Ardentes tedas. teda arbor eſt reſinā ferens flāmis ac lumini ſa=
Tedifera — crorū grata. auctor Plinius in. xvi. ide tedas uocamus faces:quæ optimæ ex ea arbore fiebāt & cererē deā tediferā
poetæ uocant:ꝓpterea ꝙ tedas dicit iflāmaſſe cū inueſtigare & conquirere uellet filiā proſerpinam a dite patre
abreptā.. Fauſta noia. fœlicitatē ſignificātia & fauſtitatē:hoc eni uocabulo utitur Oratius ſcribens. Nutrit ru
Fauſtitas — ra ceres almaq; fauſtitas. Appellantium ſydus:tanꝗ caius eſſet quoddaʒ ueluti ſydus ſalutare & beniuolum.

funus Tiberii proſequens:tamen inter altaria & uictimas ar=
denteſq; tedas denſiſſimo. & lætiſſimo obuiorum agmine in
ceſſit:ſuper fauſta nomina ſydus & pullum : & puppum : &
alumnum appellantium.

De geſtis in initio principatus eius.

INgreſſoq; urbē ſtatī conſenſu ſenatus & irrūpētis in
curiā turbæ irrita Tiberii uolūtate:q teſtamēto alte
rū nepotē ſuū ꝑrextatū adhuc coheredē ei dederat:
ius arbitriūq; oim rerū illi permiſſum eſt tāta publica lætitia:
ut tribus ꝓximis menſibus(ac ne totis qdeʒ) ſupra. clx. milia
uictimarꝫ cæſa tradanť. Quū deinde paucos poſt dies in pro
ximas cāpaniæ inſulas traiecıſſet uota ꝓ reditu ſuſcepta ſunt
ne minimā qdē occaſionē quoq; omittēte in teſtif. cāda ſolli
citudine & cura de incolumitate eius. ut uero i aduerſam ua=
letudinē icidit pnoctātib⁹ cūctis circa palatiū nō defuerunt
q depugnaturos ſe armis ꝓ ſalute ægri:qq; capita ſua titulo

Orati. ſolem aſiæ brutum appellat:
ſtellaſq; ſalubres appellat comites.
Et pullum. noia ſunt plena blādi
mētorꝫ:pulli eni ætatis nouellæ ſunt
Pullus. — Plau. i caſſina meus pullus:meus paſ
ſer:mea columba: mi lepus. antiqui
pullū uocabāt puerꝫ eius:a quo ama
bať. uń quintus Fabius:cui eburno co
gnomē erat ꝓpter cādorēq; eius na=
Pullus io= — tis fulmine icta eſſet:pullus iouis ap=
uis. — pellatus eſt. Puppū. puppi a pri=
Puppi — ſcis dicebanť pueruli teneriores. Var
ro. māmaʒ lactantis ſugētem paſcere
Puppulus — puppū. diminutiuū puppi ē puppu
lus:quo uſus eſt catullus: deprehendi
modo puppulū puellæ. Idcirco & pup
Puppa — pæ a priſcis dictæ ſunt pullæ. Auſo.
barbara ſed latias uincis alumna pu=
pas. Perſi. prima ꝓducta dixit pup=
pas pro imagūculis puellaribus:cuʒ
ait Nempe hoc quod ueneri donatæ
a uirgine puppæ. Alūnum:nutrices blādientes:quo educauerūt:alūnos appellant:unde illud. caro comes ibat
Alūnus. — alūno. Sene. in medea. alūna cererem quo rapis tectis gradum:Idem in octauia. Cede fati atq; fortunæ tuæ alūna
quæſo. Laurēti. uallenſis. Reprehendit nonnum ſcribentem alūnos dici non ſolū qui aluntur ſed etiam qui alunt
negatq; in. ii. ſignificatu reperiri. ſed Laurentiū uallēſem refellit auctoritas priſcorꝫ. q iouem alumnū cognomina
M. AN. Oppreſſit. cōpreſſis ꝓpria manu faucibus (uerūt ab eo ꝙ omnia aleret non autem ꝙ aleretur.
ſtrangulauit. In crucem acto. cruci affixo ſupplicii genere fortunæ hominis accommodato. Non de per.
patrato parricidio. Pietate in parentes & fratres nam Germanicus & ipſe Tiberii fraude perierat. Miſeria
cordia:ſenis Tiberii. Inquirere ſuper ea re queſtionem habere. Exequi:ulciſci. Voti cōpotē:cōpotē di
xit quum ad genus referatur quare inde compote potius ſcriptum reliquerit. ut ſit ab eo quod ueteres hic & hæc
potis & hoc pote dixere. Virg. Nec potis ionios fluctus eq̄re ſequēdo. nec me fugit hodie rectū huius uerbi caſū
eſſe compos ac communi genere proferri quare compotem figurate dictum uideri poteſt ut illud lis eſt de paus
pere regno. Germanici patris qui gratiſſimus fuerat Ciuitati:Ioſephus qui etiam populo honorabilis erat &
carus propter germanici patris ſui uirtuteꝫ. Afflictæ domus. multis cladibus diſiectæ. Altaria pro eius ſuc
ceſſu diis ad tempus extructa. Victimas:circa aras cæſas. Fauſta:fœlicia bene precantia. Sydus : ſalu=
bre magis ꝗ ſplendens intelligi. Pullum puppum:blandientium nomina teneræq; ætati accommodata Ve=
teres pupos & pupas pueros:& puellas dixere. Mar. Dicit ſe puppam gellia quum ſit anus:Perſi. Nempe quod &
ueneri donatæ a uirgine puppæ. Alumnum:ad illud referri debet qđ in caſtris dixerat educatum. Turbe: mul
Iuppiter a — PHI. Alterum ne. Tiberiū intelligit cognomento gemellū. ad quem Tibe. principa (titudinis cōſenſu.
lumnus. — tū peruenire cupiebat:de quo legitur hæc hiſtoria digna cognitu nec indigna memoratu. ſupplicabat Tibe. diis
Hiſtoria — ut ſignum ſibi manifeſtum oſtenderent:quis nam poſt eum in imperium ſuccederet; feſtinaus quidem ut huic
pulchra — nepoti ſui Tiberio ſuo gemello principatum relinqueret:ſupplicanti omen tale monſtratur ad illum uidelicet ue
Vocat te — turū eſſe principatū:qui ad eum ſequenti die primus ex omnibus aduenıſſet. hoc Tibe. cognoſcens mittit ad hu
pater. — ius nepotis ſui pedagogum iubens:ut primo mane puerum ad ſe perduceret:& cum dies illuxiſſet imperat mini
ſtro ut quiſquis foris eſſet infantulus cum ad ſe primitus euocaret. ille egreſſus caium reperit ante tabernaculum
& totius rei ignarus ueni inquit:uocat te pater:cūq; in tabernaculum introduxit. Tibe. ut uidit caiuʒ:tum primū
intellexit maieſtatis ſupernæ potentiam:& ꝙ non ſit in hominum poteſtate de imperii conſtitutione decernere:q
poſt paulum his uerbis allocutus caium:o fili inquit cum habeā propinquorē tiberiū:tū tibi ex mea ſnia deorꝫq;
decreto impii tribuo poteſtatē:teq; rogo ut ſimul tiberiū decores:& ut cōſanguinitati:quā debes:exhibeas carita
tē:& munimē tibi pricipatus acquras adiūcto Tiberio Caius ꝑ tpe bñ rńdit:ſed poſtea ubi ipiū adeptus ē tiberiū
Hecatōbæ — extīxit. Illi. Caligulę ut. ſ. cūcta ꝓ nutu moderareť. Supra. clx. mi. laudari ſolēt hecatōbe. i. ſacrificia cētū uicti
marꝫ:qđ uero maius dici pōt ꝗ ꝙ i pricipatu caligulę ſupra mille hecatōbas facta ſit uictiatio hoſtiarꝫ. Cāpas
Alceſtes — niæ iſul. ut puta pādatariā:pchytā:ıarımē:pōtias. & capas. Quoq;. i. quolibet. Pernoctātibus:totas noctes ꝑ
exemplum — uigilātibus. Qui cap. ſua uo. In hoc imitabanť exēplū alceſtes q ꝓ marito admeto morti ſe deuouit:cū & pr̄ &
Solduriı q. — mr̄ id recuſarēt qđ qdē facinus ut iqt Pla. i ſympo. tā ꝓclarꝫ nō ſolū ab hoībus:ſed ēt a diis ē iudicatū:ut reuiuiſcē
di munus alceſtę conceſſerint:eamq; ab iferis ſuſcitauerint:tanti ſtudium uirtutēq; circa amorem dii exiſtimant.

Proposito ti. inscriptiõe publicata. q̃ idicabat:si caius salutẽ pristinã reciperet: ipsos mortẽ ultroneã subituros. apd gallos deuoti sũt tali pene cõditiõe:quos illi soldurios appellãt. q oibus i uita cõmodis fruunt una cum his quorum se amicitiæ dediderũt. Si quid his p uim accidat ut eũdẽ casũ una ferant:ac sibi mortẽ cõsciscãt. neq; hoim memoria reptus ẽ qsq̃:q eo iterfecto:cuius se amicitiæ deuouisset:mori recusaret. apud eosdẽ gallos q sunt affecti grauioribus morbis qq; i pliis piculisq; uersant:aut pro uictimis hoies imolãt aut se imolaturos uouẽt: arbitrantes non posse deoꝝ imortaliũ numẽ placari:nisi p uita hois uita hois reddat. Cõtẽptũ. despectionem

Pro uicti-mis hoies

propositoo uouerẽt. Accessit ad imensum ciuiũ amorẽ notabilis etiam extremorum fauor. Nãq; arthabanus parthoru3 rex odiũ semp contemptumq; Tiberii pre se ferens amicitia3 ei9 ultro petiit:uenitq; ad colloqũ legati ꝯsularis & trãsgress9 Euphratẽ aqlas & signa rõana:Cęsariũq; imagines adorauit.

De piis & ciuilibus gestis per eum in initio principatus.

INcendebat:& ipse studia:hoim omni genere popularitatis. Tiberio cũ plurimis lachrymis ꝓ concione laudato funeratoq; amplissime:cõfestim pãdataria3 & põtias ad transferẽdos matris fratrisq; cineres festinauit tẽpestate turbida:quo magis pietas emineret: adiitq; uenerabũdus ac p semet in urnas cõdidit. Nec minore scæna hostiã prefixo in biremis puppe uexillo:& ide Romã Tiberi subuectos per splẽdidissimũ quẽq; equestris ordinis medio ac frequẽti die duobus ferculis mausoleo intulit. Inferiasq; his annua religione publice instituit: & eo amplius matri circenses: carpentumq;:quod in pompa traduceretur. At i memoriam patris septembrem mensem germanicum appellauit. Post hæc Antoniæ auiæ qcqd unquã Liuia Augusta honorũ cæpisset uno senatuscõsulto congessit. Patruũ Claudium

contemptionẽq; tanq̃ cõtemptus ẽt & despicabilis. Præferẽs. apte demõstrans. Amicitiã eius. Cai caligulæ. Legati cõ. supra docuimus q sint legati cõsulares ne dicta repetãtur. Trãsgressus eu. euphrates fluuí. est babiloniã interfluẽs oli terminus ro. ipii. Luca. diuidit euphrates i gẽtẽ gurgite mũdũ 3eumaq; pellcũ. ductu Põpeii magni tmin9Ro. ipii oruros ꝯstitut> ẽ assyri euphratẽ appellãt amalchar:qđ signãt Regiũ fluuẽ. apđ Egesip. & Iose. Agrippa i orõne quã hẽt ad iudeos significãs ro. ipii ꝓpagationẽ:ait Euphrates ex utraq; iam parte romanus est. Aquilas & si. ro. ꝑter aqlas q̃ erant pricipalia signa ro. militiæ:fuerũt alia quoq; signa uidelicet lupi: minotauri: equi: apri:que singulos ordines antcibant.

Cõtẽptus.
Euphrates
Oruros terminus. ro. imperii.
Amalchar
Signa Ro.

Cæsaꝝ im. imaginarii dicti sunt q imagines impatoris portabant in expeditionibus. auctor Vege. in. ii.

Imaginarii

M. AN. Alteꝝ:nepotẽ diui filium. Ac ne to. ne integris quide3.

In ꝑ. cãpaniæ isulas; nauigatiõis cãm non multo post subiiciet. Sed in eo mirum ciuitatis studium extitit q pro tanta parua minimeq; laboriosa nauigatione sint pro eo uota suscepta. Circa pa. qua parte habitabat. Depugnaturos se ar. ut suam aut alterius animam diis manibus:pro caligu. ex uoto soluerent. Titulo pro uoto impublicũ relato fore ut si ille morbo seruatus esset se immolandum traderetur. Præse fe. pretendens. Legati consu. qui consulis uicem in prouincia gerebat. Euphratem qui cappadociam & minorem armeniam ab assyria diuidit oriturq; in carantide Armeniæ prefectura ut Pli. ait ut domitius Corbulo in monte aga ut Lici. mutianus ad radices capotis montis.

Veneratus est;Luca. magnus adorato submittat Cæsare signa.

PHI. Popularitatis:popularitatem a populo dici uoluerunt ueteres:sicut a pondere ponderitatem. Papin. & gratum popularitate magnum a populo aduerbium est popularim:quod significat per populos & popularia ꝑ nugatoriis & puerilibus laberius;popularia agimus per ludũ. Funeratoq; am. sũptus funeris ꝑ facultatibus & dignitate defuncti fieri debent:unde ait Vlpia. eũ q in funerãdo locuplete modicum sumptum fecerit contumeliam defuncto fecisse uideri. Caius uero Tibe. ut porc principem funerauit magnificenter & regie:qđ Iose. quoq; testatur dicens sed caius post q̃ Romam uenit Tiberii corpus secum adducens iusta ei secundum morem patrium opulenter magnificeq;. celebrauit. Pandatariam. ubi cineres erant materni. Pontias:ubi cineres erant neronis fratris. Tempestate tur. tempestatis nomine grandines procellæ cæteraq; similia intelliguntur;quæ cum acciderint uis maior appellatur;hæc ut ait Pli. in. xviii. ab horridis syderibus exeunt. Venerabũdus. cum maxima ueneratione:sicut mirabundus cum ingenti admiratione. In urnas con. cineres reliquiasq; crematorum cadauerum in urnis recondi solita nemo non nouit. olim reliquiæ seueri imperatoris in urnula aurea conditæ fuerunt illatæq; in sepulchrum antoninorum. Scena. apparatu pietatis & ostentatione. Hostiam:ciuitatẽ conditã ab anco. martio in ora tiberis in ipso maris fluminisq; confinio:ut totius mundi opes illo ueluti maritimo urbis hospitio reciperent. Tiberi. per tiberim. Duobus ferculis. a ferẽdo dicta fercula de qbus supra satis multa qdam codices habent forulis. qđ placet:tanq̃ caligula in capsulis quæ foruli dicuntur:ut in Augusto dictũ est cineres maternos fraternosq; cõdiderit:& ita conditos intulerit mausoleo: quod sepulchrum erat Romæ magnificentissimum ab Augusto extructum in ripa tiberis:sed de mausoleo satis ac sup diximus in superioribus. Inferias:inferiæ sũt sacra mortuoru3:quæ inferis soluunt. Matri cir. in honorem defunctæ matris Agrippi. ludos circẽses quot annis celebrari uoluit. Carpentũ:carpenta. uehicula sunt:a quibus fabri carpentarii dicti. existimat Oui. a carmente euãdri matre nomẽ accepisse:sic. n. ait in fa. Nam prius Ausonias matres carpenta uehebant:hæc quoq; ab euandri dicta parente reor. Caius istituit ut in põpa circẽsis spectaculi carpẽtũ duceretur sub nomine matris Agrippi. sicut fercula deorum immortalium traducebantur. quod. s. carpentum inter fercula pompatica honoris causa traduceretur. Patruum clau. qui Caligulæ successit in imperio.

Popularitas.
Populati
Popularia.
Funus pro facultatibus.
Tẽpestas
Venerabundus.
Mirabundus.
Hostia.
Foruli
Mausoleũ
Inferiæ
Carpenta
Carpentarii.

Equitem ro. ad id tem. ita distinguendum est sit sensus: Claudium usq; in illam diem non ascendisse supra equestrem dignitatem: quis patruus esset principis: & frater germanici fuisset. Fratrem Ti. iam diximus Tiberium Caesa. ex filio Druso nepotem habuisse Tiberium cognomento gemellum: quem una cum Caio Calig. pariter adoptauerat. unde iure adoptatiōis Tiberius frater erat Caligule. Principem iu. consimiliter posterioribus

Princeps iuuentutis

temporibus nero cum togam uirilem sumpsisset princeps iuuentutis est appellatus auctor Cor. Taci. Omnibus sa. ut omni sanctitate ac religione fierent uenerabiles: & quoties quis aliquid iureiurando & sacramento uellet affirmare: id faceret interposito nomine Caii Cae. sororum: quod exempla subiecta declarant. Neq; me liberosq; meos: haec sunt uerba sacramentorum: quibus sorores suas Caius uenerābiles fecit: his enim uerbis romani sacramentum & iusiurandu3 concipiebant: ut testarentur nihil sibi esse carius imperatore & sororibus imperatoris.

M. AN. Popularitatis. populo grate. Pandateria. que in puteolano sinu est ubi Agrip. mater extincta est. Pontias: insulam que Pli. auctore contra Formia. iacet littus.

Fratris: neronis qui pontiis perierat. Venerabundus: uehementer ueneratus. Persemet: suo ipsius ministerio nec alterius. Minore scae. spectaculo. Biremis qua uehebatur. Subuectos: cineres potest & subuectus legi ut ad caligulam referatur

equitem Romanum ad id tempus: collegam sibi in consulatu assumpsit. Fratrem Tiberium die uirilis togae adoptauit: appellauitq; principem iuuentutis De sororibus auctor fuit: ut omnibus sacramentis afficerētur. Neq; me liberosq; meos cariores habeo. q̄ Caium & sorores eius. item relationibus consulum: quod bonum fœlixq; sit. C. Caesari sororibusq; eius. pari popularitate damnatos: relegatosq; restituit. Criminumq; si qua residua ex priore tempore manebant omnium gratiam fecit. Commentarios ad matris fratrumq; suorum causas pertinentes: ne cui postmodum delatori aut testi maneret ullus metus: conuectos in forum: & ante clare obtestatus deos: neq; legisse: neq; attigisse quicquam: concremauit. libellum de salute sua oblatum non recepit: contendens nihil sibi admissum: cur cuiquam inuisus esset. negauit se. Delatoribus aures habere.

De ciuilibus gestis & moderatione eius.

Forulis cap. ut alio loco diximus siue pluteolis. Per sp. queq; sub. potius q̄ mausoleo illatos intelligas ut quos illi aduerso Tib. subuexerit ipse sepulchro religiose tutuleris. Mausoleo: illi. s. q in Martio campo Augu. extruxerat. Inferias: exequias. Annuare sacrorum ritu & instituto quot annis seruato. Matri: materne memoriae. Circenses lu. Carpentum: uehiculum thensam. Quo in pō. q legendum potius ut ad carpentum referatur nisi quo pro in quo sicq; quod minime placet simulacru3 aut quid aliud subintelligi oportebit: per quo ipse ueheretur dixerim: quum diuorum effigies & reliqua sacra curribus ipsis in circensi pōpa traduceret. Septemberger. Mar. Germanicarum magna lux calendarum sed Vrbanissimus poeta ita ad sua tempora respexit Domitia enim Germanici cognomen assumpto septembrem mensem & octobrem Germanicum & domitianū ex appellationibus suis nominauit. Antoniae: patris sui germanici matri. Vno sena: uno dixit ne alii alio tempore decreti uiderentur. Patruum cla. germanici fratrem. Die ui. to. quo ille uirilem togam sumpsit.

Omnibus sacr. quibus senatus populusq; se pro sua salute astrixisset. Afficeretur: eodem religionis affectu consecrarentur ut & ipse inuiolabiles essent.. Neq; meneq; liberos sacramenti formula in quam iurare populus adactus est. Sorores eius Liuil. Drusillam. & Arip.

Relationes consulum.

PHI Relationibus consu. relationes cōsulum dicūtur: quando in senatu referūt aliqd sup quo sentētiae patrū disquirunt. olim ius qntae relationis cōcessum fuit a senatu Alexādro Imperatori Romano. maiores nostri auctore Seue. nouam relationem post horam decimam in senatu fieri uetabant. Quod bonū. uerba sunt: qbus consules exordiebant relationes. Restituit reuocauit in pristinum statum & a dānatione relegationeq; exemit.

Criminū gratiā fecit. Condonauit crimina remisitq; pœnā criminum eo: quae adhuc residua nec dum iudicata permanebant. Commentarios ad matris: sensus est. Caius concremauit oēs commentarios & libellos: in quibus continebantur testimonia in matrem fratresq; dicta una cum de lationibus: quae oīa pscripta fuerunt ad Tiberiū cupientem illos perdere: ut dictū est in Tiberio: cū prius adiurasset se illa non legisse. tale quidam fecerunt Caesar & Pompeius. Namq; Caesar captis apd pharsaliam Pōpeii magni scriniis epistolarum. itemq; apud ta

Exēpla de cōcrematis epistolis.

psum Scipionis ea fide optima concremauit: neq; in his quicq̄ legit. consimiliter Pōpeius post interitū sertorii cum perpēnā occidisset epistolas oēs caeterasq; sertorii monumenta minime inspecta cōbussit: q̄uis in illis essent epistolae clarissimorum Romanorum: qui rerum nouarum studiosi sertorium in italiam clanculum euocabant.

Delatori: qui matrem Caii & fratres accusasset apud Tibe. Testi: qui testimonium in matrem fratresq; dixisset. Conuectos: cōportatos. Libellū de salute: quidā obtulerat Caio libellum in quo continebantur insidiae. quas quidā parabant ad Caium opprimendum. ille fretus sua innocentia & bonitate libellu3 redecit Ad

Delatoribus aures non hñdas

missum. ppetratū. peractum. Delatoribus au. hab. dictum aureum: & uere bracteatū: quod si princeps sectarentur uita mortalium foret beatior & tutior. nulla eni bestia capitalior est delatoribus & susurronibus: qui ubi in aurem principis instillauerunt aliquid de naturae morumq; ueneno: ueteres amici & clientes fidi eliminantur; exploduntur; despoliantur; prudentēr igitur & laudabiliter faciebat Alexāder magnus: qui ex duabus auribus alterā accusatori praebebat; alteram manu obturabat: ut illa reo illibata conseruaretur. praeceptū Senecae ē ut aures

Sepi aures spinis.

habeamus faciles criminantibus hoc idē pscribit psalmographus ppheta: cū ait sepi aures tuas spinis.

Spintrias. Inuētores libidinū infandarū dictos eē antiqtus spintrias supra docuimus. Sūmouit: ablegauit ab urbe Ro. Scripta senatusc̄ō. abolita: dictū est in Tiberio quēadmodū historicos quosdā poetasq; affecit suppli cio: scriptaq; eo℞ aboleri iussit: nūc Caligula rōnē habēs & doctrinæ & docto℞: scripta nobiliū scripto℞: quæ pri us fuerāt sublata reqsiuit: uoluitq; passim lectitari. Titi labie. noia sunt scriptorū: quorū qdē uolumine ad nepo tes nō puenērūt: sʒ historia ab uno (qd̄ eqdē sciā) Sene. explicat̄ digna cognitu nec indigna relatu: ptinēs ad huiusce rei enarrationē. scribit. n. in. vi. cōtrouersiarū: quēadmodū res noua & in usitata fuit supplicium sumere de studiis:

Spintriæ.

SPintrias monstrosarum libidinum ægre ne profundo mergeret exoratus urbe summouit. Titi Labieni Cordi: Cremutii: Cassii seueri scripta senatuscōsultis abolita require: & esse in manibus: lectitariq; permisit quādo maxime sua interesset: ut facta quæq; posteris tradantur. Rationes imperii ab Augusto ꝓponi solitas sed a Tiberio intermissas publicauit. Magistratibus liberam iurisdictionem & sine sui appellatione cōcessit. Equites Romanos seuere curioseq; nec sine moderatione recognouit: palam adempto equo quibus: aut probri aliquid. aut ignominiæ inesset: eoruʒ qui minore culpa tenerentur: nominib⁹ modo in recitatione prætéritis. Vt leuior labor iudicantibus foret ad quattuor priores. Quintā decuriam addidit. Tētauit & comitiorum more reuocato suffragia populo reddere. Legata ex testō Tiberii

aitq; ista ingeniorū supplicia: ut libri cōburent: cepisse post Cic. quo tpe ti ti labieni scripta ex senatusc̄ō: cōbusta sunt: quā cōtumeliā nō tulit labienus: nec superstes ingenio suo esse uoluit: q in monumēta maiorū suorū ferri se iussit: atq; illic icludi: ueritus ne ignis q libris suis & noi subiectus erat corpori negaret: itaq; nō tm̄ finiuit se ipe sed etiā sepeliuit. idē factitatū est in libros Cassii seueri: q fuit amicissimus labieni. q cum libri labieni ex. S. consulto urerentur nunc inqt me uiuum uri oportet q illos edidici. apud eundē Sene. fit crebra mētio cremutii cordi declamatoris p̄stantissimi cuius ē illa. De Cice. celebrata sentētia: pprias simultates deponendas interdū putabat: publicas nunq̄ uides Cicerōis nō solum magnitudine uirtutem: sed multitudine quoq; conspiciendam. in superioribus quoq; habita mentio est de cremutio cordo & Cassio seuero declamatoribus. Abolita. non tam interdicta q̄ igne combusta. Sua interesset. ad suā ipsius gloriam pertineret: q enim gloriosius in principe esse potest. q̄ rationem habere studioruʒ: atq; operam dare ut monumēta doctorum: q scribendo agunt negotia posterorum tradantur posteritati.

Suppliciū de studiis
Cōbusta labieni scripta.
Sententia cordi.

M. AN. Relationibus consulū quum consules de rep. dicturi essent tali intellige prefatione usos. Popularitate: grato omibus decreto. Restituit: in pristinū statum reuocauit. Criminū quæ ad se delata essent: aut ultro alicui intenta. Residua: de quibus nulla adhuc secuta essent damnatum aut lucidū. Omniū gra. fecit: oblitterata omniū memoria pœnā remisit. Cōmentarios codicillos. Testi/q aduersus illos testimonium dixisset.

Statuã aut imaginẽ. statua ænea est uel marmorea imago cærea uel picta. Quod pla. licuisset Pla. li. ii. de re pu. poetas censet ex ea ciuitate quã format esse repellẽdos. nã de Hesiodo inqt: nõ pbe mentitus est Hesiod. qñ fingit queadmodũ saturnus celiũ prem puniuit. q̃ a filio ioue saturnus ipse ppessus est: que quidẽ si uera essent: nõ tñ putarẽ esse pferenda sed tacenda potius: de home. uero pau. post sic ait. uincula Iunoni a filio indita proiectionẽq; uulcani a patre: cum ille uerberatæ matri subuenire uellet: aut deorũ pugnas; quotcũq; Homerus scripsit: minime in ciuitatem recipere debemus siue per allegoriam dictas sint: siue sine allegoria: idem li. x. poesim inquit ex ciuitate expulimus. huius platonicæ sententiæ ci. quoque meminit: cuius uerba hæc sunt. Recte a Platone educũtur poetæ ex ea ciuitate: quã finxit ille: cũ mores optimos & optimum reip. statum exquireret. Euse. in pparatione euangelica poetas e ciuitate platonica repudiatos esse prodidit & in primis Homerũ ppter pugnas cõtẽtionesq; deorũ: quas ille in suo poemate scri. quin etiã Aug. in ii. de ciui. dei super hac re tradit hæc. an forte platõi græco potius palma danda est: qui cum ratione formaret qualis esse ciuitas debeat: tanq̃ aduersarios ciuitatis poetas cẽsuit urbe pellendos.

Statua
Imago

M. AN. Cultrarii: cultrũ sacrificãti subiicere soliti: aut certe q hostiæ iugulo cultrũ admouebat. Effusus solutus. Vno meo nutu me tñ innuẽte. Varios iocos iocosos: sermõcs. Assistens astans. Apellẽ tragœdũ: tragœdiarũ actorẽ. Vter ipse an Iuppiter. Cũctanter: hæsitantẽ tardius respõdentẽ. Discidit: lacerauit. Subinde idẽtidẽ sæpius. Prædulcẽ: dulce & ut in tragœdiarũ actu modulatã. Amiculæ amicarũ cuiuspiã. Tã bona: suauis. Simul ac: statim qđ. Eqsiturũ q̃stione habiturũ. Fidiculis: q̃stione & suppliciis a fide fidicula est quo gñe uiculi mẽbris colligatis acerba exercebat q̃stio. Tãtope diligeret: quasi se nõ natura s; magica arte amare itelligeret. Minore liuore: inuidia. Oẽ genus hoim: ois gñis hoies. Grassatus: uiolẽter & pniciose iuectus. Nisi se pculto se prius auctore facto. Abolẽdis tollẽdis Ciuitate sua. quã ipse legibus & istitutis cõstituit ad cuius æmulationem Xenophõ ciri institutionẽ scripsisse dr̃ cẽsuit Plato eo opere Homeri scripta in usu; haud recipienda. Euphorion & panætius pdiderũt initiũ librorum quos Plato de repu. scripsit sæpius inuersum ab eo atq; immutatum.

PHI. Alterũ ut nul. ingeni. hoc ad Virg. referẽdũ est: q cõtra caligu. inuidẽtiã maximus atq; optimus poetarũ ab eruditis nũcupat: quẽ ut inqt nõ minus uere quã scite Macro. nullius unq̃ disciplinæ error iuoluit. Quẽ alexan. ro. impa. platonẽ poetarũ uocitabat. Alterũ ut uerbosum. hoc ad li. referẽdũ q tñ ex sñia eruditorũ nobilissimus est historicorũ: ad quẽ uisendũ ex ultimis galliarũ hispaniæq; finibus uiros nobiles romã uenisse Pli. hieronymusq; notificant. Caligu. ut non solum in uiuentes: sed etiã in defunctos sæuiret: ut non solum in corpora: s; etiã in ingenia stringeret serã ferreãq; naturã, cogitauit de abolẽda iliade & odyssea homeri. a quo ceu fonte perẽni uatum pieris ora rigantur aquis. Dicebat eñ si licuit plato: eiicere poemata homerica ex illa sua ciuitate commentitia & imaginaria; cur mihi uero principi nõ licet illa abolere: tanq̃ ita ais iperare posset ut corporibus. Nec mirũ si uirgi. ut indoctũ. si Liuiũ ut uerbosũ carpebat maleuolus & osor uirtutis priceps: cũ maxia semp igenia fuerint inuidentium morsibus subiecta: Summa eñ impetit liuor minora ptteruolãs. sic altiora fulminant. sic ut ait Sidonius: linguas uituperonũ cote liuoris acuminatas non fugere Demosthenes & ci. Sic Home. Mantua. & historico patauino nõ defuere carptores. Nãq; compilator grecorũ dictus est ab æmulis maro: in quẽ ausi sunt critici stringere linguas: & oli editus est li. a nebulone ĩfando titulo ĩscriptus uergiliomastix. sicut zoilus homeri obtrectator cognoiatus fuit homeromastix. Li. qq; asinius pollio ausus ẽ canina lacerare facũdia; dicẽs se i illo iuenisse quãdã patauinitatẽ. s; dũ caligu. obiicit uirgilio insciẽtiã ingeniiq; hebetationẽ. perinde facit ac si herculi obiiciat timiditatem. Dũ iu li. criminat ubertatẽ perinde est ac si fœcũditatem culpet iu fonte: & in oceano largitatem insectet. cũ uirgiliana maiestate nihil doctius nihil ingeniosius. Cum liuiana ubertate nihil fœcundius; nihil expetibilius excogitari possit. De iu. quo consul. plato & aristo. precipiunt legẽ dñari debere ut reginã: si uolũt mortales honeste degere & beate. ubi uero nõ lex preest sed subest; nec legi paret princeps sed imperat: male actũ sit cum ciuitate illa est necessum. Caligu. uolebat legibus impare nõ parere cõtra prescripta sapiẽtissimorũ: ideoq; iactabat se aboliturũ usu; sciẽtiæ iurisco. q̃ ptinet ad legũ interptationẽ. legis enim scriptũ augustũ: interpretatio legis diffusa est cuius ministri sunt iurisco. adeo ut qđ dictũ est de magistratu iuridico: idẽ dici possit de iurecõsul. uidelicet iurisconsultum legem esse loquentem: sublato itaq; usu iuriscon. lex quodãmodo muta fiet: & silens: quocirca Ca. uolens abolere interpretamẽta iuriscon. poterat uideri leges ipsas tollere uelle: atq; concidere: ut ipsius fœdissimæ uoluntates & placita insanissima pro legibus haberentur. Præter eũque. si illi collibuissent. libido eñ regum ut inqt Iustinus: p lege est: & ut testat iurisco. quod principi placuit legis h; uigore; si uero legas æquũ. sensus erit Caligu. iactasse se effecturũ ut iuriscon. nõ tã ex prescripto legũ responsa darent: q̃ ex æquo & bono. est aũt æquũ & bonũ nõ tã scđm legẽ: q̃ scđm emẽdationẽ legis; nã ut inqt elegãter Aristo. in qnto ethi. natura boni & æqui emendatio legis est; qua omissum erat aliquid pter uniuersale. Ne qd respon. uerbo usus est iuriscon. accommodato; q ppie de iure respondere dñr. auctor est Põponius iuriscon. ante tpa Augusti publice respondẽdi ius datũ nõ fuisse

Virgilius
Titus liuius
Virgilio mastix
Homero mastix
Aequũ & bonum
Respõdere de iure

iuriſcon. ſed q fiduciã ſtudiorũ ſuorũ habebant cõſulẽtibus rñdebãt:neq; reſpõſa ſignata dabãt:primus diuus augustus:ut maior iuris auctoritas haberet:cõſtituit ut ex auctoritate eius rñderent. legimus Neruã filiũ adhuc adoleſcentem uel potius puerũ publice de iure rñdiſſe. labeo quoq; antiſtius cõſulẽtibus de iure publice rñſitauit. Inſignia. inſignia familiarũ uocamus: quę una quęq; familia diſtinctiõis cauſa hʒ peculiaria: ut illuſtres principes mei Bentiuoli habẽt inſignia ſerrulata. ita apud priſcos in gente torquatorũ erat torquis: ob illũ torquẽ: quẽ interfecto gallo detraxit mãlius ob id torquatus cognominatus: hæc iſignia caius ex inuidẽtia ſæuaq; natura nobiliſſimis detrahebat. ita torquato nobiliſſimi ſtirpis in gente torquata detraxit iſignia torquis: ne eo honeſtamẽto ãplius inſigniretur.

Nerua filius.
Inſignia familiarum
Inſignia bẽtiuolorum ſerrulata.
Torqs torquatorũ

M. AN. Nullius do (gnire &ctrinæ: cõtra Pli. Virg. inqt: oim diſciplinaruʒ peritiſſimus. Fabius qntil. Domitii aphri iudicio credidit tã proxime ad Homerũ accederet ut ppior primo q̃ .iii. eẽt: trãſeo poetarũ & grãmaticorũ teſtimonia qbus plane arguit deliramẽtũ id caligulæ fuiſſe nõ iudiciũ. Verboſuʒ Liuiũ. I ſed Fabius qui eum Herodoto comparat ac ſupra qui dici poſſit in concionibus putat. eloquentem nihil luxuriare credidit. iuriſq; conſultus: iuris ſcientiæ peritis. Abolituris: ſublaturus. Præter eum: omnes Tranq. codices quos uidimus ſic habent ego æquum non eum legendũ contenderim ut ſit ſenſus ſtatuiſſe caligulam abdere omnia iuris uolumina nequis poſtea conſultus niſi ex equo & bono non autem ex iure conſultorum auctoritate reſpondere poſſet: aliud eſt enim lege aliud ex æquo & bono iudicare nec eſt cur eum ad caligulam referas: ſiquidem preter ſe non eum dixiſſet: quum ipſe loqueretur. Vetera inſignia ornamenta quædam a maioribus per manus tradita ut geſtandi torquis. & concinnaræ comæ uſum. Torquato: torquatæ gentis uiro cuidam: ſed cuius familiæ non dicit: nam & a torque gallo hoſti adempto torquati cognomẽ uictori primum: mox & familiæ uſurpatum: Liuius: & Ouidius id prodiderunt: Cæterum. C. nonium aſprenatem ab Augusto aureo torque donatum plane cõſtat datumq; ut ipſe & poſteri torquati cognomen ferrent: in dubium igitur uenire poteſt aſprenatum an manliorum uni ſit ipſum inſigne ademptum.

Vetera familiarum inſignia nobiliſſimo cuiq; ademit. Torquato torquem: Cincinnato crinẽ. Cn. Pompeio ſtirpis antiquæ magni cognomen. Ptolemæum: de quo retulit: & acceſſitum e regno: & exceptum honorifice non alia de cauſa repente percuſſit q̃ q edentem ſe munus: ingreſſum ſpectacula: conuertiſſe hominum oculos fulgore purpureæ abollæ animaduertit. Pulchros & comatos quoties ſibi occurrerent: occipitio raſo deturpabat.

Cincinnus.
Crinis cincinnatoruʒ
Hæredio lum.
Heredium
Cognomẽ magni.

PHI. Cincinnato crinẽ. Cincinnus ſignificat capillũ intortũ: ut eſt in uite collicolus capreolus nũcupatus auctor. M. Var. a cincinno cincinnati: capillati dñr. & ab eodẽ cincinno qntii ueteres roma. cognominati ſunt cincinnati: apud liuiũ li. iii. ab origine urbis luculẽter hiſtoria pſcribiẽ de quintio cincinato: qui obſeſſi conſulis & exercitus liberator ab oratio uocatus ad dictaturã uenit: ac rurſus faſcibus depoſitis: quos ut inquit Columella feſtinantius uictor reddiderat q̃ ſumpſerat imperator: ad eoſdẽ iuuencos & .iiii. iugerũ auitum hæredio lum rediit. eſt autem hæredio lum ut Columellæ uerbũ intelligas prędiolum ab eo dictũ: qd hæredẽ ſequeret: in legibus. xii. tabularum in horti ſignificatione ſemp noiabatur heredium. ex quo diminutiua forma heredio lum dictũ. crinis aũt hoc eſt capillus in familia cincinatoruʒ erat p inſignibus. hunc ademit peſſimus princeps cuidam cincinnato ex illa uetuſta familia: ſicut cuidam Pom. qui a magno põpeio deſcenderat: ademit cognomentum illud magni: qd pom. magnus africa ſubacta & in deditionẽ redacta tanq̃ ſpolium ſibi comparauit. auctor Pli. ſentire uidetur Li. magni pompei cognomen cepiſſe ab aſſentatione familiari. ſicut fœlicis Syllæ. Plutar. uero tradit pompeium ex bello africano redeuntem a Sylla magnum ingenti uoce ſalutatum fuiſſe: qui iuſſit ut omnes qui tunc aderant cõſimiliter eum magnum appellarent. alii dicũt cognomẽ hoc primum in africa ab uniuerſo exercitu inditum fuiſſe pom. deinde uim atq; cõſuetudinẽ ex hac ſyllæ ſalutatione habuiſſe. Pompeius ipſe ſero longoq; tpe poſt ſe magnum in epiſtolis ſcripſit. De quo re. paulo ante retulit ptolemeum regem fuiſſe a Caligula interemptum. cuius necem dum libertus ulciſci laborat: fuit cauſa ut arma ro. Claudio iam principe in mauritania bellauerint.

Abolla
Nõ omnis purpura illuminata
Iocus Auguſti
Exempluʒ regiæ remuneratio nis.

Eden. exhibente. Munus. ſpectaculũ gladiatorũ. Fulgore abollæ. abolla ueſtis eſt militaris ut inquit Nonius. abollã ſcribit Seruius ueſtem eſſe duplicẽ. apud Martia. accipitur pro Cynici phi ueſtimento ſic ſcribentem Cera quẽ mundi tegit uxor abolla grabati. apud eundem abolla tyria hoc eſt purpurea datur Criſpino inter aulicos potentiſſimo neſcit cui dederit tyriam criſpinus abollã abollæ meminit Iuuenalis: ois autẽ purpura: non eſt fulgore luminoſa: ſed quadam obſcuritate cenſetur: quę niſi altius collatur nõ ſplendeſcit: nec implet oculos conuentiũ. hinc auguſti iocus innotuit: q cũ olim quereret de obſcuritate tyriæ purpuræ: quam emi iuſſerat. dicente uenditore erige altius & ſuſpice: his uſus eſt ſalibus: quid ergo ut me po. ro. dicat bene cultum in ſolario ambulaturus ſum Cæterũ ſicut ueſtis precioſa cãm mortis pſtitit ptolemeo apud caligulã: ita imperiũ peperit Syloſonti apud Dariũ. qui olim curioſa cõtẽplatiõe uiderat. Syloſontẽ amiculo purpureo indutũ. eiuſq; pulchritudine captus id mercari uoluerat. Sed Syloſon ego inquit amiculũ hoc nulla pecunia uendo: ſed tibi dono do: ſi modo tuum ppetuo eẽ debet. Mox darius memor muneris liberaliter datum: ſyloſontem remuneratus eſt regia remunerationе: namq; pro ueſte illi retribuit imperiũ Sami inſulæ fortunatæ & optimæ. auctores Herodotus in thalia. Valerius in. iiii. Strabo in. xiiii. geographiæ. Occipitio. miror Albertum magnũ uirũ alioquin eruditiſſimuʒ occipitium partem capitis anteriorem nuncupare: ſincipur uero poſteriorẽ: cum apud latine puræq; ſcribentes in contrarium accipiantur: qd & alibi annotauimus. Deturpabat. ſicut ornamentũ capitis eſt maximũ coma: ita de honeſtamentum turpiſſimũ eſt capillamenti amputatio: in tantũ ut ipſa uenus dearũ pulcherrima ſi calua proceſſerit placere nõ poſſit: nec uulcano qdẽ ſuo. comati uero q mallent remp. turbati q̃ comã: ſi hoc tpe raſo capite

demparentur:deus boneq̄ quas lamētatiōes quos eiulatus facerēt:q̄ plorabili querimonia perditā comam cōplorarent qui nō minus tēporis minusq̄ curæ impēdunt cōcinnatoribus capillorū:q̄ studiosi doctoribus disciplinarum. Esius procu.nomē est ꝓpriū uiri staturosi. Colosseros di. colossos auctore Plinio uocant moles statuarū turribus pares. inde proculus colosseros siue colossos dictus est:cū esset staturosus:statuæ quoq̄ igētes colossæ & colossicæ a ueteribus nuncupatæ sunt. Spartianus. statuas Selio uero ꝑ totā urbē colossas poni iussit. Plinius fecit phidias alterū signū colossicō nudum. Victruuius. in. x. colossicotera onera cōparatiuo noie eleganter dixit intelligi uolens ingentiora magisq̄ colossica.

Statuæ colossicæ

Colossicotera.

Erat Esius ꝓculus pr̄e primipilari ob egregiā corporis amplitudinē & speciē colosseros dictus. Hunc e spectaculis detractum repēre: & in arenā deductū thraci: & mox oplomacho cōparauit: bisq̄ uictorē cōstringi sine mora iussit: & pānis obsitū uicatim circūduci: ac mulieribus ostēdi: deinde iugulari. Nullus deniq̄ tam abiectæ cōditionis: tamq̄ extremæ sortis fuit: cuius non commodis obtrectaret. Nemorensi regi: q̄ multos iam annos potiretur sacerdotio: ualidiorem aduersarium subornauit. Quum quodam die muneris essedario Porio ob prosperam pugnam seruum suum manumittenti studiosius plausum esset: ita se prorīpuit e spectaculis: ut calcata lacinia togæ preceps per gradus iret indignabundus & clamitans. dominum gentium populum ex re leuissima

Hunc e spectaculis: q inter spectatores sedebat spectabatq̄ alios gladiatores ī arena gladiatoria dīgla

Thaces gladiatores.

M.AN. Cincinnato: (diāres cui gentile erat. cō cinnatū capillū ferre. Stirpis: antiquæ. a Magno pompeio deductæ. Cognome: magni ne magni cognomen ferret: eam appellationē ex clarissima illa oriētis uictoria pōpeio quæsitā: Appianus innuere uidetur: q pharnace sub primū accessū superato ait cæsarē exclamasse bi sūt q te magnū fecere pōpei: Plutarchus eū admodū iuuenē ad syllā cū exercitu uenientē ab eo magnum appellatū tradidit: plures ex africa ab eo magni appellationem relatū dicūt. Percussit: occidit. Munus: gladiatorum spectaculū. Fulgore: splendore. Abollæ: uestis senatoriæ ut Festo placet quasi abullæ quod sit undiq̄ bullata. Nonius Varronem secutus militarem uestem abollam interpretatur: Varro toga detracta est abolla data. Occipitio: posteriore parte capitis: Persius occipiti cœco posticæ occurrite sannæ occiput dicimus & occipicium. Esius ꝓculus: & hic quoq̄ locus mendosæ meo iudicio legitur omnia enim quæ uidimus tranquilli exemplaria e suis habent quasi duæ sint partes orationis quod ne eleganter quidem diceretur: ex qua lectione nullus sequr sensus quare Esius nomē melius accipies ut sit Esius proculus siue Elius: colosseros. maior quidam colossus. E spectaculo e cauea spectantium in subiectum theatri locum.

PHI. Thraci. gladiatores q̄dam speciali uocabulo thraces dicti ab armatura thracum. ora. ad imū trax erit quē locū exponēs Porphirio ait auctorabit in ludū ut gladiator sit. myrmilloni in certamine gladiatorio opponebatur thrax: qd̄ signat Auso. in monasyllabis cū ait. Quis myrmiloni cōtēdit: æqmanus thrax. Cic. in. vi. antonianarū thracē iugulauit familiarē suū: De thrace gladiatore intelligendū est illud plinianū. ex. xi. Thracio studioso in Caii cæsaris ludo notū est dexterā fuisse ꝓceriorē. Signat. n. Pli. gladiatorē ex his q thraces uocitant: solitū ī Caligulæ ludo gladiatorio exercere gladiaturā. Caligula. n. q dr̄ Caius cæsar ddecrabat thracibus. Inde arma thracis gladiatoris dicta threcidica. Cic. in sexto antonianarū. Myrmilo ī Asia depugnauit cū ornasset threcidicis comite & familiarē suū illū miserū fugientē iugulauit. Ciceroniani codices mēdosi sunt. Interp̄tes quoq̄ illud threcidicis ꝑperā & legūt & interp̄tantur. Oplomacho. gladiatorē uocāt oplomachū quasi cū armis militaribus & scuto depugnātē græci. n. τοοπλον dicūt scutū τα οπλα arma; & μαχομαι pugno. Martia. oplomachus nunc es fueras ophthalmicus ante de oplomachis gladiatoribus ait Iulius Firmicus. in. vii. si Mars fuerit in finibus Iouis famosi gladiatores nascent: oplomachi nascent̄ si testimoniū Veneris defuerit marti. Comparauit. opposuit. cō misit. Bisq̄ uictorē. cum primo thracē deinde oplomachū uicisset. Pannis obsitum. uestitu sordido squalentiq̄ obuolutū magis q̄ indutū. tale est illud terētia. uideo quedā annis & pānis obsitum. translatio est ab ægro ut inquit Donatus. Vicatim per uicos urbis. Obtrectaret. noceret incōmodaret. Nemorēsi regi. iuxta aritiā lucus est Dianæ; arthemisiū uocant; ubi barbaricus scythicusq̄ mos obseruatur: namq̄ sacerdos instituitur fugitiuus qdā uir gladiū tenēs & insultus sꝑ circūspectās: & ut inquit Stra. ad se tutandū strenue paratus. scri. Ser. in hoc arthemisio fuisse arborē illā; quā celebrat Vir. in. vi. de q̄ in fringi ramū nō licebat. dabatur aūt fugitiuis potestas: ut si qs exinde potuisset auferre monomachia hoc est singulari certamine cum fugitiuo templi dimicaret: cui uicto uictor succedebat in sacerdotium: idq̄ peculiariter regnum uocabatur; & ipse sacerdos rex Nemorensis dictus a nemore illo Dianæ sacrato; quod arthemisiū nuncupari sigñauimus. hinc ab oui. dictū est in. iii. fa. Regna tenent fortes manibus pedibusq̄ fugaces & perit exēplo post mō quisq̄ suo. Itē in primo de arte. Ecce suburbanæ tēplū nemorale dianæ Partaq̄ ꝑ gladios regna nocēte manu. Hinc Vale. flaccus in. ii. argonauticorū. & soli non mitis aritia regi: Luca. quoq̄ in. iii. pharsaliæ sic inquit: Qua sublime nemus scythicæ qua regna dianæ Caligula qui omnium commodis incōmodabat: immisit quēdam fugitiuū robustiorē: q cū rege illo Aricino sacerdote depugnaret: ut ita superatus & uita spoliaretur & sacerdotio: & si sacerdotium illud erat conditionis uilioris. Muneris. spectaculi gladiatorii. Essedario. essedarium appellat certatorem nomine porium: qui ex essedo depugnabat uideturq̄ significare lanistam. de essedariis britanis longa est disertatio apud Cæsarem in cōmentariis; & nos superius meminimus: qui alio nomine dicuntur couinarii a couino curru. Seruum. qui erat in familia lanistæ gladiatoria. Plausum esset a spectatoribus. Calcata lacinia. Illa uestis inquit eleganter Symachus decenter induta est; quæ non trahit puluerē; nec in humū demissa calcatur. laciniā hoc ex extremā togæ particulam cū ꝑ

Arma threcidica. Correctus. Ciceronis locus. Oplomachus. Arthemisium sacerdos fugitiuus. Monomachia. Rex nemorensis. Essedarii. Couinarii. Lacinia

lixior esset pedibus pressit proculcauitq; Caligula p indignationē e spectaculo se furenter eripiens:adeo ut praeceps
Laciniosus per singulos gradus iret:more eorū qui uestigia titubāta tenere non possunt. a lascinia laciniosus deriuatur: accipi
turq; pro flexuoso sinuosoq. ab apuleio conuallis laciniosa.a Hierony.disputatio laciniosa dec ētet dicitur pro tor
Laciniata tuosa & implicata. Sunt eñ laciniae in uestimēto cesurae particulatim concisae decoris causa:unde laciniata uestis
uestis & aduerbium laciniatim:qd significat particulatim & per flexuras. Apule. Non laciniatim disperso s₃ cuneatim
Laciniatim stipato commeatu difficultates illas transabiremus. Laciniosa fuit Alexādria anguloso ꝑcursu. Columella iubet
pecus aegrotorum distribui in lacinias
hoc est in particulas separari ut facili
us conualescat.

M.AN. Thraci retiario: Sene. si thraxessem fusius esse. Mox oplomachoꝫ oplomachus gladiator q scuto & ferro in spēm iustae pugnae dimicat τοοπλον graeci scutū uocāt μαχομαι. pugno ḡquā και τεοπλα graeci arma καιοπλυτυυ armigerū dicūt. Cōparauit: cōmisit. Bis uictorem thrace & oplomacho uictis. Obsitū:sordidis uestibus & squalore coopertū. Mulieribus ostendit: quibus ob elegātē formā gratissimū fuisse senserat. Obtrectaret:detraheret malediceret. Nemorensi Regi:aricinae dianae sacerdoti:ariciae ipm quoq; sacerdotiū regnū dicebat Ouidius regna tenēt fortes manibus pedibusq; fugaces:& perit exēplo postmodo qsq; suo:siqdem quot annis ferro decertare cogebatur qui si uictor fuisset uictum p hostia numini dabat:sinctus is qui uicisset sacerdotium optinebat:Sed huius feri ritus; preter Ouidiū:Plini. Strabo. Lucanus & alii plaeriq; meminerūt. Multos annos quasi raro alias contigisset ut tā diu qsquā supstes fuisset quum circumacto fere anno sagina grauis & deses ferocissimo hosti & morti deuoto obiceret. Validiore: potētiore:Aduersariū hostē concertatore. Subornauit substruxit instigauit. Essedario porio:lanistae quod in claudio apertius ostenditur. Manumittenti:libertatem donanti. Seruum suū:unum:ex familia ex iis uidelicet q ad gladiaturam sub eo instituebant. Ob prosperam pugnā. quia idem gladiator in munere prospere pugnasset.

Studiosius maiore quodam studio & fauore uelut ei qui grate: & non auare fecisset ut hunc:qui prospere pugnasset & si i seruitute retinere liceret libertate tamen donasset. Proripuit:cum impetu:& indignatione se spectaculo subtraxit. Calcata:pedibus pressa. Lacinia:extremae uestis scissura sunt enim laciniae scisurae in extrema parte uestium ornatus gratia factae:unde laciniatae uestes a lacero id nomē:hinc lacesso quod est lacerādo ꝓuoco seu irrito. Apuleius saepissime laciniam pro ueste accipit. Praeceps:praecipitanter ruens.

plus honoris gladiatori tribuentem:ḡ consecratis principibus:aut praesenti sibi.

De luxuria & libidine eiusdem.

PVdicitiae neq; suae neq; alienę pepercit. M. Lepidum M. Nestorē pantomimū:quosdam obsides dilexisse fertur cōmercio mutui stupri. Valerius Catullus cōsulari familia iuuenis stupratum a se ac latera sibi cōtubernio eᵒ defessa etiā uociferatus est. Sup sororū icesta & notissimū ꝓstitutae. Pyralidis amorem nō temere ulla illustriore foemina abstinuit:quas plaerumq; cum maritis ad coenam uocatas

PHI. Plus hono. ꝓpter plausum quo ꝓsecuti fuerāt manumissionē gladiatoris manumissi a Porio essedario. Cōsecratis princi. moris fuit apud Roma. ut principes in theatro populari plausu exciperētur:hos aūt tergeminos honores appellat oratius. Praesenti sibi cū debeat pricipis urgere presentia:& hoc ipo honoratior solet esse. Sibi uis in ꝓnoie. sibi q priceps erat. sibi q deus uideri uolebat:sibi q diuino cultu ueuerabilis & uenerādus apparebat. Sibi q se fratrē iouis ut inqt Iose. est ausus appellare:sibi q se dn̄z imposito diademate. ut ait Sextus Au
Pātomimi. re. iussit noiari. Neq; suae. stupratū stupratorēq; fuisse significat. Pātomimum. histriones pātomimi dicunt ab aegregia quadā rerū oim imitatiōe. Furius bibaculus fuerā inqt & uocabar pantomimus:scribit Iulius Fir. pātomimos nasci qui habēt. leporis sydus in horoscopo:si eū locū Venus respexerit. Olim pātomimi sublati fuerūt a Domitiano:restituti mox a Nerua:quos traianus iterum sustulit. ut scribit. Pli. in panegyrico celebrat mora repētina duorū eqtū q in Venere obierūt coeuntes cum pantomimo mythico tunc forma ꝓcellēte. Quosdā obsides. in hanc sniam ē illud satyrici poetae aspice qd faciūt ꝓmercia uenerat obses:hic fiunt hoies. Caligula quosdā in obsidatū datos turpi amore dilexit dū illos subagitat:& ab illis uicissim subagitat. Mutui cū pariter agerēt & paterent muliebria. Stupratū. s. Caligulaꝫ. Cōtubernio. obscena sodalitate & ꝓbrosa cōtubernalitate atq;
Latera ex cōuictu. Defessa. Catullus elegāti uocabulo latera ꝓ cōcubitū crebriorē ex hausta. appellat ex futura:nā frequens
fututa Venus debilitat subneruatq; & in primis latera:unde parcere lateri est abstinere a coitu. Iuue. Nec querit ꝗ & late
Parcere lateri ri parcas. Ouidi. praecipiēs exercendā uenerem ait s₃ lateri:nec parce tuo:sunt. n. in lateribus renes;quos ait Var. ita dictos quasi riui ab his obsceni humoris orianē. Quidā phōrū libidines rerū uenerearū in iecore ꝓtineri arbitrantur. ꝗ a Lactācio quoq; memorat in lib. de opifi. Pyralidis. nomē est ꝓpriū meretricule quā amauit. Cali:alias
Pyralis pyralis est pēnata bestiola magnitudine muscae ex igne ꝓueniēs:unde & nomēa qbusdā pyrausta appellat quam
pyrausta diu est in igne uiuit cū euasit longiore paulū uolatu tūc emorit. Prostitutae. instar uulgaris scorti & diobolaria
Diobolare scortum dr̄ eñ diobolare scortū ꝗ duobus obolis cōducit:mēdosus est locus apud Var. in. iii. de lati. lin. in cuius codicibꝰ
Locus Varronis. ipressis sic legit Viuolares sabini soboles corrupto sensu ex lrārū ꝓfusiōe iuersiōe & ordine ꝓpostero: Tu ita lege diobolares a binis obolis. docet eñ Var. diobolares meretrices dici a binis obolis a duobus minutulis nūmulis q pro ꝓcio cōcubitus numerant. Plau. in penu. dixit seruulorū sordidulorū esse scorta diobolaria. erat itaq; ob infamiā notissimus amor:quo Caligu. afflictim amabat turpeꝫ & ꝓstitutā meretricē pyralida:potuissetq; uideri tolerabilis:si secutus foret illud Catonis. Oratianūq; ꝓceptū. huc iuuenes aequum est descēdere nō alienas ꝓmolere uxores. & illud Plauti. Dū te abstineas:nupta:uidua:uirgine:iuuentute:& pueris liberis:ama ꝗ lubet. sed Cali. & ꝓstitutas amabat nec illustrioribus matronis abstinebat nuptasq; sectabatur.

Præter pe. iuxta pedes. Mercantiū mo. mos est mercatorū ut mercē quam empturi sunt oculosæ & cū quadam letitudine etiam atq; etiam contemplent. hoc id ē faciebat Caius inspectanda pensitandaq; matronarum formositate. Summitterent. ad terrā demitterēt more matronarum uerecundarum decet eñ talis pudor ingenuā mulierē. Vir. Tum breuiter dido uultū demissa pfatur. & sicut γυναιξι κοσμον η σιγη φερει mulieribus ornatū prebet taciturnitas ita & uerecundia. Seuocasset. solā seorsum euocasset:q; signū est futuri concubitus.

M.AN. Gladiatori:qui ob prosperam pugnā manumissus esset. Neq; fur. q. d. ne fure qdem pudicitiæ nō modo alienæ rōne habuit. Cōmertio:nefaria consuetudine. Stuprasse; caligulaȝ. Contubernio:domestico usu. Defessa latera:stupri assiduitate. Iu. nec quæritur quod & lateri parcas & rursus quantū erat ex hsuā lūbos donare clientis. Vociferatus; clara & alta uoce testatus. Super sororum incesta supra nefarios sororum cōcubitus. Notissimū amoreȝ: præter te pete quod perdite prostitutam amauerat ancillā. Lente: cunctanter ocio sæ. Mercantiuȝ more:tanq̄ aliquid mercaturus. Faciem; ipsaruȝ mulierum. Alleuans. attollens erigens.

præterq; pedes suos transeuntes diligenter ac lente mercantium more considerabat etiam faciē manu alleuans si quę pudore summitterent. Quoties deinde libuisset egressus triclinio: quum maxime placitam seuocasset: paulopost recentibus adhuc lasciuiæ notis reuersus uel laudabat palā uel uituperabat singula: numerans bona malaue corporis atq; concubitus. Quibusdam absentium maritorum nomine repudium ipse misit: iussitq; in acta referri.

De luxuria eiusdem in cœuis: balneis: ædificiis: & aliis operibus.

NEpotatus sumptibus omnium prodigorum ingenia superauit. commentus nouum balnearum usum portentosissima genera ciborum atque cœnatum ut calidis frigidisque unguentis lauaretur: preciosissimas

Summitterent faciem: est enim muliebris decori uultum coram uiris demittere. Virg. Tum breuiter dido uultum demissa profatur: contra petulātis & impudicæ attollere. Iuue. Cūq; paludatis ducibus præsente marito ipsa loqui recta facie strictisq; mamillis.

PHI; Notis; signis uestigiisq; peractæ libidinis qualia sunt illa apud Iuue. Humida suspectis referens multicia rugis uexatasq; comas uultūq; auremq; calentē. Laudabat pa. agebat cōtra Oui. documētū scribentis præcipue Cytherea iubet sua furta tacere:cui astipulant Tibullus & Proper. quorum alter cecinitq sapit in tacito gaudeat ille sinu alter tradit. in tacito cohibe gaudia clusa sinu. Bona malaq; concubitus. scribit Lucre. in iiii. Scorta in concubitu mouerit:ut ipsa Venus sit concinnior uiris & suauior. Caligula palā dicebat de concubitu matronarum:quid concinnitatis quid insuauitatis habuisset itidem bona corporis uel uicia si qua latebant promulgabat: adeo nullam rōnem habebat matronatus matronalisq; dignitatis. Signat autē historiā quā legimus apud Sene. in li. ii. q in sapientē non cadit iniuria. erat Valer. asiaticus imprimis ferox & uix æquo aīo alienas contumelias laturus huic in cōuiuio in concione uoce clarissima qualis in cōcubitu esset uxor eius obiecit hæc tā atrox tāq; insigniter facta iniuria effecit ut assiaticus inter præcipuos auctores interficiendi Caligulæ fuisse pdat q̄uis ipe dicat apud Iosephū. cū quæreret de interfectoribus Cai. utinā ego interemisseȝ. hic deinde accepto Claud. iussu libero mortis arbitrio uenas secuit. ut docet Cor. tacitus. Repudium: misit sensus ē Caius priceps libellū repudii misit ad quasdā matronas:noie nō suo sed maritorū:cū illi essent absentes. In acta. tale est illud poetæ cupiēt & ī acta referri:nā ut res testatior eēt de repudio matronaȝ uoluit in acta publica referri. Nepotinis sumptibus. luxuriosis & imodicis pfusionibus ipensarū. in uetusto codice leg imus nepotatus quod placet:&. n. nepotatū dicimus luxuriam pdigāq; profusionē & nepotari significat luxuriſæ & pdigaliter uiuere:quo uerbo usus est Tertul. in apologetico. Aristippus inquit in pupura nepotaī. Prodigorū ingenia. duo sunt inqt. M. Tul. gña largorū quorū alteri prodigi alteri liberales. pdigi q epulis & uisceratonibus & gladiatorū muneribus ludorū uenatoriūq; apparatu pecunias pfundunt. ueteres dixere pdigitatē & pdigentiā pfusionē:quā nunc pdigalitatē. Cōmentus cū excogitasset. Portētissima:inusitata atq; admirāda loco uice q; portēti. Pli. appellat ingenia portētosa:quæ noua luxuriæ instrumēta excogitauerūt. Vt calidis:hoc referendū est ad nouū usuȝ balnearuȝ: neq; eñ antea usitatū fuerat lauari in balneari solio unguentis calidis frigidisq;:unde Pli. nī hoc Cōmētū Cai Caligulæ in xiii. taxat his uerbis. Necnō aliquē ex priuatis audiuimus iussisse spargi pariētes balnearū unguēto. atq; Caiū principē soliū lauari. ac ne principale uideat hoc bonū & postea quēdā exseruis Neronis. Vnguentis:unguenta sicut scribit Pōpo. iurisc̄o. ea intelligimus:quæ & uoluptatis & ualetudinis causa cōparant. sed Pli. & reliqui fere oñs: qui latine:& puriter locunt unguentorū noie ea significāt:quæ ad uoluptatē & elegantiam tm̄ conficiunt:cū medicamenta illa uerius dicantur. quæ ad ualetudinem pertinent:quorū multiiuga sunt noia. Aristippus auctore Seneca aliquando delectatus unguento:male istis effeminatis eueniat qui rem tam bellam infamauerunt:de compositioue unguentorum & nominibus lege. quæ scribit Pli. In. xiii. qui cum oia diligenter copioseq; explicasset. hæc est ait materia luxus e cunctis maxime superuacui:unguenta illico expirant & suis moriuntur horis. olim Licinius crassus & Iulius Cæsar censores edixerunt nequis uenderet unguenta exotica. sic eñ peregrina: & externa nuncupantur. ex quo est illud Plauti. non possunt omnes olere unguenta exotica: quod ad sententiam Tranquilli pertinet:ait Plinius audiuisse Caium principem solutum lauari unguento græci μυρον uocant unguentum: myropolion tabernam unguentariam myropolam unguentarium. sic enim dicitur qui conficit unguenta & uendit: cum confector medicamentorum nominetur medicamentarius:apud Pli. qui significatissime scribit: inuenies unguentarium a medicamentario sciungi:sicut unguenta a medicamentis.

Furta ueneris occultāda.
Nepotatus
Nepotari
Nepotatur
Prodigi
Prodigitas
Ingentia portētosa.
Vnguēta
Dictum aristippi.
Exotica
Myropolium
Myropola
Medicamētarius

M.AN. Lasciuiæ notis:paratæ libidinis signis. Mala q̄ laterent. Concubitus:coeundi rationem quam in fœmina obseruasset. Quibusdam:matronis scilicet; Referri in acta:ut publicæ constaret capitolinus auctor est apud præfectum ærarii notari solita quæ publicis actis maiores inferri noluissent. Nepotinis:luxuriosis nepotes luxuriosæ:ut Festo placet:uitæ homines quod tam his suæ res curæ sint quam iis:quibus pater auusq; uiuunt Plinius apinum altissimum appellat nepotum gurgitem inde nepotatus pro luxuria & uoracitate. Affranius scurrilitate & nepotatu nobilis. Inde & nepotinus. Portentissima noua & in sueta:ut portentorum loco haberi. possent. Sene.C. Cæsar Augustus quem mihi uidetur rerū natura edidisse ut ostenderet qd summa uitia i summa fortuna possent centies sextertia cœnauit uno die.

Margaritas aceto liquefactas sorberet: conuiuiis ex auro panes:& obsonia apponeret: aut frugi hominem esse oportere dictitans:aut Cæsarem. Quin & nūmos non mediocris summæ e fastigio basilicæ iuliç per aliquot dies sparsit in plebem Fabricauit & de cedris liburnicas gēmatis puppibus uersicoloribus uelis magna thermarum & porticuum & tricliniorum laxitate: magnaque etiam uitium & pomiferarum arborum uarietate; quibus discumbens de die inter choros

Vniones aceto lique facti.

PHI. Margaritas lique. clodius tragœdi æsopi filius ut experiret̄ i gl'ia palati qd saperēt margaritæ: singulos uniones cōuiuis absorbendos dedit:ne luxu suo nimis supbiat caius princeps histrioni cōparatus. Ora. in ii. sermo. filius æsopi detractā ex aure metallæ. s. ut decies solidū exorberet:aceto diluit insignē baccā hoc idē fecit cleopatra cū unionē p̄ciosissimum ex aure detractū mersit ī aceto & liquefactū absorbuit facta cū. M. Anto. spōsione se solā una cœna centies sextertim absumpturā:historia scribit̄ a Pli. in. ix. a Macro. in. iii. saturna. Aceto:scribit. Pli. in. ix. asperitatē uimq; aceti in tabam margaritas resoluere. Ex auro pan. scribit plutarchus. in libro de claris mulieribus quēadmodum olim

Exemplū auaritiæ castigādæ pulcherrimum

uxor pithei oīum id t̄pis ditissimi marito apposuit aureos panes oīa cibaria:ex auro fabrefacta ad illius auaritiam castigandā auro semp inhiantis & aurifodinas iugiter exercentis cui olim ex peregrinatione domū reuertenti uxor mensam aureā apponi iussit. in qua oīa erant ex auro obsonia. gauisus pitheus primo aspectu:mox satiatus auri inspectione cibū afferri præcipiebat. uerū mulier cuncta ex auro cōcinnata iubebat apponi cūq; ille iracūdia percitus esurire se diceret:neq; se aurū id t̄pis desiderare:sapienter inquit uxor; tu nullius rei:præter hanc unam habendæ facultatē præbes. omnis cura uirorum tuo iussu occupata est in auro fodiēdo ut nemo iam agros colat nemo fruges serat:nemo arbores plantet:hac uxoria castigatione cōmotus pitheus q̄ntam dūtaxat ciuiū p̄tē in aurifodinis continuit:reliquos tū agriculturæ tū cæteris artibus operā date precepit. Obsonia. esculēta q̄bus cū pane

Obsonia.

Obsonare

Quod obsonium optimum

uescimur uulgo obsonia dn̄r. græci ὄψον uocant obsoniū ὀψοποιὸν cōcinnatorem eduliorū. obsonare est emere obsonia:obsonatores q̄ emendis & concinnandis obsoniis præsunt:de q̄bus in annotationibus plura. Cato dixit obsonitauere pro sæpe obsonauere:optimū obsoniū est fames:& ut dicebat Alexā. magnus ad prandiū optimus est coquus optimūq; obsoniū νυκτιπορία. i. nocturnū iter ad cœnā uero ὀλιγαριστία. i. p̄ndii parcitas. Aut fru. au. Cæs. hoc est uel parcū uel magnificētissimū lautissimūq;:frugi per oīa genera indeclinabiliter dicitur:& significat temperatū parcum moderatū:unde frugalitas ut auctor est Cice. appellari pōt ea uirtus:quam græci sophrosinē:latini tū temperantiā:tū moderationē appellare cōsueuerunt:græci frugi hoīes χρησίμους dicunt. i.

Frugi

frugalitas

utiles:& id sentit Dona:q frugi utile interpræτatur &. M. Celius:q se esse hominem frugi dictitabat hoc est utilem multis & fructuosum:sed ut ait Cice. id nomē latius est:ut non solum utilis sed moderatus:& temperās: & parcus

Frugalis

frugi dicatur. hic cognomē Lucii pisonis magnopere laudatū:q frugi dictus est. illud attēde:quod q frugalis dicit latinitate peccat:si credimus Quintili. q monet:ut frugi dicatur:frugalis uero relinquatur cōtentiosis. Fastigio summa altitudine & culmine. Basilice iuliæ. Victru. architectus tradit se p̄fectum fuisse basilicæ iuliæ faciendæ. Sparsit in ple. olim po. Ro. nūmos sparsit posthumio & marcio cōsul. bus. & Cn Scipio infamis existimatus est qd pecuniā sparsisset iu populū. scribit Iose. Caiū Caligulā ascendisse in capitolium:ut pro filia sacrificaret:& in imperialis loci culmine stantem dispersisse populo auri argentiq; pecunias:ex quo loco chereas cogitauit precipitē impellere. Liburnicas. naues de quibus ante dictū est. De ced. auctor est Pli. reges in ægypto

Naues ex cedro.

ac syria ad naues cōficiendas usos esse cedro inopia abietis. Diodo. quoq; testis est in. ii. bibliothecæ: ex cedris naues ingentes fabrefactas fuisse a regibus ægyptiacis: materiæ cedri æternitas est: ideoq; simulachra deorum ex ea factitauerunt:cedrinus fuit Romæ apollo sosianus:tectū templi ephesiæ dianæ fuit ex cedrinis trabibus: ut refert Pli. in. xvi. cariē uetustatemq; nō sentit cedrus. Versicoloribus ue. cleopatra uelo purpureo ad actiū uenit cum M. Antonio:eodēq; fugit:uersicoloria appellare uidentur iuriscon. non solū ea quæ diuersi coloris sint: sed etiam

Versicoloria.

quæ tincta infectaq; fuerint natiuumq; colorem immutauerint:sed apud Pli. & scriptores alios luculentos uersicoloria dicunt̄ a uarietate colorū sicuti caudæ pauonis & maculæ uiperarū uersicolores noīant̄ olim interdictum fuit matronis ne uersicoloribus uestirent̄:hoc est uestibus coloris uaritate distinctis. Thermaꝝ. hinc laxitas & amplitudo nauigiorū significat̄:in q̄bus & thermæ & porticus & triclinia erāt capacissima una cū uiridariis pomariisq;. Inter choros multorū uocib⁹ cōstat chorus:ut Sene. & Macrobi. p̄diderūt: est. n. multitudo cantorū

Chorus

ad musicū cōcentū cōficiendū præparata. chorus apud priscos ex seruis symphoniacis cōparabat̄: ex quo apud iuriscon. ti. de ædili. edi. scriptū est. si chorus ueneat plurimū referre:unū in singulos an in uniuersos pretium constituatur. itidem li. de lega. iii. ait Celsus. si chorus legetur perinde ac quasi singuli homines legati sint.

M.AN. Aceto liquefactas:qđ cleopatra quoq; in luxuriosis & in tempestiuis Antonii cœnis fecisse dicitur quæ unionem ea tempestate maximum liquefactum hausit professa grandi sponsione se centies sexterium una cœna absumpturam. Pli. & Macro. sunt auctores. Obsonia. quæ cum pane apponunt̄. Aut cæsarem: eum qui

oĩa posset:uel cui præ cunctis sũptuosissima cõuiuia parare liceret. Basilicæ iuliæ: de ea in Augusto abũde di= ximus. Cedris præciosa cedri materia. Plini. cedri duo genera quæ floret fructum non fert fructifera uõ floret nec multo post materiæ inquit ipsi eternitas itaq; & simulachra deorum ex ea factitaruut:in syria ea arbor proue= nit. Versicoloribus: colorum uarietate præditis. Magna thermarum laxitate:laxioribus thermis porticibus & tricliniis. Ferarum arborum:his quoq; nauim exculcam fuisse subaudi. Choros:canentium cœtus.

Sympho= nia.
Syphonia= ci pueri.

ac symphonias littora campaniæ peragraret. in extructioni bus pretoriorum atq; uillarum omni ratione posthabita ni hil tam efficere cõcupiscebat q̃ quod posse effici negaretur: & iactare itaq; moles infesto ac profundo mari. & excise ru pes durissimi silicis: & campi montibus: Aggere æquari: & complanata fossuris mõtiũ iuga incredibili quidẽ celeritate quum more culpa capite lueretur: Ac ne singula enumerem immensas opes totumq; illud Tiberii Cæsaris uities ac septi es milies sestertiũ non toto uertente anno absumpsit.

PHI. Symphonias:musicos cõcẽtus:uñ & symphoniaci pueri a Cice. dicti:q ad modulatiões musicas con= cẽtusq; cõficiẽdos cõparanť. a latinis symphonia enũciať penultima corre pta cõtra cõsuetudinem uulgatiorem De uero Anto. hoc idẽ memorat Iuli. capi.q.C. inter symphonias & cantica p maritias ciuitates nauigaret. Præ= toriarũ. iã supra docuimus p̃toria in agris dici ædificia magnificẽtiora at= q; elegãtiora:quorũ ædificatiões dñr extructiões substructiõesue:in quo si= gnificatu est illud Cice. in orone p mi lone. pp̃ter insanas illas substructiões facile mille hoim uersabať uallentiũ.

Prætoria.
Substru= ctiones.

Moles. saxa ingẽtia:pilæ:ædificia. Iactæ mari:q fastidiosus terræ est ædificat in mari in hanc sniam ẽ illd Ora. cõtracta pisces æquora sentiũt iactis in altũ molibus. hoc frequẽs cemẽta dimittit redẽptor cũ famulis dñsq; terre fastidiosus. Iosephus scribẽs puteolanas moles de qbus ante dictũ ẽ:fabrefactas fuisse a Caligu. sic ait li. un= detrigesimo ãtiqtatũ:graue putãs ut remis trãsitũ faceret putãsq; subiũcere sibi etiã elemẽtũ aquę posse uelut dño maris existente:talia etiã uolebat fluctibꝫ gerere: q̃lia solet terræ natura substinere uoluit ergo:& a littore ad littus stadia ferme. ccc. in medio mari & intra iã uastũ sinũ põtẽ cõstruere:sup quẽ carrucis & diuersis uehiculis itinera ualeret efficere. Aggere æqua. ex aggeratiõe terræ cumulati. hoc idẽ fecitauit xerxes:q uelut naturæ ipsius dñs cõuexa ualliũ æquabat:mõtes in planũ deducebat:maria põtibus sternebat. Totũ illud ti. oẽs illas luculẽtas pecu nias:q̃s ogesserat Tiberi. & Caio successori reliq̃rat. Capite:pœna capitali. Lueret:puniret. More culpæ q fuisset lentus oparius pœnã capitis dabat p lẽtitudine. Nõ to. uer. an. sol. xii. signorũ interualla puagãdo:cũ re= dit ad id signũ:a quo cœpit:pficit spatiũ anni:quẽ uertẽtẽ appellãt auctor Vicru. li. ix. Macro. quoq; li. ii. in somniũ Scipio. uertẽtẽ annũ appellari posse merito tradit cũ astra cũcta ad eãdẽ metã redierit:uñ semel pfecta sũt. idẽ pau lo post ait annus uero q mũdanus uocať. q uere uertẽs ẽ:q a puersione plenæ uniuersitatis efficiť. largissimis seculis explicať. idẽ in. i. saturnaliũ annũ solis uertẽtẽ noiat sicut & lunaris annus mẽsis uertẽs dr̃ a Vicru. ex quo illd plau tĩ ẽ in psa. tu si hãc emeris nunq̃ hercle hũc mẽsem uertẽtẽ credo seruibit tibi: annũ uertentẽ sig̃nauit Iuue. illo uer su:& cũ se uerterit annus. Accipe uictori ppl's qd postulat aurũ. Ci. in orõ. p qntio. sex qdẽ illis mẽsibus pfecto an no uertẽte sine ptrouersia:anno. &. vi. mẽsibus uerbũ nullũ facis. & qm̃ incidit mẽtio anni uertẽtis annotanda hoc potissimũ loco q̃dã sũt de anno uõ indigna memoratu/ qdam annũ magnũ esse dixerũt in annis uertẽtibus duo= bus. alii in multis milibus annorũ arbitrati sũt. qdã pẽteterida noiauerũt. q annus magnus ex qnquẽnio cõstabat: nõnulli trieterida q tertio quoq; ãno redibat. eudoxus octoterida magnũ ãnũ esse dixit q & pleraq; græcia existima uit taq̃ ex. viii. uertẽtibus annis cõstantẽ. Roma. lustra. græci olympiadas p annis magnis obseruauerũt ẽ & ãnus quẽ Aristo. maximũ potius q̃ magnũ appellat:quẽ solis & lunæ uagarũq; qnq; stellarũ orbes cõficiũt: cuius anni hyemx ẽ cataclysmos:nři diluuionẽ uocãt. æstas aũt ecpyrosis. i. exustio. qđ ẽ mũdi incẽdiũ. hæc ẽ illa exustio: de qua intelexit Pli. scribẽs. in. vii. Raros prĩbus peeriores fieri cõsumẽte ubertatẽ seminũ exustiõe in cuius uices nũc uergat æuũ. est & annus chaldaicus constans ex annis solaribus. xii. uñ dodecateris uocať. quẽ genethliaci non ad solis lunæq; cursus sed ad obseruatiões alias accommodãt. p̃terea sũt anni magni cõplures:ut ægyptiorũ:quẽ græ ce κυνικον: latine caniculare uocamus: ppterea q initiũ illius sumiť cũ eo die otio caniculæ sydus exoriť:ẽ & me= tonticus:quẽ metõ atheniensis ex annis undeuiginti cõstituit:de quo intellexit. M. T. cũ in epl'a quadã ad atticu3 aitq; erit cui credã:aut qñ iste metonis annus ueniet:mẽdosi i codices p medonis hñt mẽtiõis corrupto noie & sensu. p̃terea fuerũt anni apđ quosdã semestres:q æstate annũ unũ deteriabãt. alterũ hyeme tales erãt ãni acarnanũ Arcades q̃dripartitis tpibus annũ metiebanť:itaq; illorũ anni trimestres fuere:quorũ fuit annus mẽstruus:lunæ se nio terminatus. talis uideť fuisse ægyptiorũ & iudeorũ. itaq; apud eos aliq singula milia annorũ uixisse pdũtur. huic tñ opinioni reclamat Augu. q in. xv. de ciui. dei conať oñdere ãnos iudeorũ. tales & tãtos fuisse:quales & quãti nři sũt. annũ aũt dici tanq̃ circulũ interpretať. M. V. cuius uerba ex. li. ii. latiæ linguæ hæc sũt. tps a bruma ad brumã dũ sol redit uocať annus:q ut puuli circuli anuli:sic magni dicebanť circites anni:uñ ãnus dictus. ateius capito an num a circuitu tpis putat dictũ:q a ueteres an p circũ ponere solebãt:ut an terminũ dixit. i. circũ terminũ Cato. qdã a græco. ενιαυτος deduci arbitrãť. Cali. ut domũ tepedemus:luxu & pdigalitate portẽtuosa pdegit effuditq; lu culẽtas opes q̃s coacerrauerat Tib. intra spatiũ unius anni uertẽtis:q annus solis ẽ:q diebus. ccclxv. & q̃drãte pagit circuitionẽ zodiaci:dũ ad id signũ se denuo uertit:ex quo die digressus ẽ:uñ ab illa uersiõe annus uertẽs uocať: & habeť magnus. cũ lunæ ãnus breuis puteť. ex hoc Macro. in. i. satur. scri. sciẽter dictũ ẽ a Vir. interea magnũ sol cir (cũuoluitur annum.

Annus uertens.
Mensis uertens.
De anno pulchra.
Pẽteteris.
Trieteris.
Octoteris.
Annus maximus.
Cataclysmus.
Exustio.
Annus calдaicus.
Dodecateris.
Metõticus
Canicularis
Locus ciceronis.
Annus uñ.

M. AN. Symphonias cõcentus. In extru. ædificatiõibus. Prætoriorũ cam= pestrium ædificiorum. Omni rõne. oi ædificandi lege seu p̃cepto a maioribus tradito. Iactæ:fundatæ. Infe sto semper æstuanti. Durissimi silicis. Vir. Quã stet dura silex quo durior fuisset urna eo difficilius esset excisa.

Aggere;aggeratiōe fossuris montiū montibus effossis Plini. promontoria aperiuntur mari & rerū natura agit in planū. Culpa more si quid operantiū culpa minus celeriter fuisset confectū. Capite lueretur;capitale cēt Totum illud tiberi;totā uim illā pecuniarum a tiberio relictam. Non toto uertente anno nūdū circū acto. PHI. Ad rapinas:sequūtur largitionē ꝓdigalitatēq; rapinae;cū eīn & dādo & effūdendo egere cepe;rīt alie nis bonis ut ait. M. Cice. manus afferre coguntur. Calumniarū. ordinari subiūgit exēpla declarantia:calūnias

Auctio.

auctiones & uectigalia,qbus ad rapinas cōuersus est Caligula. Auctionū. Auctio significat publicā uenditionē ab eo dicta q; ementē augeat & uendē tem. auctor Placiades. Ciuitatē Roma. usur. tanq̄ nō essent legitimi Romani ciues. Intelligi poste. cū appellanōe posterorū notissima intelli

Posterorū appellatio.

gant nō solū filii sed & nepotes ꝓnepotes abnepotes & reliq gradatim decēdētes;nolebat caius posteros protendi ultra primū filiorū gradū. paulus iurifcon. ff. de gradi. sic scri. liberi usq; ad trinepotē noiant;ultra hos posteriores uocant; q̄ iiqua foret Caligulae interpraetatio de posteri satis liquet cū dicam; posteri traditū ēē; & posterorū negociū agere se dicat Sene. qd

diplomata

sane refert ad posteritatē. Diploma tam ulgus decreta & bullas appellat. diximus in augusto qd sint diplomata si q ꝓstulisset diplomata & priuilegia obtēta p Iuliū Cae. & Augu. de impetrata ciuitate Romana sibi & posteris in quibus declarabat posteros intelligi in gradus ulteriores:dicebat Caius talia diplomata iā uetustate esse obsoleta & euanescentia;& dū fingit se illa deflere tanq̄ obsoleta;ipse erat causa ne rata fierent. Vt obsoleta. obso

Obsoleo. Obsoleta.

leo ut scri. Pri. unde obsoletus deriuatur;ab obs:& oleo cōponitur;obsoleta aūt dicimus;q abierūt in desuetudinē tanq̄ squalentia & inculta. Ora. caret obsoleti sordidus tecti:caret inuidēda sobrius aula. Perperam: non recte.

## De rapinis & extorsionibus eiusdem.

Exhaustus igit atq; egens:ad rapinas cōuertit aīum uario & exqsitissimo calūniarū & auctionū: & uectigaliū genere. Negabat iure ciuitatem Romanā usurpare eos:quorū maiores sibi posterisq; eā impetrassēt: nisi filii essent: neq; eīn intelligi debere posteros ultra hunc gradū: plataq; diuorū Iulii & Augusti diplomata ut uetera & obsoleta deflebat. Arguebat & pperā editos census: qui bus postea quacūq; de causa qcq̄ incremēti accessisset. Testamēta primipilariū: qui ab initio principatus Tiberii neq; illū neq; se heredē reliqssent: ut igrata rescidit. Itē caeterorū ut irrita & uana: quoscunq; qs diceret haerede Caesare mori destinasse. Quo metu iniecto quū iā & ab ignotis iter familiares: & a parentib⁹ inter liberos palā heres nūcuparet derisores uocabat qd post nūcupationē uiuere pseuerarent: & multis uenenatas macteas misit: Cognoscebat aūt de talib⁹,

Editos cē. moris erat apud Roma. ut unusqsq; ederet censum hoc est q̄tū in bonis possideret p editionē declararet. censum primus instituit. Ser. Tul. sextus rex Romanorū. sensus est Caligulam arguere solitū census ciuiū Romanorū tanq̄ editos iniustae. si post censionē illi auxissent patrimonia;& ob hoc mulctabant. Primipilariū

Primipili. Primipilare.

iam diximus primipilos dici centuriones primae cohortis;un & primipilares nō milites dicti;q erant sub primo pilo. sed ipsi centuriones qui functi erant ea dignitate militari;quā indulserat princeps;ita enim primipilaris dici

Rescindi testamenta

uidetur ut cōsularis;tales aūt honoratiores habebantur. Rescidit. rescindi dicūtur testamenta quando irrita fiunt;neq; obseruant;titu. est apud Vale. de testamētis rescissis. Vt ingrata;cū nihil pricipi reliquissent;a quo diuitias essent cōsecuti & dignitate primipili decorati. Item caetero. s. rescidit testamenta. Haerede cae. si quis diceret se ex aliquo audiuisse q; ille heredē sibi esse uellet principem. caius illius bona occupabat rescissis testamentis tanq̄ irritis atq; futilibus. scri. Pau. iurifcō. ti. de testa. q; eius bona. q se impatorē facturū haeredē ēē iactauerat. a fisco occupari nō possūt. Aparē. inter li. natura ꝯparatū ē ut pribus nulli heredes sint gratiores q̄ filii itaq; scito a bono pre nō scribi neq; heredē neq; coheredē nisi malū ꝑncipē similiter si ignotus inter familiares nūcupat heredē principē;credas id fieri ex metu & necessitate. igit cū Caligu. a pribus inter filios heres scriberet & ab ignotis inter familiares;qd causae qd meriti putas interuenisse: pfecto rapax truculētaq; in ꝑncipe natura ita fieri cogebat: q̄to laudabilior uideri pōt ptinax impator;qui ꝓfessus est nullius se aditurū hereditatē. q̄ aut adulatiōe alicuius dela

Dictū bracteatū.

ta esset aut lite pplexa;ut legitimi heredes & necessarii priuarent. addiditq; hec uerba bracteata. Sanctius est inopē rep. obtinere q̄ ad diuitiarū cumulū p discriminū atq; dedecorū uestigia puenire. Post nū. postq̄ ipm inter he

Macteae.

PHI. Ad genua sibi accedentem. Claudius metuens ne propter Caium ipse moreretur parcendum sibi esse poscebat tunc gratus subridens dexteram ei porrexit: & noli inquit de tua salute pusillanimis esse: cum te magis oporteat magnanimiter de imperio cogitare: quod dii auferentes caio mundoq; prospicientes: tuæ cõcessere uirtuti. perge: & maiorum tuorum recipe solium: ad genua ideo dixit: quia misericordiæ sunt consecrata: & Claudius præ metu supplicabat militi gregario: ex lege: quæ a nobis explicata sunt de genuum adoratione in superioribus. Commilitones fluctuantes. milites ex obitu caligulę perturbati cædem fecerunt: mox a cæde abstinen- (Genua misericordiæ cõsecrata.)

ad genua sibi accedentem imperatorem salutauit. Hic ad alios commilitones fluctuantes nec quicquam adhuc q̃ frementes perduxit: ab his lecticæ imposit⁹: & quia serui diffugerãt uicissim succolantibus: in castra delat⁹ est. tristis: ac trepidus miserãte obuiã turba quasi ad poenam raperetur insons. Receptus intra uallum: inter excubias militum pernoctauit: aliquãto minore spe q̃ fiducia. Nam consules cum senatu: & cohortibus urbanis forum capitoliumq; occuparunt: asserturi communem libertatem: Accitusq; & ipse per tribunum plebis in curiam ad suadenda: que uiderentur: ui se & necessitate teneri respondit. Postero uero die senatu seniore in exequendis conatibus per tedium ac dissentionem diuersa censentiu3 & multitudinæ que circunstabat: unum rectorẽ iam & noiatim exposcẽte: armatos p cõciõe iurare i nomẽ suũ passus est promisitq; singulis quina dena sesterria: primus Cæsarũ fidẽ

tes facere concilium de iperatore creando: qui decreuerunt Claudium imperatorem facere utpote defuncti Caligulæ patruum & omnium senatoria dignitate præcipuum uirtute maiorum fultũ: & militari. disciplina pariter eruditum: hunc itaq; deliberauerunt in medio statuentes imperatorẽ facere dignisq; solemnitatibus honorare: fremebant autem milites ex nece caligulæ quia ille illis carissimus fuerat: propterea q pecuniarum muneribus eos sibi cõciliauerat. Vicissim succolantibus. per uices humeris sublevantibus portantibusq;: succolare enim significat in collu3 tollere & ita baiulare. Varro lib. iii. de re rustica apes inquit regẽ suu3 sequuntur quocunq; it: & fessum subleuant. & si nequit uolare succolant. Plini. idem memorans ait fessum humeris subleuãt ualidius fatigatum ex toto portant: hic ab eode3 Tran. succolatus Otho imperator dictus est: hoc est collo humeroq; baiulantium subleuatus. scri. Iose. Clau. supportatum fuisse nequaq̃ ualentem pedibus ambulare propter timorem scilicet gaudiumq; dictorum. Sui diffugerant. alii codices habent serui & ad lecticarios referendum: qui lectica impositum dominum deportare consueuerunt. (Vicissim) (Succolare.)

Quasi ad poenam raperetur. Iosephus concurrebant inquit circa gratum multi militum: & uidentes Claudium duci quasi ad supplicium rerum gestarum dolebant tunc Claudio propter corporis debilitatem fugere non ualente eum in uehiculo rapientes pro eius incolumitate solliciti cum fuga ad palatium uenerunt. Inter excubias militum concursus militum factus est cunctis aspectum Claudii libenter inspicientibus eumq; principem statuere festinantibus pro fauore Germanici eius fratris qui magnã gloriam uitæ suæ reliquerat uniuersis. Intra uallum. castra prætoria significat. Forum occuparant. diuisæ sententiæ erant populi & senatus. Namq; senatores dignitatem pristinam appetebant & onerosum seruitium tyrannidis declinabant: & ob hoc tanquam assertores libertatis occupauerant capitolium: & forum populus autem gaudebat imperatore: lætabaturq; Claudium foueri militari fauore ad imperium capessendum. Accitus euocatus. Per tribunum plebis. scribit Iosephus legatos a senatu missos ad Claudium Venarium & Bracchum ambos tribunos: qui postrati suppliciter. Claudium orabant ne bellorum: ac subuersionis foret occasio ciuitati: suadebantq; simul ui si appeteret principatum a senatu magis q̃ a m litibus acciperet refert Iosephus Agrippam a senatu ad Claudium fuisse legatu3: qui latenter exacuit Claudium ut imperii dignitatem tutaretur neq; cederet senatui. (Accitus.)

M. AN. Genua accedentem: genua misericordiæ ueteres consecrarunt: ideirco suppliciter precaturi: ad illa obuoluti iacuere. Quia seruis: sic enim legendum non sui ut alii habent quod ne latinæ quidem diceretur.

Succollantibus ceruicem oneri subiicientibus Iosephus uehiculo ait in castra peruectum. In castra: prætoria quæ circa urbem appia uia: fuere plinius ad extrema uero tectorum cum castris prætoriis ceperunt ea tiberii principatu Romæ esse quum antea prætorianæ cohortes uage per urbẽ sparsa haberent tabernacula. Aliquanto minori spe quam fiducia: ut minus omnino spei adesset q̃ fiduciæ. Cohortibus urbanis: quæ in urbe erant Ad principis præsidium. Asserturi: uindicaturi. Per tribunum plæbis cui uocandi senatus ueteri instituto ius erat sentium saturnium huic fuisse crediderim quem Iosephus de libertate continuo post mortẽ clau

PHI. Vi se teneri. scribit Iosephus Agrippã missum esse a senatu legatũ ad Clau. (dii cõcionatũ scribit. sup rebus cõponẽdis cui Clau. rñdit nõ eẽ mirabile: si impatorẽ nõ libẽter acciperet curia: q̃ crudelitate priorum pricipũ fuerit uulnerata: sed si ipsius mãsuetudinẽ degustaret: cũ noie tñ spe priceps eẽt futurus: re aũt senatus imperaret: profecto illos gauisuros sibi pspere imperium obuenisse. Diuersa censentium. ex senatoribus: adhuc nocte existente alii semetipsos occultauerunt: alii in agros proprios sunt egressi: uniq; cẽtũ senatores collecti sunt q bus in cõe de pñti statu tractãtibus: repente clamor congregati exercitus est emissus petẽtis: ut militaris impator eligeretur. Multitudine nominatim exposcente. milites decreuerant apud semetipsos: ut uni & speciatim claudio traderetur imperium ut ante dictum est hoc tantum senatoribus concedentes ut ipsi qui dignus uideretur eligerent. Iurare. i. enim scilicet Cla. congregato exercitu contionem habuit iurisiurandum a militibus accipiens secum permanendi donauitq; singulos custodes corporis quinq; millibus drachmarum: & ducibus numerum promeritam portionem largitus est: sed & militibus absentibus similia repromisit.

militis etiam præmio pigneratus.

De gestis per eum in initio principatus.

IMpio stabilito nihil antiquius duxit: q̃ id biduũ: quo de mutãdo rei publicæ statu hæsitatũ erat memoriæ eximere. Oium itaq; factorũ dictorũq; in eo ueniam & obliuioné in ppetuũ sanxit ac pstitit. Tribunis mõ ac céturionibus paucis e cõiuratorũ in Caiũ nũero interemptis: exẽpli simul cam: & q causa quoq; cædé depoposcisse cognouerat. Conuersus hinc ad officia pietatis iusiurandum neq; sanctius sibi: neq; crebrius instituit q̃ per Augustũ. Auiæ Liuiæ diuinos honores: & circẽsi põpa currũ elephãtorũ Augusti no similẽ decernẽdũ curauit: Parẽtib⁹ iferias publicas & hoc ãpli⁹ pri circẽses ãnuos natali die: mri carpẽtũ: qd circũduceret: & cognomẽ Augustę: ab auia recusatũ. Ad fratris memoriam per omnẽ occasionẽ celebraram comœdiã quoq; grçcã

Militis: p militũ singulatiuus numerus pro pluratiuo. Pigneratus: ueluti pignore obligatã obnoxiãq; efficiens. Antiquius: melius carius Macro. soli post humiano antiqor uisa ẽ istruẽdarũ cura defensionũ. Li. in. vii.
**Antiquius**
Vtilitate fides fuit antiqor. Luci. qn potius uitã degas sed aius: qciã q̃ tu ãtiqus: q̃ facere hoc fecisse uidearis. Id biduũ. qd tumultuosũ. s. inter obitũ Caii & pricipatũ claudii fuit itermediũ: de quo sic ait Paulus orosius Clau. mox ut pfirmauit ipiũ magna atq; adhuc icognita clemẽtia nc in tãtã nobilium multitudinẽ ultio si eẽt cepta sæuiret biduũ illud quod ex reip. statu infœliciter consultatũ actũq; fuerat memoriæ exemit. oium factorum dictorumq; in eo ueniã & obliuione in perpetuũ sanxit. Obliuionẽ in p. in li. anno. nostrarũ latissime explicauimus quẽ admodũ sepenũero obliuio pteritorũ factorũ inducta est: q̃ græci amne
**Amnestia**
stiam uocant: quasi legẽ obliuionis: q̃ romæ in ducere Ci. tentauit post interfectũ Iuliũ Cæsarem: q̃ Clau. ultronea clemẽtia nullo expetente firmauit: relege q̃ a nobis sup hac rescripta sũt in li. anno. ubi enarramus illud ciceronianũ: græcũ ẽt uerbum usurpaui qd tũ in sedandis discordiis usurpauerat ciuitas atheniẽsis. Tribunis in
**Mors cheree.**
te. chereas princeps caiane necis ad supplicium ductus est qui mortẽ exacepit aio uirili rogans ut eo gladio necaretur: quo ipse Caium interemerat. lupus alter e piuratis plurimarũ ictu
**Mors lupi**
plagarũ peremptus est: eo qd ceruicẽ
**Mors sabini.**
mollius pparasset ad necẽ. Sabi. autẽ semetipsum occidit gladio sic incumbens: ut eum usq; ad capulum uulnus absorberet. Exẽpli cã. inter cãs pu
**Paradigma.**
niendi peccata hæc quoq; ratio uindicandi est: que a græcis παράδειγμα a latinis dicitur exemplum: cum punitio propter exemplum necessaria est: ut cæteri a similibus peccatis metu cognitæ pœnæ deterreantur. Iccirco
**Exemplum**
**Exẽpla pro pœnis**
ueteres exempla pro maximis grauissimisq; pœnis nominitabant. Quam per au. Clau. quando sanctissimũ iusiurandum iurare uolebat. per augusti nomen deierabat: quod erat pietatis indicium in augustum cæsarem in cuius nomen uelut quadam adoptione aut iure hæredario succedebant romani imperatores. Augustino. uetus
**Augustinus currus**
codex habet augusteo sed siue augustino legas siue augusteo nomen est deriuatum ab augusto Cæsare. & est sensus Claudium decreuisse in honorem auiæ Liuiæ Augustæ: ut in pompa circensium spectaculorum currus ageretur: qualis olim fuerat decretus augusto: quem appellat currum elephantorum propterea quod ad elephãtis du-
**Elephãtus pro ebore**
ceretur ut res esse honorificentior sicut olim subire currum Pompeii magni africo triumpho: q̃uis possimus etiã
**Eburata uehicula.**
eo nomine intelligere currum eburatum: tanq̃ ex secto elephanto hoc est ebore compactum namq; notum est nõ solum dentea elephantorum sed etiam ossa penuriæ causa in laminas secari solita ad ebur conficiendum hic Maro ebur significare uolens dixit elephantum. cum ait altera candenti perfecta nitens elephanto: & alibi ait: sectoq; elephanto: quod aũt ex ebore uehicula forent in usu priscorum gliscente luxuria testes sunt historici & in primis Lampridius q ait heliogabalum habuisse gemmata uehicula & aurata contemptis argenteis & eboratis.

M. AN. Nominatim: nomine claudium deposcentes. In nomen suum suo nomine nouo se sacramento astringere. Præmio pigneratus primus qui precio imperium mercatus est. Antiquius utilius. Id biduum acta illius bidui idest consulationes patrum & quæcunq; ad asserendam libertatem uarie in curia aut alibi dicta essent. Memoriæ eximere abolere. Præstitit seruauit. Exempli simul causa ut illorum: pœna aliis documento esset. Quam suam quoq; cædem quod se quoq; ad cædem requisiuissent. cheream & lupum ad supplicium tractos iosephus scribit sabinum uero sibi mortem consciuisse. Auiæ liuiæ: drusi patris sui matri

Diuinos honores: quos defunctæ decerni tyberius non permiserat. Currum elephantorum: qui iunctos haberet elephantes Iulius capitolinus elephantorum quadrigas ait Gordiano principi decretas quibus ille more persico: triumpharet quo apparet elephantes currui admoueri solitos. Augustino qui augusto fuerat decretus. Decernenda: neutro genere decernenda dixit non uocem sed sensum secutus quum currum & honores decernendos curasset.

PHI. Parentibus. Druso & Antoniæ. Inferias: parentalia. Circenses annuos. subaudi. decernẽdos cu-
**Carpentũ.**
rauit: ut scilicet quot annis die natali Drusi ludi circenses exhiberentur. Carpentum scilicet curauit decernen-
**Liuia augusta.**
dum: est autem carpentum caruca matronalis de quo supra satis diximus. carpentis per urbem uehi matronis concessum est: quia cum aurum non reperiretur ex uoto quod Camillus uouerat Apollini: id matronæ contule-
**Augustæ**
runt. Ab auia rec. Pli. tamen significat cognomen Augustæ non fuisse a Liuia recusatum scribens eam accepisse nomen Augustæ: cum primum pacta esset Augusto Cæsari & idem in ulti. na. hi. inquit magnitudo crystalli amplissima adhuc nobis uisa erat q̃ in capito. Liuia Augusta dicauerat librarum circiter quinquaginta. augustas autem matres uxores sorores filias imperatorum appellatas esse dignitatis causa proditum est.

Fratris Germa.

Neapolitano cer. apud neapolitanos auctore Stra. agon quinquennalis complures dies celebrabatur; q & musicus erat & gymnicus illis æmulus: q per græciam clarissima celebritate geruntur. hinc illud Papinii li. v. syluarum patrii qnquēnia lustri. Docuit. uidet potius legendũ dedit talia eni exhibent magis q̃ doceātur. Coronauit: subintellige actorē comœdiæ grece. ipsi eni histriōes coronari solent non comœdiæ: quod si legas docuit erit sensus claudium ipsum docuisse comœdum pro ut fabula esset agenda: cum alioqui comœdus adeo scius gnarusq; esse soleat Actionis histrionicæ: ut precipiat. Quin oratorem futurum dare operam debere comœdo: cuius officiũ hoc esse dicit: ut uitia oris emendet: ut expressa sint uerba. — Agon neapolitanus.

neapolitano certamine dedit: ac de snia iudicum coronauit. Ne Mar. qdem Antoniũ in honoratũ ac sine grata mentione transmisit: testatus quondã per edictũ tãto impensius petere se ut natalē patris Drusi celebrarent. quod idem esset: & aui sui antonii. Tiberio marmoreũ arcũ iuxta Pōpeii theatrũ decretũ quidez olim a senatu uerũ omissum peregit. Caii quoq; & si acta omnia rescidit: diem tamen necis quamuis exordiuz principatus sui uetuit inter fastos referri.

De honoribus per eum spretis & aliis ciuilibus gestis ei⁹.

At in semet augendo parcus atq; ciuilis: prænomine īperatoris abstinuit: nimios honores recusauit Sponsalia filiæ: natalemq; geniti nepotis silentio: ac tñ dōmestica religione transegit. Neminē exulũ nisi ex senatus auctoritate restituit: ut sibi in curiã prefectum pretorii tribunosq; militum secum inducere liceret: utq; rata essent: que procuratores sui in iudicando statuerent precario exegit.

Ne. M. q. A. erat hic Claudii maternus auus ut pote pater Antoniæ q̃ mater fuit Claudii quam ex octauia Augusti sorore susceperat. hinc ait ipse Clau. apud Se. M. A. auus meus nullo minor: nisi eo a quo uictus est: fratrem interfectum audiuit. Idem esset eundem diem natalem habebãt Dru. pater Claudii & Anto. auus maternus. Tiberio. principi fratri patris Drusi: & ob hoc patruo ipsius Claudii. Pompeii thea. sci. Eusebius theatrum Pompeii incensum eē Tiberii principatu. Caii. Caligulæ. Inter fastos cum in fastorum libris dies religiosi & nefasti causæq; dierũ perscriberentur: noluit Clau. ut inter fastos referret dies ille quo Caius fuerat interemptus q̃uis eum ipse diem haberet p exordio sui pricipatum alii codices hñt inter festos & sensus erit aptior tanq̃ noluerit Clau. inter dies festos referri diē illũ; quo occisus fuerat Caius: & quo fuisset initiũ sui principatus: ne uideretur insolentius & elatius exultare partim de nece Caii: partim de inito principatu: de diebus fastis & festis scri. Macro. diligēter in primo. — M. Antonius.

Prænomine ipera. sicut Claudii. ciuilitas laudanda ex eo est q̃ imperator dici noluit: ita Cæsaris dictatoris isolētia rephēdēda recipientis prenomen impatoris q a græcis dr̃. αυτοκρατωρ. Sponsalia. Seruius sulpitius sponsalia in latio hoc more fieri solita scripsit: qui inquit uxorē ducturus erat ab eo unde ducenda erat stipulabat: in matrimoniũ ducturũ iri: q daturus erat itidē spōdebat daturũ. is contractus sponsionum stipulationũq; dicebat sponsalia: tũ que pmissa erat sponsa appellabat; qui spoponderat ducturũ sponsus: talis formula significatur a Plauto sic scribente in curgulio ne spondes ne miles mihi hãc uxorem: spōdeo. spōdere aũt ut docet Var. est dicere & a sponte. i. uoluntate deducit: hinc sponsus cōsponsus sponsa: sponsio: & sponsalia deriuant: & q spopōderat filiam despondisse dicebat: q̃d ex spōte eius. i. uoluntate exierat. obiter enarrandũ uetus uerbum; q̃d est despondisse aium: namq; despondere animũ dr̃ ille: qui suæ spōtis statuit finē: & quasi ex desperatione mori decreuit: Varro in. iii. de re rusti. ne reliqui si uideant despōdeãt animũ: atq; alieno tpe uenditori moriantur Liuius in. iii. ab ori. ur. nec ipsi. solũ desponderãt animos: sed cōtemni cepti erant a finitimis populis. Plautus in milite. ne lamentet neue animũ despondeat apud Sene. despondere legimus sine animi additamento. In hoc eodem significatu per eãdem similitudinē dr̃ quis. despondere sapientiam qui desperat se posse ad sapientiæ fastigiũ peruenire: & ob hoc desistit ab incepto destituitq; — Sponsalia. Sponsa. Sponsus. Spondere. Despōdere animum quid. Desponde te sapientiam.

M. AN. Fratris germanici. Græcãg græce scriptam. Neapolitano certamine (inchoatum studiũ. ne ludorũ rōnem suo loco explicauimus. Docuit sic platonius ille de comœdiarum differentiis ιϲ μερyουρ τορ ευ τπολιρ ετπ ποΔεΔεαΔιΔαξαιτουϲ ρεωνταϲ. simus eupolim quoniã si capras fabulam docuerit. Coronauit: q maxime placuisset. Marcũ quidem Antoni. traiectio sed coreliana illa adhuc durior has res ad te scriptas luci missimus eli. Aui materni Antonii triũuiri q ex octauia Augusti sorore Antoniã claudii matrē genuit. Tiberio: patruo q drusi patris sui fuerat frater. Inter fã. te. q. maiorē duxerit caianę cædis & lætus ex ea accepti quã ppriæ lætitiæ ex adepto pricipatu rōnē hñdã. Spōsalia fi. etitus dicat in dubiũ uenire potest claudiã eni Antoniã & Octauiã filias habuit claudiã ut ex adulterio genitã ad matris iannã exposuit Antonia pōpeio mogno deide fausto Sylæ nobilissimis iuuenibus nupsit. Octauia syllano prius mox Neroni priu(gno desponsata est.

PHI. Silentio. sine publica festiuitate. Procuratores sui. q̃ a pcuratore Cæsaris fiũt ea pinde rata haberi solēt: atq; si ipse imperator statuisset auctor iurisco. tñ Claudius ut se magis ac magis ciuilē præberet precatus est senatũ ut rata haberent: que per suos pcuratores statuta fuissent refert Cor. tacitus audiuisse uocē principis Claudii: parem uim rerum habendam esse iudicatarum a procuratoribus suis: ac si ipse statuisset quod & senatusconsulto confirmari & uberius fieri uoluit: Augustus quoq; antea decreta procuratorũ perinde haberi iusserat: ac si magistratus romani constituissent. Præcario exegit: præcibus impetrauit a senatu ut ingrediens curiam secum ducere posset præfectum prætorii & tribunos militum quibus alioquin ius non erat in senatum ueniendi. præcario autem aduerbium est: quo Plautus & Terentius usi sunt apud iurisconsultos titulus est de præcario: ubi sit inquit Vlpianus præcarium est quod præcibus petendi utendum cōceditur tãdiu — Præcario. Præcarium.

Ius nūdinarum in priuata predia a cōsulibus petiit: Cognitionibus magistratuū ut unus e consiliariis frequēter interfuit: Eosdem spectacula edentes surgēs & ipse cū cætera turba uoce ac manu ueneratus est. Tri. ple. adeuntibus se ꝓ tribunali excusauit: qđ ꝓpter angustias non posset audire eos nisi stantes. Quare in breui spacio tm̄ amoris fauorisq̧ collegit: ut cum ꝓfectum eū hostiā periisse ex insidiis nūciatum esset: magna consternatione populus: & militē quasi ꝓditorē: & senatum quasi parricidam diris execrationibus incessere non añ destiterit: q̄ unus atq̧ alter & mox plures a magistratibus in rostra producti saluum: & appropinquare confirmarent.

## De insidiis & coniurationibus contra eum factis.

cap. 13.

HEc tm̄ expers insidiarū usq̧ quaq̧ permansit: & a singulis: & per factionē: & deniq̧ ciuili bello infestatus est. Et plebe homo nocte media iuxta: cubiculū eius cū pugione deprehēsus est. Reperti & equestris ordinis duo in publico cum dolone ac uenatorio cultro præstolantes: alter ut egressū theatro: alter ut sacrificantē apud Martis ædē adoriretur. Conspirauerunt autem ad res nouas Gallus asinius & Statilius Coruinus Pollionis: ac Messalæ oratorum nepotes assumptis compluribus libertis ipsius: atq̧ seruis. Bellum ciuile mouit Furius Camillus Scribonianus dalmatiæ legatus. Verum intra quintum: diem oppressus est.

**Precarium imperium**

quamdiu is qui concessit patitur in hāc sententiā elegāter dictum est a Sc. hominem esse præcarii spiritus: & apud Quintum curtium: ait Alexander: mori præstat q̄ præcario imperatorem esse: idem sed præcarium inquit spernebatur imperium. ubi præcarium imperium dicitur id quod tam diu obtinetur q̄diu qui concesserc permittit.

Ius nundinarum: scribit Plinius in quinto epistolarum uirum prætorium a senatu petisse ut sibi instituere in agris suis nundinas permitteretur: cui contradixerunt legati uicentinorum. Cognitionibus: quando de causa aliqua cognoscebant. Vt unus e consiliariis: ut unus qui consuleret: non ut imperator qui præciperet. Eosdem scilicet magistratus. Surgēs honoris uidelicet causa: nā quos honoramus: his assurgere consueuimus de quo iam dictū est. Voce ac manu. acclamatione & plausu. Propter angustias scilicet tribunalis.

**Stant sedēt**

Nisi stantes: stare & sedere inter se opponuntur. Plautus in captiuis hi stant ambo non sedent: cum tribunal non esset capax multorū & ob id tribuni qui sedere debuissent: stare cogerentur: usus est excusatione. Hostiam. ciuitatem ab Anco Martio conditam. Militem. milites. Quasi patricidam: tanq̄ auctorem mortis Claudii qui pater esset senatus. Plautus eleganti uocabulo parenticidam uocat: quem græci patroctonon dicunt nos uulgatiori uocabulo patricidam nominamus.

**Parēticida Patroctonus.**

Incessere. impetere criminari insectari: A. Gellius incessebat quempiam taurus philosophus: seuera atq̧ uehementi obiurgatione. Silius unā incessentia tela.

**Rostra**

In rostra. pulpitum romani fori: ubi cōcionantur de quo satis multa in Iulio cæsare declinantur autem numero tātum pluratiuo rostra in hac significatione ut docet Diomedes. Per factionem. conspirationem plurium.

M. AN. Restituit ab exilio reuocauit. In curiam cæsaris dictatoris exitu admonitus cū prībus egit ut cum tribunis & præfecto prætorii sibi curiam ingredi liceret. Ius nundinarum ut nundinæ in prædiis que priuato possideret celebrari possent. Vt unus ex consiliariis: & non ut imperator excusauit in excusationem adduxit: Incessere insectari. In rostra in forum ubi rostra erant. Per factionem: plurium conspirationem.

**Nonius**

PHI. E plebe. plebeius. & hoc referendum est ad singulos. Equestris ordinis duo. Cor. tacitus. Interea romæ nullis palam neq̧ cognitis mox causis Nonius eques romanus ferro accinctus reperitur in cetu salutantium principem: nam postquam tormentis dilaniabatur conscios non edidit incertum an occultans.

**Dolones q**

Dolone. dolones auctore Donato sunt tela quedam bellica a ledendo dicta: nam Δολοσ græce lesio dicitur: unde & dolus a ledendo. Seruius enarrans illud ex. vii. æneidos: pila manu sæuosq̧ gerunt in bella dolones: ait. dolonem flagellum esse: intra cuius uirgam lateat pugio. dolones autem a fallendo dici: quod decipiant ferro cum speciem præferant ligni. hac dictione usus est Alphenus iurisconsultus digestis ad legem aquiliam: cuius hæc sunt uerba tabernarius: eum consecutus lucernam reposcebat & fugientem retinebat. ille flagello quod in manu habebat in quo dolon inerat uerberare tabernarium ceperat. Accursius legit dolor: & ita in codicibus impressis legitur sed ego existimo legendum esse dolon & accipiendum pro telo flagelli. apud Liuium dolones accipi uidentur pro armamentis naualibus sic scribentem sublatis raptim dolonibus ephesum petit fuga.

**Culter uenatorius**

Venatorio cultro: uenator non solum ueuabulo telo longiore utitur in uenatu sed etiam cultro breuiore succingitur: qui ob id uenatorius dicitur. de quo: est lemma in apophoretis epigrammatarii poetæ.

**Prestolari.**

Præstolantes: expectantes: alias præstolari significat præsto esse ut exponit Donatus terentianus interpres.

**Scribonianus.**

Egressum scilicet Claudium. Conspirauerant. hoc ad illud referendum est q̧ ait per factionem infestatū fuisse. Ipsius scilicet Claudii. Bellum ciuile. Plinius in tertio epistolarum huius ciuilis belli sic meminit. Scribonianus arma in illyrico contra Claudium mouerat: fuerat petus in partibus occiso scriboniano romā trahebatur. De hoc eodem Sextus Aurelius sic refert. Claudii temporibus Scribonianus. Camillus intra dalmatias imperator creatus occiditur Cornelius tacitus tradit Furium Scribonianum huius scriboniani filium: qui arma per dalmatiam mouerat: fuisse missum in exilium: quasi finem principis per chaldeos scrutaretur.

Legiones quæ sacramentum mutauerant. hanc historiam copiosius explicat Paulus orosius cuius uerba sub ieci ad sententiam Tranquilli lucidiorem aperttioremq; reddendam. accidit inquit eodem tempore grande miraculum: siquidem Furius Camillus Scribonianus dalmatiæ legatus bellum ciuile molitus legiones multas fortissimasq; ad sacramenti mutationem pellexerat. itaq; die dicto ut in unum undiq; ad nouum imperatorem conuenirent: neq; aquilæ ornari neq; conuelli quoquo modo signa mouerive potuerunt; exercitus tanta & tam inusitata miraculi fide motus & conuersus in pœnitentiam: imperatorem Scribonianum quinto statim die destitutum interfecit: seq; sacramento prioris militiæ continuit. Scriboniani mors.
Ad nouum imperatorem. Scribonianum camillum.

legionibus quæ sacramentum mutauerant in pœnitentiam religione conuersis: postquam denunciato: ad nouum imperatorem itinere casu quodam: ac diuinitus: neq; aquila ornari: neq; signa conuelli moueriq; potuerunt.

De consularibus eius & gestis in eis. cap. 14.

Consulatus sup pristinũ .iiii. gessit: ex quib' duos primos iunctim: sequentes per interuallũ: quarto quemq; anno: semestram nouissimũ bimestres cæteros. Tertium autẽ nouo circa principem exemplo in locum demortui suffectus. Ius & consul & extra honorem laboriosissime dixit etiam suis suorumq; diebus solemnibus nonnũq̃ festis quoq; antiquitus & religiosis. Nec semp prescripta legũ secutus duritiã lenitatẽ ue mulctarũ ex bono & equo pinde ut afficeret moderat' ẽ: nã & his q apd priuatos iudices plus petẽdo formula excidissẽt: restituit actiões: & i maiore fraude cõuictos

Aquilæ ornari. obiter dicendũ ẽ quemadmodum aquilæ principalia romanorum signa inungebantur festis diebus. Neq; signa puelli. hoc ominosum fuisse apud ueteres: testatur casus flaminii consulis: cui añquã apud transimenum cum copiis deleretur ocius conuelli signa iuberiti nũciatur signum omni ui molière signifero cõuelli nequire. qui contemptor religionis conuersus ad nuncium inquit nuncia signũ effodiant: si ad conuellendum manus præ metu obtorpuerunt: Sed paulopost dedit pœnas spreti ominis & ostenti interfectus ab Annibale. apud trasimenum cum magna strage romanorum. Conuelli autem proprie dixit: quia romana signa figebantur iu castris: & cum ad bellum eundum erat captatis auguriis euellebantur e terra: nam alibi ut tradit Seruius grammaticus figi non licebat: sed inter auguria hoc etiam habebatur: si auellentem facile sequerẽtur: adeo ut Crassus parthico bello occisus sit: qui iturus ad prælium auellere signa nõ potuit. Vergilius in undecimo ubi primum uellere signa annuerint superi. Signa conuelli.

M. AN. Eplæbe homo: hoc est quod a singulis dixit. Cum dolone. Ver. sæuosq; gerunt i bella dolones seruius flagellum esse putat in cuius uirgis lateant pugiones Var. contum cum ferro breuissimo satis cõstat a dolo nomen rei datum quia aliud facie sit: re ipsa aliud cornelius Nonium equitem romanum ait ferro accinctũ in cœtu salutantium deprehensum nullis cruciatibus cogi potuisse ut consciũ quempiam nominaret. Venatorio cultro. Mar. si deiecta geres longo uenabula rostro hic breuis in grandem cominus ibit aprum. Gallus asinius pollionis nepos. Statilius coruinus: hic quoq; nepos coruini Messale de quo & pollione fabius in decimo: Cornelius Tacitus in historiis & rursus in lib. quem de oratoribus scribit.

Furius camillus: camillus scriboniani pater ait Cornelius arma per dalmatiam mouerat. Sacramentum: siquidem in nomen claudii prius iurauerant. Ad nouum imperatorem camillum. Neq; aquila: quæ erat i publicis signis. Conuelli: religi idq; ostentum religionem & metum militibus iniecit.

PHI. Super pristinum. præter illum priorem: quem cum Caio adhuc priuatus gessit per duos menses. Iunctim: sine interuallo. Nouo exemplo: cum non sit ex imperatoria dignitate: ut princeps in locum demortui consulis substituatur: sed debet ordinarius esse consul non suffectus. Suffectus. substitutus subrogatus sufficere enim substituere est: unde & suffectos consules dicimus. Et extra honorem. extra consulatum. Suis suorumq; diebus. multi dies in fastis legebantur solemnes & festi: qui dicati erant partim Claudio: partim Cæsaribus Claudii antecessoribus: partim Druso & Germanico reliquisq; gentis Claudiæ maioribus: hinc est illud Nasonis ex li. i. fa. inuenies illic & festa domestica uobis. Sæpe tibi pater: est sæpe legendus auus: quæq; ferunt illi pictos signantia fastos: tu quoq; cum Druso premia fratre feres. Religiosis. de diebus religiosis dictum est in superioribus: qui potius ominosi sunt q̃ sacrati. Duritiam lenitatemue. Clau. leges quæ nimis atroces uidebãtur in exigenda pœna moderabatur: cum auctore Martiano iuriscon. in grauioribus pœnis seueritatem legum cum alii quo temperamento benignitatis iudices subsequi debeant: interdum uero quæ leuiores leges uidebantur eas grauiores faciebat: prout ipse delictum atrox iudicabat. Ex bono & æquo: docet Aristo. bonũ & æquũ esse emendationem legis: nam cum lex uniuersalis sit accidatq; interdum aliquid preter uniuersale: tunc rectum est: ut ex æquo & bono id princeps moderetur. Plus petendo formula excidissent. Ci. in oratione pro roscio comœdo: si tu inquit amplius nummo petisti in iudicio q̃ tibi debitum est causam perdidisti si peteret quispiã apud iudicem centum sibi dari hic nisi planum facit centum sibi ad libellam deberi causam perdit: secus est in arbitrio: nanq; ad arbitrium hoc animo adimus ut neq; nihil: neq; tantum q̃tum postulamus consequamur: in iudicio nihil nisi directum: asperum simplex: in arbitrio: mite moderatum: & æquum apud eundem ciceronem li. i. de oratore: docet Crassus cum causa cadere qui plus lege agendo petebat: quã quantũ lex. xii. tabularũ permiserat. Sufficere Suffecti consules. Bonum & æquum. Formula excidere. Cã cadere.

Formula quæ scilicet de petendo instituta est.

Restituit actiones ut causam suã perinde ac integram iterum agere possent: quam perdidisse ex lege uidebantur: & hoc referas ad duritiam legum: quam moderatus est.

Legitimam poenam supergressus. hoc pertinet ad illud quod ait lenitatem legum exasperasse. Ad bestias (Damnatio ad bestias) inter capitales poenas damnatio ad bestias numeratur ut scribunt iurisconsulti ff. de poenis. Non nunq̄ friuolus. aliquando leuis inanis nulliusq; momenti: sicut friuola dicuntur uerba quae minus fide sunt subnixa: & friuola (Friuola) quoq; prisci uocitauerunt uasa fictilia quassa. unde friuola pro nugatoriis dici quis nescit: Iuuenalis. iam friuola transfert. Decurias. iudicum de quibus iam satis multa. Expungeret. priuaret: & ut utar uerbo iurisconsulti (Expungere) cancellaret remoueretq; ab actione rerū iudicialium. expungere enim uerbum est militare quod significat milites ab exercenda militia repellere atq; exauctorare adempto stipendio: Paulus iuriscō. in tit. de re militari: ex causa desertionis notatus ac restitutus tēporis: quo in desertionis causa fuerit impēdiis expungitur. hinc illud plautinum est: expuncto in manipulo: hic illa apud Sene. in li. iiii. de beneficiis luculenta sententia: pignus est protinus aliud inuicem mittere & munus munere expūgere: quod significat: delere ne debere uideatur. milites enim punctis scripti inferuntur legioni & iurant ut docet Vegetius in. ii. inde expuncti dicti deleti & a militia remoti. Iidem expungi dicuntur iudices iudicumq; decuriae: quando amouentur a iudicando ueluti expuncti cancellatiq; ex albo iudicum. dispungere (Dispūgere) quoq; uerbum est consimile quod significat conferre accepta & data: sicuti docet Papinianus iuriscōsultus.

legitimam poenam supergressus ad bestias condemnauit.

De uarietate eius in cognoscendo & decernendo. *cap. 15.*

IN cognoscēdo aūt ac decernendo mira uarietate animi fuit: modo circunspectus & sagax interdum incōsultus ac p̄ceps: nonnunq̄ friuolus amentiq; similis. Quum de curias rerum actu expungeret eum qui dissimulata uacatione: quā beneficio liberorum habebat: rn̄derat: ut cupidum iudicandi dimisit. Alium interpellatum ab aduersariis de ꝓpria lite negantemq; cognitionis rem: sed ordinarii iuris esse: agere causam: confestim apud se coegit: ꝓprio negocio documētum daturꝰ q̄ aequus iudex in alieno negocio futurus esset: Foeminā nō cognoscētē filiū suū dubia utrinq; argumentorꝰ fide ad cōfessionē cōpulit: indicto matrimonio iuuenis. Absentibus secundum presentes facillime dabat nullo delectu culpae ne qs in aliq̄ necessitate cessasset. Proclamāte quodam p̄cidendas falsario manus: carnificē statim acciri

M. AN. Nouo circa principem exemplo: quia principes imperatores dico ad id tempus inde mortui consulis locum suffici non consuessent. Praescriptam legū: quae legibus sancita aut scita essent. Ex bo. & aequo ex aequo ius dicitur quum ex uero communiq; utilitate iudicatur. Afficeretur: pacatus infestus ue esset causae.

Priuatos: priuata causas cognituros. Restituit actionem exequendae causae qua deciderant facultatem indulsit. Ad bestias: bestiis: ad laniatum in theatro obiiciendos. Decernendo: decreta interponendo. Circunspectus: prudens consulte agens. Sagax: acute sentiens. In consultus ac preceps: temere & precipitanter agens

Decurias iudicum. Rerum actu rerum gerendarum cura. i. iudicandi munere. Expungeret: amoueret ex albo tolleret: sed tu quorundam nomina ex decuriis expūcta accipias: & quasi ex albo sublata defunctorum. s. nec non eorum: qui uel morbo uel aetate: domesticis ne iuris astricti uacationē haberēt. Eūunō ex iudicibus.

PHI. Dissimulata uacatione. p dissimulationem occultata non patefacta uacatione iudicandi. Bn̄ficio liberorum habebat. scribunt iurisconsulti ff. de uacatione & excusatione munerum: quod numerus liberorum a muneribus (Rn̄dere) ciuilibus prestat excusationem. Rn̄derat. tanq̄ legitimus iudex: rn̄dere. n. dicitur iudices & iurecōsulti quādo de iure responsitant. De propria lite. pertinente ad eū ipsū qui iudex erat. Cognitionis rem. apud oratores (Status trāslatiuus.) status est siue constitutio: quae dicitur translationis: ea autem formula est: an huic: an cū hoc: an hac lege: an apud hunc: an hoc tempore liceat agere: sensus est. cum unus ex iudicibus negaret propriae litis cognitionem agi posse eo tempore & loco: Clau. coegit ut apud se tanq̄ priuatus causam suam ageret: ut ita in propria causa doceret quā recte iudicare deberet in alienis negociis. Ordinarii iuris. tanq̄ extra ius & iniurium esset eum qui iudex est agere causam de propria lite: namq; ut inquit Vlpia. tit. de in ius uocando: non debet iudex in ius uocari dum de re cognoscit. Ad confessionem compulit non absimile est illud ecclesiasticum: quod de Salomone circumfertur iudicante inter duas mulieres de filii proprietate litigantes. Indicto. denunciato. Iuuenis scilicet quem filium suum esse negabat. Absentibus scilicet alterutris litigatoribus. septimus est casus. Secundum presentes dabat. dare secundum presentes: litem et possessionem dicitur iudex: quando pro praesentibus: iudicat: & secū (Secundum te litem do) dum te litem do pro te sicut contra te & hoc ad id refertur quod interdum fuit inconsultus: & preceps in iudicando. absentibus enim alterutris litigatoribus non debet iuridicus magistratus secundum praesentes litem dare: sed differre sententiam quoad uenire possint: qui absentes sunt: si quis enim iusta causa impeditus ad iudicium occurrere non potuit erit ei subueniendum: ut tradit Vlpianus li. ii. ffo. ideoq; lex. xii. tabularum iubet diem iudicii esse (Morbus sonticus.) diffusum: si alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur dicitur autem morbus sonticus nocens & uehementior. Nullo delectu culpae: in hoc consultus erat Claudius: qui nullum habebat delectum de culpa cessatorum: si quis culpa & dolo malo non stetisset in iudicio: cum tali minime danda sit exceptio: an ualetudine uel alia iusta causa impeditus sistere se non potuisset: cuꝫ tali sit subueniendum. Claudius omnes uno ordine habebat.

(Poena falsarii.) Cessasset. ut scilicet omnes litigatores properarent adesse in iudicio. attamen leges ueniam exceptionemq; dant illi: qui necessitate coactus ad diem iudicii presto esse non potuit.

Falsario poena legis Corneliae irrogatur in falsarios & eos omnis qui falsi damnantur ut docet Martianus iurisicon. ad legem corneliam de falsis. Acciri euocari.

Cum machera.gladio græci eñ machærã dicunt gladiũ:inde machæropios faber gladiorũ:quo noie nuncu patus demosthenis pater.machærophori dici a Cicero.satellites accincti gladiis.L.i.læuo humero machæra p̃pe traiecto cesserat parump ex acie. Apuleius machæram spatamq; indifferenter usurpat: cũ ait in nono de asino aureo.cõminabatur:sese concisurũ eũ machæra frustatim quo sermone eius cõmonefactus hortulanus eripit ei spatam.Vege.meminit spatæ & semispatæ. Mensa laniona.qua.s. utuntur carnifices ad damnatos plectẽdos & capita amputanda:a laniando dicta:sicut lanio siue lanius a laniãdo sicut lanistæ q̃ laniandis p̃sint gladiatoribus nominati scribit Var. lanienam dicit locum ubi uenditur caro:sicut pellesuinam ubi pelles:sutrinam ubi calcei apud apuleium prout in li.auno.

Machæra. Machæropios... Machærophori Laniona mensa. Lanio Lanistæ Laniena Pellesuina Sutrina

cum machæra mensaq; laniona flagitauit. Peregrinitatis reum orta inter aduocatos leui cõtentione togatumne an palliatum dicere causam oporteret: quasi æquitatem integram ostentans: mutare habitum sæpius: & prout accusaretur: defendereturq; iussit. de quodam negocio (& ita ex tabella pronunciasse creditur) secũdum eos se sentire: qui uera proposuissent. Propter quæ usq; eo euiluit: ut passim ac propalam contemptui esset. Excusans quidam testem e prouincia ab eo uocatum: negauit præsto esse posse: dissimulata diu causa: ac post longas demum interrogatiões mortuus est inquit puto licuit. Alias gratias agens q̃ reum defendi pateretur: adiecit: & tamen fieri solet. Illud quoq; a maioribus natu audiebam adeo causidicos patientia: eius solitos abuti: ut descendentem e tribunali non solum uoce reuocarent: sed & lacinia togæ retenta interdum pede apprehenso retinerent: ac ne cui hæc mira sint. litigatori græculo uox in altercatione

nostrarum obseruauimus laniena accipitur non solum pro loco sed etiã pro ipsa laceratione. laniona autem mensa nõ solũ in instrumẽto est carnificis sed etiam cõtinet in instrumẽto lanionis.

M.AN. Dissimulata: cœlata suppressa. Vacatione: immunitate Beneficio liberorũ filiorũ meritis ait quod magis placet triũ natorũ iure cõcessa. Responderat noiatim.s. in recognoscendis decuriis citabãtur: sed hic quum uacatiõe haberet ambitiosq; adhuc in iudicum numero esse uellet obeamq; cem ad nomen respõdisset. Dimisit ignominiose præteriit missumq; fecit. Alium: e numero iudicum. Interpellatum admonitum: accersitum. De pro.causa quæ ad eũ ipsum & aduersarios attinebat. Rem: de qua esset ab aduersariis interpellatus. Cognitionis: negante.s. talem esse ut tunc cognosci posset seu deberet sed alio aut loco aut tempore. Ordinarii iuris: alterius cognitionis & magis ordinariæ coegit claudius. Daturũ eum: qui pro iudice sederet. Documentum exemplũ. In alieno: si in propria causa boni consuleret. Iuuenis: quæ se agnoscere dissimulabat. Secundũ præsentes: pro iis q iudicio adessent. Nullo delectu: nullo delicti discrimine.

Nequi: sed siquis uerior lectio: ut sit ordo: siquis cessasset non sponte sed necessitate cõpulsus. Falsario: qui testamentũ aut quid aliud falso signarat. Falsarius lege cornelia intelligebatur non solũ qui falsum testamentũ scripsisset sed qui etiã signasset: recitasset: subiecisset uel adulterium signum fecisset aut sculpsisset pœna in seruos ultimum supplicium in liberos deportatio: deportari dicebatur qui perpetuum relegaretur relegatio certo tempore finiebatur hæc iureconsultus. Cum machæra: græca uox est latineq; sica dicitur: dicitur & culter ad scindendũ simul & uulnerandum. Iu. ames uictum nomẽq; machæræ. hinc & Machærophori sicarii dicuntur. Mensa laniona: qua ceruices & dãnatorum: membra preciduntur a laniando dicta: nec eo inficias laniona mensam posse etiam dici: qua lanii bestiarum carnes dissecant: siquidem utrumq; a lanio uerbo est.

PHI. Peregrinitatis reũ: qui peregrinus erat se Romanũ faciebat: unde recognita accusatus ẽ pegrinitatis. ex hoc cernit clau. in cognoscendo friuolus & similis amenti: q modo togã modo palliũ indui uoluit ab eo qui accusabatur de peregrinitate: ut uidelicet pallium indueret habitũ pegrinũ qñ accusabatur tanq̃ pegrinus: togam uero Romanũ uestimentũ: qñ defendebat tanq̃ ciuis Romanus. ita fiebat res ridicula: cum idem in iudicio sæpius: cogeretur mutare uestem: cũ accusatores non semel sed pluries accusatoris munus obirent: & identidẽ defensores defensionis munia capesserent. Togatum. tanq̃ Romanus esset cũ romanorũ sit toga. Palliatũ. tãq̃ pegrinus esset cũ palliũ sit græcorũ: unde fabulæ palliatæ dictæ. Prout accu. qñ accusabatur tanq̃ peregrinus induebat pallium: qñ defendebatur tanq̃ ro. sumebat togã. Ex tabella: ex scripto quod in tabella cõtinebatur. Secũdũ eos se sentire. inconsulta prorsus sñia est: & qua nihil inconsultius ac pene amentius esse possit: ut de scripto pronunciet imperator: se sentire iudicareq; secũdũ uera proponentes cum incertum sit q uera pposuerit ex litigatoribus & cum boni iudicis offiñ sit auditis hinc & inde allegatiõibus uel dãnare uel absoluere & ita diiudicare qa uera proposuerit q si res sit dubiosa dicere debet: sibi nõ liqre sicut ueteres factitabãt. Euiluit. factus ẽ uilis & p cõtemptionẽ despicabilis. Excusans te. si ad testimoniũ desideratus uocatus ue ad iudiciũ occurrere in tẽpore nõ poterit: erit ei ut inquit Vlpia. subueniendũ. Præsto eẽ. te p̃sentiuiter: aduerbiũ est. Tibullus: pauper erit p̃sto: apparitores dici existimat seruius ministros ab eo q apparent & presto sunt ad obsequiũ. Dissimulata. d.c. pp q̃ presto eẽ nõ potuerit testis e prouicia euocatus. Mortuus est. i. q excusabat testis tarditatẽ & morã coactus explicare causam cunctationis dixit illũ esse mortuũ & adiecit puto licuit: hoc est se putare licitam eẽ causam cũctationis mortẽ & ita p ludibriũ cõtẽptibilis erat clau. Quod re. de. pa. nõ tã laudãdus ẽ princeps q reũ defendi sinat q̃ uituperãdus si secus fecerit: cũ iniustissimi sint: illi q reum indicta cã cõdẽnant. Fieri so. ut. s. reus defendatur: & cãm dicat. Patiẽtia abu. cõsimile est illud Ciceronianũ: quousq; tandem abutere patiẽtia nrã catilina. Lacinia. parte uestis extrema pene fimbriata cesuratiq; cõcisa. In al. apud qnti. li vi. ti. est de al. i quo tradit quẽadmodũ i altercatiõe ualet plurimũ acumẽ: & ut neq; iracũdus neq; turbidus neq; clamosus sit altercator.

Toga pallium. Ridiculum indicium Nõ liquet Præsto est Apparitores unde Lacinia

Excidit. ex ore cecidit Ver. tanq̄ nefas p̄rio exc idit ore. και συγερων ε ι και μωρος. I. & tu senex es & stultus: quid cōtēptus qd despicatus esse pōt eo pricipe: in quē talia cōuitia impune dicantur: & senex es & stultus hoc est interpretamentū est uerborū græcorum que in altercatione græculo exciderunt. Obscenitatis in fœ. re. de cūnilingo intelligendū esse censeo: q̄ obscenitas merito puniebat: quā multis epigrammatis insectatur Mar. Se. quoq̄ mamercū detestatur ancillarū menstrua ore hiante excipientem. & lactantius in morsum cūnilingorum & fellatorum dixit in. vi. de istis loquor quorum teterrima libido & execrabilis furor ne capiti qdē parcit non placet intelligas de libidine prepostera: q̄ & ipsa obscenitatis labe maculosa est.

Obscena libido.

Ab impo. ualentioribus & supra modū potentibus. ita ipotens tyrānus & fortuna impotēs dr̄. Scorta meritoria que mercede corpora p̄stituūt & iam superiores quā inferiores ptes oi libidinis genere p̄phanāt nundinato uēditoq̄ pudore: ita & pueri meritorii dicti qui ob mercedē p̄stituunt: quos catamitos dixit antiqtas. Audiri p te. tanq̄ indignū foret minimeq̄ ferendum: scorti testimoniū audiri aduersus equitis Romani dignitatē: nāq̄ fœminæ etiam p̄bate testimoniū dicere non pōt nisi in paucis admodū causis ut est in crimine lesæ maiestatis: scorta uero cū famosa sint tanto magis repelli dicunt a dicēdo testimonio pro testimonio aūt dixit eleganter & sciēter cum ista p̄cula p̄ sit in orōne latina maximæ uarietatis aliter enī dicimus: pontifices p̄ collegio decreuisse aliter p̄ castris depugnarū: aliter p̄ rostris p̄ tribunali: aliter testē introductū p̄ testimonio dixisse. quæ oēs dictiones neq̄ omnino similes sunt & pares neq̄ omnino diuersæ.

Impotens. Scorta meritoria. Meritorii pueri. Catamiti. Pro testimonio. Pro

excidit. και συγερων ε ι και μωρος. E quitem quidem romanū obsceniratis in fœminas reum: sed falso & ab impotentibus inimicis conficto crimine: satis constat: quum scorta meritoria citari aduersus se & audiri pro testimonio uideret: graphium & libellos: quos tenebat in manu: ita cū magna stultitiæ & sæuitiæ exprobratione iecisse in faciem eius: ut genam non leuiter perstrinxerit.

De officio censuræ: & gestis per eum. cap. 16.

Essit & censuram intermissam diu post Paulum Plancūq̄ censores: sed hanc quoq̄ inæqualiter uarioq̄ & animo & euentu. Recognitione equitū iuuenem plenum probri: sed quem pater p̄barissimum sibi affirmabat: sine ignominia dimisit habere dicens censorem suum. Alium corruptelis adulteriisq̄ famosum nihil amplius q̄ monuit: ut aut parcius ætatulæ indulgeret: aut certe cautius: addiditq̄. Q uare ei ego scio quā amicā habeas. Et quū orātib⁹ familiarib⁹ dempsisset cuidā appositam notā: litura tñ inquit extet. Splendidū uirū græciæq̄ p̄uinciæ pricipē uerum latini sermonis ignarū non mō. Albo iudicum erasit: s3 ēt in peregrinitatē redegit: nec quēq̄ nisi sua uoce: ut cūq̄ quis posset:

M. AN. Peregrinatis reum: qui peregrinitatis arguebatur: quum pro ciue se gessisset. Togatum. ut ciue3. An palliatum: pallio amictum ut peregrinum. Ex tabella ex scripto ut iam stultum iudicium adhuc nobilius esset. Eiulatu: tulis omnibus factus. Negauit præsto esse posse: nihil in tempestiuus leuiusq̄ pronunciari potuit. Puto licuit & hoc omnino minus stultum. Lacinia: togæ: quid lacinia sit diximus: και συγερων ε ι και μωρος & tu senex es & stultus. Obscenitatis in fœminas quod obsceno congressu illis abuteretur.

Impotentibus: ualde potentibus.

Malæ genæ

PHI. Graphium: stilum ferreum. Genam: malam intelligit: Pli. infra oculos malæ homini tantū quas prisci genas uocabāt: alias gena sign̄at palpebrā opimentūq̄ oculorū: idem p̄sces inquit & insecta nō hn̄t genas: ennius quoq̄ genas palpebras uocat illo uersu pādite sulcis genas & corde relinquite somnū. Perstrinxerit: uul nerauit læserit. Hanc quoq̄ inæqualiter: sicut in iudicādo fuerat maxīe uarius: ita in officio quoq̄ censorio exercendo p̄buit se inæqualē & uarietate inconstantē: ob hanc claudianā censurā dixit Sidonius: & Caligas Caii Claudii cēsura secuta est. Corruptelis. Plautus in asinaria: iis apud scortū corruptelæ & liberis lustris studet. Probri. de decoris atq̄ flagitii. Censorē suū: dictū p̄fecto censorium grauitatis & prudentiæ plenū: quo Claudius declarauit patres censores eē debere filiorū: & cēsorio supercilio atq̄ castigatoria seueritate uti ad illos coercendos: nam ut ait Sido. filios p̄ patria auctoritate monere debemus. Famosum: infamē. Ætatulæ. molliori & iuuenori ætati. q̄ p̄pensa est atq̄ p̄cliuis ad libidinē: ita Varro p̄perate uiuere puellæ quas sinit ætatula ludere. Aut certe cau. suppressius prudētiusq̄: iuxta illud triuiale: si nō caste saltē caute: cui consimile est illud Apule. quod nemo nouit pene nō fit: cæterū sapientē nec qdē peccaturū eē phi tradūt: ēt si peccasse eū dii atq̄ hoīes ignoraturi forēt: nō enī pœnæ aut infamiæ metu non esse peccandum sentiunt sed iusti honestiq̄ studio & officio: remoti uero ab illa perfecta sapientia peccare procliuius existimantur: cum latere posse id pctm̄ putauerint: immunitatēq̄ ex ea latebra sperauerint. Q uare ego scio: his uerbis ostendit Claudi. adulteria parum caute nec furtim exerceri ab eo iuuene: quem castigabat: cū eius amica sibi foret nota. Furta autem uenerea furtim clanculumq̄ exerceri debent: nec mysteria cupidinis sunt inuulganda: nam ut inquit Ouidi. præcipue cytherea iubet sua sacra taceri. Dempsisset: sustulisset detraxisset. Appositam notam infamiam & sugillationem: unde & notatus infamia dici solet ignominiosus: interdum nota accipitur in bonam partem: ut illud apud Ouidium: ille numantina traxit ab urbe notam. Litura: demo inquit notam: sed tamen uolo ut extet litura hoc est uestigium notæ: quæ reā declaret hunc olim fuisse notatum sugillatumq̄. Albo: in quo nomina iudicum perscripta legebantur: repetes que supra explicauimus de albo iudicum decurionum & pontificum. In pere. rede. inter peregrinos numerari uoluit: tanq̄ ciuitate Ro. dignus non esset: qui latine loqui nesciret.

Ætatula. Sapientem non peccaturum. Nota. Litura.

Ac sine pa. laudandus merito uel ob hoc Claudi. est qui noluit quēq̄ ex ordine iudicū rōnem uitæ suæ reddere per aduocatum: sed ut ipsemet suamet uoce causam suam tutarentur: sine causidicis ut inquit eleganter Columella: fœlices olim fuerunt futuræq; sunt urbes. Rationem uitæ reddere: olim Amasis ægyptiorum rex legem condidit saluberrimam: ut quisq; quot annis apud præsidem rationem uitæ redderet: demonstraretq; unde uiueret: aut quo quæstu sustentaretur: q hoc non faceret ut is morte afficeretur: hanc legē Solon ab ægyptiis transtulit ad athenienses; quam illi: ut inquit Herodo. in euterpe: q sit castissima assidue usurpant: etenim homines honestatem sectabūtur; suppressius cautiusq; peccabunt memores rationē uitæ esse reddendam: utinam hæc lex in patria nostra seruaretur: pfecto iuuenes qui luxu difluunt ad frugalitatem uerterētur. Ac sine cōmeatu: non petito tēporali abscessu: qui cōmeatus dicitur lege militari milites puniuntur q sine cōmeatu castris excedunt: hinc Liuius taxans exercitū Annibalis tanq̄ luxuriosum nimis factum & parum obsequibilem ait: sine cōmeatibus magna pars ab signis dilabebant: neq; aliæ latebræ q̄ Capua desertoribus erant.

Sine causidicis fœlices urbes

Lex optia reddenda rōne uitæ

Cōmeatus

ac sine patrono rationem uitæ passus est reddere. Notauitq; multos & quosdam inopinantes & ex causa noui generis: qd se inscio ac sine commeatu italia excessissent. Quendā uero & quod comes regis in prouincia fuisset: referens maiorum temporibus. Rabirio posthumo Ptolemæum Alexandriam crediti seruandi causa secuto crimē maiestatis apud iudices motum. Plures notare conatus magna inquisitorum negligentia: sed suo maiore dedecore innoxios fere repperit: quibuscūq; cœlibatum: aut orbitatē: aut egestatē obiiceret: maritos: patres opulentos se probantibus. Eo quidem qui

M. AN. In faciem: claudii. Perstrinxerit: impegerit nunc alioquin perstringere percurrere radere est. Intermissam censuram. Vario: inconstanti nec eodem circa crimina affectu. Probri: criminis infamiæ. Cēsorem: patrē. s. qui p censore illi esset. Aetatulæ: teneræ ætati. Cur scio quā amicam: admonere id certe fuit ut cautius adulteria sectaretur. Not. s. ignominiam. Litura extet ut monumentū ignominiæ esset irrogatæ: s; precario remissæ. Ex al. iu. in albo ut diximus iudicum: noia conscribebantur. In pe. sede. ciuitate adempta p peregrino habuit. Cá no. gene. noua quadā de causa & ob quam nemo unq̄ antea notatus esset. Quod se inscio: & hæc causarum una. Quod comes regis: quod regem comitatus esset: sed quem regem non dicit.

PHI. Rabirio posthumo. Caius Rabirius posthumus Ptolemæo regi Alexandrino: cum regno pulsus Romam uenisset: egenti & roganti grandē pecuniā credidit: cui & regnāti crediderat absens: nec solum suā pecuniā credidit sed etiam amicorum: postq̄ autē in regnū reductus est Ptolemæus: Alexandriā pfectus est posthumus causa pecuniæ exigendæ; ubi dioecetes fuit regius hoc est dispensator: dictio mendosa est apud Cicero. in oratione pro Rabirio posthumo: nam non dioecetes sed diogenes in plerisq; oibus codicibus legitur: præterea coactus est suscepta regia dispensatione uestitum habitumq; mutare: ex hoc accusatus tanq̄ maiestatē po. Ro. læsisset: & a Cicerone defensus: pp̄ter hunc opinor dictū ab eodē Cicerone in principio epistolarū ad lentulū: res agitur per eosdem creditores: per quos cum tu aderas agebatur: namq; nomine creditorum priuatim Rabirius posthumus significatur: qui pecuniam credebat regi Alexandrino: sensus autem Tranquilli hic est: quendam ob id notatum fuisse a Claudio nouo genere notationis ob hoc solum: quod regem externum comitatus fuisset: tanquā indecorum esset Romanos ciues comites asseclasq; fieri regum: allegauitq; exemplū Rabirii posthumi: qui factus fuerat reus maiestatis dum sequitur Ptolemæum Alexandriam ex urbe reuertentem uerum ut ait Cicero: uis quæ omnia frāgit coegit posthumum etiam inuitum causa seruandæ pecuniæ creditæ Ptolemæum subsequi & eius fieri dispensatorem. Crediti. pecuniæ creditæ. Notare: nota ignominiosa signare.

C. Rabirius posthumus.

Dioecetes

Correctus locus ciceronis.

Inquisitorū negligentia; sæpe numero inquisitores: quibus aliquid inquirendum uestigandūq; mandatur: p negligentiam & incuriam peccare nos faciunt: ita Claudius inuentus est uanidicus & dedecorosus: dum credit uera esse: quæ sibi referebantur ab his: quibus inquirenda hoc genus crimina commiserat negligēter somniculoseq; inquirentibus: sic etiam Senecā: si Quintiliano reprehendenti credimus: errauit deceptus ab his: quibus inquirenda quædā mandabat. Cœlibatum: singula singulis opponenda: nam cœlibatum ad maritos: orbitates ad patres; egestatem ad opulentos referre debemus: cœlibatus autem significat abstinentiam rei uxoriæ: uitamq; sine matrimonio: & cœlebs is dicitur qui caret uxore. Quintilianus deridet modestum: qui quia cœlio Saturnus genitalia absciderit; cœlites apellatos ait qui uxore careant: Gabinius ingeniose sibi uisus est dicere cœlibes dici ueluti cœlites. Priscianus quoq; ait cœlebs dicitur quasi cœlestium uitam ducens. Hieronymus libro secundo contra Iouinianum cœlibibus nomen inditum esse autumat quodo cœlo digni sint qui coitu careant; uidenturq; hi omnes accipere cœlibes non tam pro uxore carentibus; quam pro castis & omni uenere abstinentibus: sed nescio an satis exactæ satisq; significanter locuti sint: namq; apud eos qui puriter & latine loquuntur cœlibes pro his qui uxore careant usurpantur: etiam si in concubinatu concubinas haberent: de cœlibatu sic ait Martianus capella; constituit inquit Mercurius pellere cœlibatum: quem locum allegans Fulgentius placiades exposuit cœlibatum esse uirginitatis abstinentiam: maritum & cœlibē inter se opponi docet hic Tranquillus & Quintilianus libro quinto sic scribens: pater an filius. ciuis an peregrinus: liber an seruus maritus an cœlebs: parens liberorum an orbus sit. Boetius & dialectici hæc affecta appellant: quæ se e regione respiciunt: cœlibes autem opere censorio puniri solebant sicuti docet Valerius in titulo de nota censoria; & Cicero sic scribens in legibus de officio censorum: cœlibes esse prohibento. Orbitatem: quod filios. s. non haberent: de orbitate hac Statius; orbitas omni fugienda nisu. Plinius ait orbitatem fuisse in auctoritate summaq; potentia; orbi enim captabantur ab hæredipetis; & ut auctor est Marcellinus: orbi & cœlibes colebantur.

Seneca deceptus ab inquisitionibus

Cœlibatus

Cœlibes unde.

Maritus & Cœlebs opposita.

Affecta

Homicida fui.

Sibi uim intulisse:scribit Aristoteles in.v.ethicorum:eum qui semet occidit: sibi quidem iniuriam non facere:
quia uolens id patitur sed ciuitati:cuius partem tollit:est enim ciuis particula ciuitatis. Essedum: de essedo cur
ru & essedariis copiose scripsimus in superioribus & in secundo Propertii commentario. Argenteum; Plinius
in.xxxiii.taxans Romanā luxuriam ait:at nos carrucas ex argento celare inuenimus:idem in eodem memorat cur-
Sigillaria rus argenteos aureosq; mithridatis eupatoris fuisse translatos in triumpho magni pompeii. Ad sigillaria:no-
men est uici in quo sigilla hoc est simulachra pusilla uendebantur:unde & sigillaria pro festiuitatis nomine & si-
gillaritia munera; de quibus suo loco
diximus:in uico sigillariorum uenale
fuisse essedum significat de quo uico
sic meminit Gellius libro quinto apd'
sigillaria forte in libraria ego & Luci-
us Paulus poeta uir memoria nostra
doctissimus.consederamus. Con-
cidi: frāgi & in frusta p̄ticulasq; secari
M.AN. Rabirio posthumo: p
quo bis Cice.orauit. Motū crimen
crimini datū: Inquisitorū eoruz qui
negligenti inquisitione temere quorū
dā crimina detulissent. Cœlibatuz
cœlibem uitam & connubii exptem.
Orbitatem: quod certe ineptius
fuit quum illud cōsilio:hoc casu euenire possit:nisi orbitatem simpliciter accipias p sterilitate quadam connubii
ue detrectatione. Obiiceret:probro & crimini daret. Maritos pa.opu.singula singulis referenda eodem or-
dine quo crimina intentata. Essedum:uehiculum. Ad sigil. Gellius quum in sigillariis sederemus.

sibimet uim ferro intulisse arguebatur: illesum corpus ueste deposita ostentante. Fuerunt & illa in censura eius notabilia quod essedum argenteum sumptuose fabricatum ac uenale ad sigillaria redimi: concidiq; coram imperauit: quodq; uno die.xx.edicta proposuit: inter quæ duo quoruz altero admonebat ut uberi uinearum prouentu bene dolia picarentur: altero nihil æque facere ad uiperæ morsuz q̄ taxi arboris succū

De expeditione eius britannica & triumpho. *cap.17.*

EXpeditionē unā oio suscepit:eāq; modicā quū decretis sibi a senatu ornamentis triumphalibus leuiorem maiestati principali titulum arbitraretur: uelletque

Dolia PHI. Bene dolia picarent̄:dolia uasa sunt grādia fictilia: q̄bus uina recōduntur:docet Pli.in.xiiii. queadmo
Impicare dū uentrosa ac patula minus utilia sunt:hæc aūt pice intus linebant̄:quod picare dicit̄ & impicare apud columel
Picatū ui- lam:unde & uasa picata.Pli.picari oportere ait protinus post ortum caniculæ:coopercula uero doliorum medi-
num. cāda mastice ac pice:quinetiā uinū ipsum pisce prisci condiebant:idq; picatū uocitabāt:cuius conditura traditur
a Columella lib.xiii.agricolatiōis.& Pli.dixi pice & resina cōdire musta uulgare italiæ est.idē in.xxiii.uinū rubrū
magis cōstringit magisq; calefacit:innocētius pice sola conditū:erat & picatū aliud: qđ sponte naturæ suæ picis
saporem resipiebat:& hoc in agro uiēnēsi peculiariter nascebat̄.Plinius;iā inuēta uitis per se in uino picem habēs
resipiensq; uiēnēsem agrum:de hoc genere uini intellexit Martialis illo uersu:hæc de uitifera uenisse picata uienna
pix autem brutia & nemeturica laudant̄ ad uini cōdituras.Columella dolia refert ante.xl.uindemiæ diem pican-
da esse picariq; dicit debere pice feruentissima infusa: & quod distillauit in fundum aut quod in lateribus hæsit
Radula curuata ferrea radula ducendum:est autem radula instrumentum ferreum a radendo dictum unde pix ipsa radu
Radulana lana cognominata:quæ radula eraditur:obiter emendemus mendosam Plinii dictionem ita enim in.xiiii. passim
pix scriptum est:rabulana pice ac resina condire musta:cum radulana legendum sit & rabulana expungendum: de do
Locus pli- liis uinariis scribunt iurisconsulti hæc:uino legato cum uasis dolia legata non sunt: quia scilicet ea mente uinum
nii. in dolia condimus:ut ex his postea uel in amphoras uel in cados diffundamus & hoc est:quod uinū diffusum no
Vinū diffu minatur a doctis:Iuuenalis ille capillato diffusum consule potat: qui uersus a grammaticis uacanter & ociose so-
sum let non tam explicari q̄ implicari. Iulianus titulo de uerboruz significatione ait:dolia tam diu esse in uasis uinariis
ponenda:q̄ diu uinum habuerint; cum sine uino esse desinerent in eo numero non esse: quoniam ad alium usum
transferri possunt:diminutiuum dolii est doliolum:unde & locus Romæ dictus doliola:ex eo quod condita in do
liis sacra Romanorum:illic defossa fuerunt in bello gallico a flamine quirinali uirginibusq; uestalibus; auctor Li-
ui.in.v.Mar.autem Var.doliola esse ait ad cloacam maximam:diciq; a doliolis:in quibus essent ossa cadauerum
Alii q nummæ pompilii religiosa quedam post mortem eius essent infossa doliolis:a dolio uasa doliaria nuncu-
Doliola pata.Plau.anū uentriosam & suffarcinatam festiuiter appellat doliarem.
Doliaria Ad ui.mor.ut ait Luca.morsu uirus habent fatumq; in dente minantur:pocula morte carent: quidam uiperis
uasa utuntur in cibis:ut ait Pli.li.undetrigesimo:quatuor digitorum mensura a cauda & a capite precisa exemptisq; in-
teraneis. Anto.musa uiperas edendas dabat:cum incidisset ulcera insanabilia: miraq; celeritate persanabat:uipera
porcelli modo inassata medetur iocinorū doloribus:cōstat cōtra oim serpentiū ictus; q̄uis insanabiles ipsarū ser
Taxica to- pentium exta imposita auxiliari:eosq; qui aliqñ uip as iecur ederint nunq̄ postea feriri a serpente. Taxi suc. ab ar
xica. bore taxo taxica dici putant uenena:que nunc toxica dicimus:uasa uiatoria ex taxo uinis facta mortifera fuisse com
Fructus pertum est arbor est baccifera:ut inquit Plini.cuius baccis in hispania precipue uenenum lætale inest. de taxo scri.
taxi abunde Theophra.in.iii.de plantis ubi refert taxi fructum esse rotūdū:faba paulo maiorem: colore ruffum tactu
mollem. Si iumenta taxi folia comederint emoriuntur:si ruminantia nihil patiuntur:dicebat Clau.succū taxi pre-
sentissimū esse remediū ad uiperæ morsum:fortasse quia uenenū ueneno retūdit̄ atq; expugnat̄: sicut aconitū col
luctatur cū ueneno:quod inuenerit in hoie:& ita duo uenena in hoie cōmoriuntur ut ipse hō supsit. Auicē. refert re
media non pauca ad morsus uiperarū:nulla facta mentione huiusce claudianæ medelæ: cum primis ait coagulū
ceruinum & leporinū esse salutaria:laudat & rutā Siluest.stercus caprinum in potu datum:succuz anagallidis. suc
cum porri:& corticem aristolochiæ. Leuiorem titu aliud est triumpho decorari aliud triūphalibus ornamē-
tis:nā multi ornamēta triūphalia cōsecuti sunt:q nūq̄ tn̄ triūpharūt:q aūt essent ornamēta triūphalia alibi docui

mus:titulus aūt ornamētorū triūphaliū uisus est Clau. leuior ꝗ maiestati pricipis cōueniret:ideoq; expeditionē (bellicā suscepit.

M. AN. Bene do. pica. quasi uero priuati cōmodi ciues publico edicto admonēdi essent:qd dolia picarent Pli. uerba demerāt doliis dū taxat inqt uasisq; cæteros utilis lentore ab alia pice differens cato ante uindemiā uasa lauentur corbulæ sarciantur picentur dolia. Taxi arb. suc. neq; hoc minus ridiculum medicinæ precepta per edictū populo demerare:ut certe qa titulus ipsi arbori ut pli. ait inest succus ex baccia est precipuū uenenū:sunt qui uenena inde toxica putent dicta quasi taxica in Arcadia tā pñtis est ueneni ut siqui dor

iusti triumphi decus unde acquireret: Britanniam potissimū elegit: neq; tentatam ulli post diuum Iulium: & tunc tumultuantem ob non redditos transfugas. Huc cum ab hostia nauigaret: ueheměti circio bis pene demersus est: prope liguriam iuxtaq; stœchadas insulas. Quare a Massilia gessoriacū usq; pedestri itinere confecto: inde transmisit: ac sine ullo prelio aut sanguine intra paucissimos dies parte insulæ in deditionem recepta: sexto ꝗ profectus erat mense Romam rediit triumphauitque maximo apparatu: ad cuius spectaculum commeare in urbem non solum præsidibus prouinciarum permisit: uerum etiam exulibus quibusdam: atque inter hostilia spolia naualem coronam fastigio palatinæ domus iuxta ciuicam fixit; traiecti & quasi domiti oceani insigne.

miant sub ea cibum ue capiāt moriantur & uasa uinia ex ea arbore fctā mortifera fuisse in gallia cōpertum ē græci ut sensus ait eam similacē uocār potuit quod ad ædictū attinet Clau. simpathiam aliquā secutus uideri: nam ut contraria contrariis sic similia similibus curant. Maiestate princi. qua principis maiestatem diceret.

PHI. Iusti triūphi: legitimi & magni: Plinius opere iusto temporū nostrorum historiam orsi: & iustum prœlium: & iustum exercitū historici dicunt magnū. Virgi. uero in eodē significato non iustum dixit sed iniustū: sic eñ ait in georgicis: iniusto sub fasce uiam dum carpit: Ascon. iustas inimicitias apud Ciceronem pro magnas exposuit: subiunxitq; magnas dixit: ut econtrario Vir. iniusto sub fasce uiam dum carpit. Iustus magnus.

Post diuum Iulium: primus omnium Romanorum diuus Iulius cum exercitu britanniam ingressus potest uideri ostendisse posteris eam insulam non tradidisse: caligulam cogitasse de intranda britannia satis constat: ni uelox ingenio mobilis pœnitentia fuisset: Claudius uero transuectis legionibus auxiliisq; eam expeditionem suscepit: auctor Cor. Tacitus in lib. de uita Iulii Agricolæ. Vehementi Circio: circius uētus est peculiaris galliæ narbonensis: de quo hæc gellius: galli uentum ex sua terra flantem: quem sæuissimum patiuntur: Circium appellāt a turbine opinor eius ac uertigine. Marcus Cato Cercium dicit non circium: cuius uerba hæc sunt uentus cercius cum loquare buccam implet: armatum hominem: plaustrum oneratum percellit: de circio Lucanus: solus sua litora turbat Circius: & tuta prohibet statione monechi. Seneca in. iiii. quæstionum: a tabulus apuliam infestat: Calabriam lapix: Athenas sciron: Galliam Circius: addit Plinius in. ii. hunc uentum Circium non solum in reliquis cœli partibus esse ignotum: sed nec quidem Viennam eiusdem prouinciæ Galliæ ciuitatem attingere. Circius Circium

Prope liguriam: Plinius italiæ descriptionem orditur a liguria: cuius finis est fluuius macra. celeberrimum oppidum genua: refert Liuius libro undequadragesimo liguriam prouinciam ante omnes alias acuisse Romanam uirtutem: cum ligusthinus hostis uideretur esse natus ad continendam Romanis militarem disciplinam Virgili. de liguribus: assuetumq; malo ligurem: olim capillati fuerunt ligures nunc tonsi: ex quo illud Luca. & nunc tōse ligur: ligures bellicosos fuisse testis quoq; Plutar. in æmilio. Ligures

Stœchadas: stœchades insulæ tres numero sunt in Rhodani ostio uicinæ massiliensibus: propter ordinē quo sitæ sunt ita nuncupatæ: græci enim stichon ordinem dicunt & uersus: nomina stœchadum: ut inquit Plini. in tertio sunt hæc. prote. mese. hype. latine dici possunt: prima media ultima: stœchados singulariter protulit Lucanus illo uersu: uenerat in fluctus rhodani cum gurgite classis stœchados arua tenens. Schœcadei

Gessoriacum: scribit Plinius in. iiii. gessoriacum littus esse gentis morinorum: qui a Virgilio extremi hominū dicuntur: unde traiectus breuis est in britanniam, hodie uulgo cales nuncupatur. In deditionē recepta: auctor est Cor. tacitus. Claudium assumpto in partem rerum Vespasiano domuisse gentes britannicas regesq; cepisse Eusebius quoq; cronographus sic inquit: Claudius de britannia triumphauit & orchadas insulas Romano adiecit imperio. Commeare uenire. Præsidibus permisit: cum alioquin præsidi abnoctare non liceat extra prouinciam permisit presidibus Claudius: ut Romam uenire possent causa spectandi triumphum: nam ut inquit eleganter Marcianus iurisconsultus: illud obseruandum est: ne q prouinciam regit eius fines excedat nisi uoti soluēdi causa. Naualem coronam: corona naualis est: qua donari solet maritimo prœlio: qui primus in hostium nauem ui armatus transiliuit; ea quasi nauium rostris insignita ex auro fieri solebat; auctor Gellius in. v. Plinius in. xvi. rostratas appellat; quas in duobus maxime celebres fuisse prodidit. M. Varrone scilicet & Marco agrippa: hinc illud Maronianum: tempora naua li fulgent rostrata corona. Fastigio: parte sublimiori eminentiorique. Gessoriacum. Morini Corona naualis. Rostrata corona.

Palatinæ domus: Imperatoriæ Cæsarumque. Plinius ait palatinas domos Cæsarum fuisse repletas signis probatissimis. Iuxta ciuicam: scilicet coronam; quam imprimis imperatores accipiebant; eamq; figebant in uestibulo: sicuti latius explicatum est in Tiberio.

M. AN. Transfugas: adminio cinobellini regis filium: qui cum multis ad Caligulam transfugerat. Vehementi circio: est is uentus narbonensi galliæ clarissimus: nec ullo ut Plini. ait uiolentia inferior ostiam plerumq; recto ligustico mari perferens. Stœchadas insulas: sunt hæ ante rhodani ostia tres numero pro te: me se & hipe: ab ipso ordine quo iacent dictæ; Plinius est auctor. A massilia: Strabo isthmum esse ait: quia Narbonēsi

mar l oceanum submoueat tribus milibus stad. arctiorem. Gessoriacum; Plinius gessiacum Pagum appellat Morinis propinquum quos Maro ad oceanum posuit extremique hoim Morini. Hostilia spolia: quae in aperto suspenderat. Naualem coronam: cuius formam in Augusto expressimus. Iuxta ciuicam: cuius ppetuo habēde usus iam antea fuerat imperatoribus concessus: Plinius dedit hanc Augustus coronā Agrippae: sed ciuicam a genere humano accepit ipse: & rursus ciuicae coronae militū uirtutis insigne clarissimū iampridē uero & clementiae imperatorum postquam ciuilium bellorū profanatione meritum coepit uideri ciuem non occidere.

Currum eius Messalina uxor carpento secuta est: secuti & triumphalia ornamenta eodem bello adepti: sed caeteri pedibus & in pretexta. Crassus frugi equo phalerato & in ueste palmata: quod eum honorem iterauerat.

De cura urbis & annone. cap. 18.

VRbis annonaeque curam sollicitissime semp egit. Q uū Aemiliana pertinacius arderent in delibarorio duabus noctibus mā sit: ac deficiente milituū ac familiarum

PHI. Currum: triumphalem.
Carpento: tanq̄ carruca matronali: carpenta ab euandri matre carmente dicta fuisse alibi docuimus: usus carpentorū peculiariter fuit foeminis in urbe cōcessus. In pretexta. pretexta t. l. secuti sunt: autor ē Eutropius Claudiū deuicta britānia p Cn. sentium & aulū plautium illustres & nobiles uiros triumphū celebrem egisse: q circa quosdam amicos tam ciuilis extitit: ut etiam plautium nobilem uirum qui in expeditione britānica multa egregie fecerat: triūphantē ipse psequeret: & conscendenti Capitoliū leuus incederet.
Piso frugi — Crassus frugi: primus apd Roma. Luci. piso cognominatus est frugi. Cice. in tuscula. qstioni. reliquas
Frugalitas. — etiam uirtutes frugalitas cōtinet: quae nisi tanta esset: & si his angustiis qbus plerique putāt teneret: nunq̄ esset Lucii pisonis cognomen tantopere laudatū graeci Χρησυμους hoīes appellant: quos latini dixerunt frugi noie indeclinabili: hic a Martiale dictū: tā frugi Iuno uellet hēre Iouā. Donatus frugi utile interp̄tat tanq̄ frugibꝫ nihil sit utilius: boni serui peculiariter frugi nūcupabant q̄si utiles & necessarii. Plau. atque ita seruū par ut frugi sese istituere: in crassorum quoque familia fuisse cognomentū frugi indicat hic Tranqllus & Spartia. cū ait. Crassum frugi occisum fuisse a procuratore Hadriani iniussu ipsius quasi res nouas molientem. Phalerato: phaleris ornato. In ueste
Frugi
Palmata uestis — palmata: uestem hanc triumphantium fuisse docet Auso. in panegyrico sic scribens: palmata uestis ut in pace cōsulis est: sic in uictoria triūphantis: eiusdem. meminit Liuius libro. x. cum de ornamentis triumphalibus loquens ait: quos uos sellis curulibus toga praetexta tunica palmata: & toga picta & corona triumphali: laureaque honorauerītis: palmata ut refert. Seruius utebantur illi qui palmam merebantur: unde palmata dicta: hinc illud Luculenter dictum a Sidonio in panegyrico: post palmam palmata uenit: non praetereundum est quod tradit Iulius capitolinus: qui de gordiano scribens ait: palmatam tunicam & togam pictam primus Romanorum priuatus suā propriam habuit: cum ante imperatores etiam de capitolio acciperent uel palatio. Aemiliana pertinacius arderent Mar. Varro libro tertio de re rustica mentionem facit Aemilianorum aedificiorum cum sic inquit: qd enim
Aemiliana.
Aemilia gens unde. — extra urbem aedificium nihilo magis est uilla q̄ eorum aedificia qui habitant extra portam flumentanam: aut in Aemilianis: Aemilianorum quoque meminit Corne. tacitus his uerbis: plus infamiae id incendium habuit: qa praediis tigillini aemilianis prorupuerat: uidentur autem aemiliana dici a familia aemiliorum: quae Romae fuit honestissima uetustissimaque a sermonis lepiditate dicta: quam graeci Aemiliam appellant: aemilianus uocitatur Africanus minor quasi aemilii filius: qui per adoptionem insertus fuit familiae Scipionum: qui sentit aemiliana ab aemilia uia nuncupari male sentit: cum ab placentia Ariminum usque perducta sit aemilia uia ab aemilio consule: qui legit aequimeliana perperam legit a scriptoque recedit. In diribitorio: hunc nodum qui enodauerit non sat scio sicut alia multa dissimulanter praeterita sunt ego existimo legendum esse in delibatorio sicut emaculatus codex habet: erat autem delibatorium locus delibationibus accommodatus: cuius conditor fuit Mar. Agrippa: cuius apud Plinium nostrum mentio fit libro. xvi. na. historiae uerba: Plinii adscripsimus quae sunt haec fuit & memoria nostra in porticibus septorum a Mar. Agrippa relicta aeque miraculi causa: quae delibatorio superfuerat uiginti pedibus breuior sexquipedali crassitudine: qui doriuatorium corrigendum esse autumant accipiuntque pro castello inductibus aquarum deformato: hi commenticiam dictionem & nusquam repertam denuare moliuntur. igitur legas uelim meo quidem periculo delibatorium: ut sit sensus. Claudium ardentibus Aemilianis mansisse p duas noctes in delibatorio loco scilicet Aemilianis proximo ut sua praesentia & cura ad incendium restinguendū homines incitarentur: quantum ex uarronianis uerbis & Plinianis coniectare possumus Aemiliana & delibatorium erant in campo martio prope septa & uillam publicam: ita ut ardentibus Aemilianis merito Claudius mansserit in delibatorio: illinc que incitauerit restinctores incendii: quod si legas in diribitorio: sicut plerique omnes lectitare consueuerunt expones pro ministratorio hoc est pro loco: in quo ministri diuersantur: quos diribitores appellant: qua dictione usus est Apuleius in secūdo de asino aureo cum ait: diribitores plusculi splendide amicti: fercula copiosa scitule subministrata: Amianus quoque Marcellinus sic scribit libro historiarum duodetrigesimo: dū haec in castris constantii quasi per lustra aguntur & scenam & diribitores uenum datae subito potestatis praecium per potiores diffundit. Plinius in epistolis paedagiū appellat: id quod diribitoriū dici uidet: απο των παιδων idest a pueris & ministris: prior sententia magis placet ut legas in delibatorio.
Scipio
aemilia uia.
Delibatorium
Diribitorium
Diribitores
Paedagiū.

M. AN. Messalina: ex qua octauiam & filium quem germanicum primo mox britannicum appellauit. Iu. ostenditque uterum generose britannicae uentrem. Crassus fru. frugi cognomen est sic in galba Piso: inquit frugi licinianum cuius gentis crassum fuisse suspicari libertinam Crassi in licinia familia fuere credo fuit pisonis pater & quem postea Nero ut Cor. ait occidit. In ue. pal. triumphale toga qua triumphantes utebantur eratque ea picta

& togæ Iouis similis ab eo palmata siue palmaris dicta: quod ea utebantur: qui palmam .i. uictoriam meruissent.
Aemiliana. æquimeliana potius ædificia .s. æquimelio circumiecta fuit equimelium in parte urbis ad busta gallica quo .s. gallorum qui in urbe perierunt ossa sunt in unum collata eius loci Liuius & Varro meminerunt: æquimeliana igitur aut certe ædificia deflagrasse accipias qua urbs in æmiliam mittit quod non probo.

PHI. Auxilio: ad ignem restinguendū. Fiscis: marsupiis atq; crumenis: sunt enim fisci auctore Pediano nummorum receptacula: sicut & fiscinæ & fiscellæ: de hoc alibi: copiose dictum satis est: Cicero reperiebam fiscos complures cū pecunia siciliensi a quodam senatore ad equitem Romanum esse translatos. Fisci.

turba auxilio plebē per magistratus ex omnibus uicis cōuocauit: ac positis ante se cū pecunia fiscis ad subueniendū hortatus est repræsentaturus pro opera dignam cuiusq; mercedem. Arctiore autem annona ob assiduas sterilitates detentus quondā medio foro a turba conuiciisq; ac simul fragminibus panis ita instratus: ut ægre nec nisi postico euadere in palatium ualuerit: nihil non ex eo cogitauit ad inuehendos etiā in tempore hiberno cōmomeatus. Nam & negociatoribus certa lucra proposuit suscepto in se damno: si cui quid per tempestates accidisset: & naues mercaturæ causa fabricantibus magna commoda.

De uacationibus per eum concessis. cap. 19.

Constituit ꝑ conditione cuiusq; ciuis uacationem

Repræsentaturus: in præsentia & sine cunctatione exhibiturus. Arctiore: egestate rei frumētariæ: quo tempore constat .xv. tantū dierum alimenta urbi superfuisse.

Detentus medio foro. Cor. Tacitus nec occulti tantum questus: sed iura reddentem Claudiū circumuasere clamoribus turbidis: pulsumq; in extremam fori partem ui urgebant: donec militum globus infensos prorupit.

Instratus: coopertus impetitus & ut legitur ab Orosio infestatus. Aegre: difficulter. Postico: quod Trāquillus posticum uocat: id elegāti uocabulo pseudothyrum quasi falsū hostium Paulus Orosius appellat: cuius uerba hæc sunt ex lib. vii. quibus historia hæc explicatur: uerūtamen sequenti anno tāta fames Romæ fuit: ut medio foro imperator correptus a populo conuitiis & fragminibus panis turpissime infestatus ægre per pseudothyrum in palatium refugiens furorem excitatæ plebis euaserit: quin etiam parens Romani eloquii. Mar. Tullius pseudothyrum latinitate donauit sic scribens in uerrinis: ea quemadmodum ad istum postea per pseudothyrum reuertantur tabulis uobis & testibus iudices planum faciam. Amianus quoq; Marcellinus eadem dictione usus est his uerbis socrus commisceri sibi generum flagrans eius amore non impetraret ut ferebatur per palatii pseudothyrum introducta: posticum autem hostium esse in parte ædium posteriore testis est uel ille uersus oratianus atria seruantē postico falle clientem. Plau. in trinūmo usus est postici diminutiuo: sic enim ait: posticulum hoc recepit cum ædes uendidit. Interdum adiectiuum est ut apud Ausoni. sic scribentem: postico uulnere fossor: dicitur & postica fœ. genere. Marcellinus per posticam ingressus refertam inuenit confluente ex finitimis uirili & muliebre sexu. In alia significatione postica significat partem templi cœlestis uergentem ad septemtrionem: ut docet. M. Varro. Commeatus: cibaria & rem frumētariam. Negociatoribus scilicet frumentariis. In se damno: ut iactura redundaret in ipsum principem si negociatores frumentarii ui tēpestatis frumenta amisissent: simile est illud quod tradit Liui. lib. xxiii. ab origine urbis: quod scilicet olim societas publicanorum conduxit præbenda ea omnia: quæ ad exercitum hispaniensem opus essent hac conditione: ut quæ nauibus imposuissent ad hostium pericula tempestatesq; in publico essent. Magna commoda repete illud uerbum proposuit: melius enim cum superioribus connectitur: q̄ cum inferioribus. Mercaturæ: potissimum frumētariæ: Mercatura si tenuis est sordida putanda est. ut sentit M. Tullius in primo de officiis. Sin magna & copiosa multa undiq; apportans non est admodū uituperāda. præstat Mercaturis rem quærere: ut inquit optime. M. Catoni tam periculosum sit. Vacationem legis papiæ: papiam legem Iuliæ legi de adulteriis e regione oppositam fuisse indicat Ausonius illo uersu: Papia lex placuit Iulia displicuit: hæc autem lex tempus præscribebat: quo nuptialia celebrari deberent. Hinc illud est Senecæ in libris naturalis philosophiæ: quid ergo est ꝙ apud poetas salacissimus Iuppiter desierit liberas tollere utrum sexagenarius factus est: & illi lex papia fibulam imposuit: in codicibus Lactantii hæc Senecæ uerba repetentis mendum est: namq; passim legitur fabulam uel tabulam imposuit: cum legendum sit fibulam imposuit: fibula enim utimur ad coercenda genitalia: de qua alibi diximus. Seuerus imperator leges papias exclusit: quas Tertullianus in apologetico uanissimas appellat: cum ante cogant liberos suscipi q̄ Iuliæ matrimonium contrahi: a Papo cōditore dicta lex papia: quæ cum multa haberet capita: In his unū erat: quo continebantur iura patronorum sicut meminerunt iurisconsulti: unde & libro. iii. institutionum sic scriptum legimus postea uero lege papia adaucta sunt iura patronorum qui locupletiores libertos habebant cautum est enim ut ex bonis eius qui sestertiorum centum milium patrimonium reliq̄rat: uirilis pars patrono deberetur: scri. Gel. se inuenisse papiam legem qua cauetur de capienda uirgine uestali. In codice imperatorio copiosa mentiō fit de lege papia: circa obseruationem caducorum: quam in multis capitibus emendatam fuisse a ueteribus testatur Iustinianus cum nimis rigida foret: ex quo & ipse papiæ legi derogat ueluti austeriori.

Pseudothyrum. Posticum. Posticulū. Postica. Mercatura. Lex papia. Emaculatus locus. Lactantii. Fibula.

MAN. Diribitorio: multum diuq; elaboraui quid diribitoriū esset intelligere: nec ex uaria lectione ad hāc diem contigit id discere tradet fortasse id alius uerum ne omnino intactum locū præterramus libet ut in plerisq; aliis suspicari quando neq; nostri neq; græci auctores: quos uidimus id tradant librariorum incuria deprauatam esse dictionem: ut uno alteroq; elemento ob soni uicinitatem inuerso pro diriuatorio diribitorium scripserint: laxi næ enim Tranquillus diriuatorium appellare potuit: ædificium in aquæ ductibus quod castellum alii uocant:

unde aquae in diuersas urbis partes corriuabantur: ut Vlpianus & iabolenus iure consulti aperte demonstrant: quibus Pli. & Frontinus astipulantur ut sit sensus spectauit Claudius incendium ex diriuatorio idest castellorum uno quippe quam erant ad. cxxx. numero ac complura cultu magnifica & operibus altisque locis sita ut Frontinus ait adeo ut in palatio quoque fuisse colligere possis: unde suo arbitrio uno pluribusue locis laboranti per biduum urbi aquas subministrari iuberet: sunt scio qui pro domus parte accipiant: sed qualis ea fuerit: unde dicta non expediunt: Apuleius diriuitores inquit plusculi splendide amicti fercula copiosa scitulae subministrata: quibus uerbis apparet locum diriuitorium esse potuisse ubi conuiuia pararentur: sed id nomen ut dixi non memini apud quempiam me adhuc legisse. Arctiore: angustiore cariore. Conuitiis: probrosis uerbis. Fragminibus: frustis. Instratus: coopertus. Postico: hostio posteriore parte aedium: posticum ueteres dixere posticam & posticulam: Apuleius per quandam breuem posticulam. Inuehendos: deportandos.

legis papiae Pompeiae: Latinis ius quiritium. Foeminis ius quattuor liberorum: quae constituta hodie seruantur.

De operibus publicis per eum factis.

Opera magna potiusque necessaria quam multa perfecit:

Magna commoda: haec cum iis quae sunt in fronte alterius capitis ordinantur aliter non procederet. Vacationem legis: papia: lex papia qualis esset Lactantii uerba declarant quid e inquit q apud poetas salacissimus Iuppiter desierit liberos tollere utrum sexagenarius est factus & illi lex papia fibulam imposuit Ausonius iurisconsulto cui uiuit adultera coniunx papia lex placuit: Iulia displicuit.

Lex pompeia. PHI. Pompeiae: pompeia lex multa habebat capita & illud potissimum quo parricidarum poena continetur: legimus apud Cice. lege pompeia horas tertias ad dicendum datas esse. In hoc autem loco Tranquillus non hanc pompeiam legem significare uidetur: sed aliam quae pompeia latina nuncupabatur: propterea q de latinitate ut opinor danda nisi certis personis loquebatur: & haec fortassis dicta e a Pompeio Strabone Pompeii magni patre: qui colonias transpadanas traducens non nouis colonis eas constituit: sed ueteribus incolis manentibus ius dedit latii ut possent habere ius quod caeterae latinae coloniae idest ut petendi magistratus ciuitate Romana adipiscerentur auctor pedianus Asco. de latinis autem colonis diximus affatim in primo commentario: sensus uero Tranquilli hic est. Claudius pro conditione ciuium uacationem legis Papiae dabat: hoc est ut etiam ultra. lx. annos uxorem ducere possent quem terminum praescripserat lex papia: dabat etiam uacationem pompeiae latinae hoc est ut latinitatem impetrare possent & ius latii obtinere contra quam legis pompeiae praescripto capite continebatur: quidam seiunctim legunt pompeiae & latinae tamquam duae leges significentur: sed magis conuenit ut iunctim legamus: dicaturque lex pompeia latina quae de iure latii & latinitate tractabat: ergo ut enarratoris non incuriosi officio fungar existimo legendum esse non latinae: sed latinis & ita distinguendum: latinis ius quiritium ut sit sensus Claudium uacationem dedisse legis papiae & Pompeiae: eundemque constituisse latinis populis ius quiritium: hoc est ut latini iure ciuitatis Romanae perinde ac quirites fruerentur: & legis pompeiae caput illud significabitur: quod de sexagenariis ne uxorem ducere possent: conscriptum fuerat: & ut interponam facit Tranquillus: qui Paulopost scribit Claudium abrogasse huic capiti legis papiae & Pompeiae: quid si legas iunctim legis papiae pompeiae: tamquam una tantummodo sit lex a Papo pompeio perlata: opus est acri iudicio ad haec curiose pensitanda.

Ius quiritium foeminis: sensus est: uoluit ut foeminae pro dignitatis conditione ius quiritium haberent hoc est iure Romanae ciuitatis fruerentur. Namque prisco instituto nuptiae non iure contractae existimabantur: quae non aut inter ciuem Romanum ciuemque Romanam iungebantur: aut cui princeps populusue ciuitatem uel connubium permisisset: unde filii ita suscepti in patrum non erant potestate: sed matres potius sequebantur: quoniam nuptias fecissent cum eo cum quo connubii ius nullum erat haec Boetius in secundo commentario topicorum: unde elicimus hunc Tranquilli sensum q Claudius foeminis ius quiritium hoc est ciuitatem Romanam permisisset iusque connubii: ut filii ex tali matrimonio nati essent legitimi Romani ciues.

Ius quattuor liberorum Ius quattuor liberorum: ius trium quattuor quinque liberorum pro numero nobilius est: & ad maiores pertinens immunitates: ut inquit iurisconsultus excusationem praestat a muneribus ciuilibus: ubi annotandum quod adoptiui filii numerum non perficiunt eorum liberorum qui excusare parentes solent: caeterum cum distinctio sensum faciat apertiorem: ita existimo esse distinguendum legendumque: latinis ius quiritium: mox subnectendum: foeminis ius quattuor liberorum: ut sit sensus Claudium pro conditione personarum tribuisse foeminis ius quattuor liberorum: hoc est ut ea praerogatiua & immunitate fruerentur: qua decorantur matres quatuor liberorum: quod autem foret id iussi uideor ferme obseruasse apud iurisconsultos maximeque in libro tertio institutionum: ubi senatusconsulto Tertulliano cautum: ut mater ingenua trium liberorum ius habens: libertina quattuor: ad bona filiorum filiarumue admittatur intestatorum mortuorum: licet in potestate parentis sit quamuis autem senatusconsultum illud Tertullianum post Claudium Hadriani temporibus factum fuerit: tamen ex eo colligimus pene consimile ius quattuor liberorum pro beneficio foeminarum a Claudio institutum fuisse: namque eodem libro institutionum eodemque titulo proditum est ex lege duodecim tabularum: successitudines foeminas expelli amouerique a capienda haereditate: sed hae iuris stricti nimis angustiae posterioribus temporibus emendatae sunt: & primus quidem diuus Claudius de quo nunc scribitur matri ad solatium liberorum amissorum legitimam eorum detulit haereditatem: haec lectio: haec distinctio: haec interpretatio magis placere magisque quadrare uidetur quam illa superior: sed hoc totum diiudicandum pensitandumque lecturis relinquo: quorum maior pars atque candidior pedibus transibit opinor in hanc nostram sententiam: utpote elegantiorem atque distinctiorem.

M.AN. Pompeiæ latinæ idest de iure latii ad alterius legis pompeiæ differentiam quam de quæstorum creatione magnus Pompeius tulit:Pompeius Strabo transpadanis ius latii dedit ius uidelicet petendi in urbe magistratum ut Asco. interpretatur:sed quid aliis senserint suo loco significauimus. Ius quiri. pompeia scilicet lege concessum. Ius quatuor natorum. Mar. rumpitur inuidia tribuit quod Cæsar uterq; ius mihi natorum plura quidem commoda id ius habentibus erant constituta.

PHI. Aquæ ductum a Caio inchoatum. Pli. in. xxxvi. natu. histo. in hanc sententiam ait hæc uicit antecedens aquarum ductus nouissimū impendium operis inchoati a. C. Cæsare & peracti a Claudio. Emissarum fuci. la. fucinus lacus marsorum est in quarta italiæ regione. iuxta quem albēses sunt: auctor Pli. in. iii. de eodem sic ait Strabo libro. v. geogra. prope marsorum albam fucinus est lacus longitudine par pelago: is marsis & uicinis maxime usui fuit memoriæ proditū

Fucinus lacus.

Martia aq.

sed uel præcipua aquæ ductum a Caio inchoatū. Itē emissarium fucini lacus portumq; hostiensem: quāq; sciret ex his alterum ab Augusto præcantibus assidue marsis negatum: alterum a diuo Iulio sæpius destinatum: ac propter difficultatē omissum. Claudiæ aquæ gelidos & uberes fontes quorum: alteri cæruleo: alteri Curtio & Albudino nomen est:

est illum nonnunq̄ usq; ad montana crescere:interdum autem decrescere ut mersa prius lacu loca desiccentur:& agricolationem rusticis exhibeant:de fucino lacu fontes aquæ martiæ manare traduntur:q̄ clarissima aquarum omniū inter reliqua deum munera urbi Romæ tributa est fucini lacus meminit Maro illo uersu:Te nemus angiciæ:uitrea te fucinus unda:te liquidi fleuere lacus. Claudius Cæsar emissurus fucinum lacū:perrupit montem. ediditq; spectaculum:quo perfecto apertum fuit aquarum iter quin etiam conuiuium effluuio lacus appositū magna formidine cunctos affecit:quando uis aquarum prorūpēs proxima trahebat:auctor Cor. tacitus in. xii. emissariū autē appellat emissionem ipsam & effluuium:quo iter aquarum ex fucino lacu emittendæ patefactum est monte perrupto. Portum hosti. sic nuncupatum ab hostia ciuitate in tiberis ripa ab anco martio condita:de qua persæpe dictum est. Ego proximis mensibus curiose contemplatus sum non tam portum hostiensem a Claudio perfectū: q̄ uestigia portus nescio quid magnum adhuc preferentia:cōtemplatus est & uenerabilis frater tuus Antoni. Galeatius Protonotarius apostolicus:in quo non tam indoles q̄ plena uirtus enitescit: qui ad pontificem maximum salutandum destinatus orator a senatu Bononiensi:id probitatis id prudentiæ:id moderationis specimen prebuit:ut non tyrunculus sed ueteranus uideretur:nec parum laudaretur a superciliosis antistitibus:qui quotienscunq; uacuus erat a publicis negociis desideranter inquirebat locos uetustos causasq; locorum percūctabatur; aderat & noster Roscius sine quo nil altum mens inchoat. Ex his .s. emissario fucini & portu &ostiēsi. Alterū emissariū fucini lacus. Præcantibus marsis:quoniam in regione ipsorum erat lacus fucinus. Alterum:portum hostiensem:& q̄uis in Iulio Cæsare nihil super hoc dixerit Tranquillus:non tamen propterea negandum est Iulium Cæsarem constituisse portum hostiensem exædificare:multa enim κατατο σιωπώμενον:hoc est per silentiū omittuntur:q̄ suis mox locis referuntur:in quo Iulio Cæsare dixit Tranquillus:quemadmodum ille destinauerat emittere fucinum lacum:nunc ait quemadmodum Augustus emissionem talem concedere noluit precātibus marsis: nec ista discordant:cum alter destinauerit emittere:alter negauerit emissionem; similiter in Iulio Cæsare nihil dixit:q; destinasset extruere portum hostiensem:nunc uero cum dicat:ob hoc non existimandus est historicus obliuiosus:cum scriptoris officium sit multo pro loco pro tempore uel reticere uel dicere. Claudiæ aquæ:Frōtinus libr. i. de aquæ ductibus sic inquit Caligula duos ductus inchoauit:quos Claudius consumauit:alteri quod ex fōtibus cerulo & curtio perducebatur Claudiæ datum nomen alter Anio nouus appellari cœperat. Vberes fontes. Fronti. Claudia aqua concipitur uia sublacensi diuerticulo sinistrorsus ex fontibus amplissimis cerulo: qui a similitudine appellatus est:& Curtio:de hisdem sic scri. Pli. in. xxxvi. uicit antecedentes aquarum ductus nouissimum impendium operis inchoati a. C. Cæsare & peracti a Claudio:influxere Curtius atq; ceruleus fontes. Albudino nomen est:Frontinus de hoc:accipit & eum fontem qui uocatur albudinus tantæ bonitatis ut Martiæ adiutorio sit. demiror uiros alioquin eruditos tradidisse nullam albudini fontis mentionem fieri apud alios scriptores:unde Anxie nimis laborauerunt nomen hoc ab albunea dea tiburtina deducere:cum si licet coniectura uti:possit ab albulis aquis uel potius ab albore albudini nomen deriuari.

Emissariū.

Portus hostiensis.

Laus protonotarii bentiuoli.

Claudia aqua.

Albudinus

M.AN. Aquæ ductum:ædificium ad aquas in urbem perducendam. Inchoatum:quā caligula inchoarat. Regione tiburti qua tibur ad montes sedet emissarium ostium per quod emitteret. Fucinila. is in marsis est ut Plini. & Stra. scri. ubi pugnam naualem claudius spectandam dedit Mar. fulcinus & pigri taceātur stagna Neronis. Alterum fucini emissarium. Sæpius:destinatum hostiensem portum intelligas necesse est; sed in Cæsare dictatore dixerat eum emittere destinasse quo apparet non recte bis alterum legi:rectius igitur secundo loco:Cæterum pro alterum dixeris ut sit sensus emissionem lacus ab Augusto marsis sæpius denegatam destinatam uero a iulio Cæsare sed operis difficultatem omissam. Alterum a di. iu. non est cur hostiensis portus opus Ad Cæsa. referas q; is nunq̄ si Tranquillo credimus sed fucini emissionem destinauit & idcirco Cæterum tutior uteriorq; erit lectio. Alter ceruleo alteri cursio:Pli. uicit antecedentes aquarum ductus nouissimum impendiū operis inchoati a. C. Cæsare & peracti a Claudio quippe a lapide. lx. ad eam celsitatem ut in omnes urbis montes leuarētur influxere curtius atq; ceruleus fontes erogata in id opus sestertia quingēta. lv. milia. + Albudino:sextus ruffus unde. xx. aquæ ductus enumerat meminitq; ceruleæ aquæ cuius modo Pli. sed albudinum neuter celebrat ne Fronti. quidem ruffo antiquioris octo tantum aquæ ductus memorat:posset tamen uideri ex aniensis corrutatione nomē factum:quod albunea cuius Var. & Lactan. meminerunt in ripa ipsius fluminis sit tiburi culta eiusq;

simulq; riuum anienis nouo lapideo opere in urbem perduxit: diuisitq; in plurimos & ornatissimos lacus. Fucinum aggressus est non minus compendii spe q̃ gloriæ: Quum quidam priuato sumptu emissuros se repromitterent: si sibi siccati agri concederentur. Per tria autem passuum milia partim effosso monte: partim exciso canalem absoluit ægre: & post undecim annos: quãuis cõtinuis triginta hoiũ milibus sine intermissiõe operãtibus. portum hostiæ extruxit: circũ ducto dextra sinistraq; brachio. & ad introitũ ꝓfũdo iã solo mole obiecta: quãquo stabilius fũdaret: nauem ante demersit: qua magnus obeliscus ex ægypto fuerat aduectus

simulachrum postea in flumine repertum fuit albunea sybillarũ una: nec me latet quid Pliñ. de ea scripserit: Maro ad hæc lucosq; sublata consulit albunea ubi Seruius fons est ait & silua eius nominis: quo apparet ab anienis corriuatione uel ab albunea tiburti regione ducta nomen esse fonti inditum: legerimq; libentius abunium quam albudinum quasi albuneium sed coniectura hæc non ratio est.

Anio uetus Anio nouus. PHI. Riuum anienis. romæ inter aquæ ductus anio uetus & anio nouus annumerantur. hic de aniene nouo intelligendum: ut Tranquil. Frontinusq; concordent: dixit enim Frontinus duorum ductuum. quos Claudius consumauit alteri claudiæ nomen datum esse: alterum anienum nouũ appellari cepisse: quoniam duæ aniẽnis aquæ ĩ urbẽ fluere ceperãt. aniené añt M. curius in urbẽ perducẽdũ curauit. In plurimos lacus. Pli. scribens de aquæ ductu Claudiano mox hæc subiungit. quod si quis diligentius existimauerit aquarum abundantiã in publico balneis piscinis domibus euripis: hortis suburbanis uillis spacioq; aduenientis extructos arcus: montes perfossos: conualles æquatas: fatebitur nihil magis mirãdum fuisse in toto orbe terrarum. Compendii. lucri. inde compendiosum lucrosum dicitur: sicut econtrario dispendium significat detrimentum & dispendiosum detrimentosum. Collumella. cũ præsertim maius dispendium sequatur inertem & secum pastorem: q̃ prudentem diligentemq; compẽdium. Idem: quod si per partis non nunquam damnosum est in summa tamen sit compendiosum idem. dispendiosa est cunctatio.

dispẽdiosũ cõpẽdiosũ

Siccati agri. tanq̃ post emissam aquam futuri fœcundiores: & enim loca ab aquis liberata fiunt fœcundiora uelut uligine saginata. Effosso. per cunicularios factis cuniculis. Exciso. ubi fossores fossam cuniculisq; continuare non poterant ob aspredinem: excidebant silicea saxã omnia tamen intus fiebant in tenebris. Triginta hominum millibus: Plinius eiusdem inquit Claudii inter maxima ac memoranda duxerim: quis destitutũ successoris odio montem perfossum ad lacum fucinum emittendum: inenarrabili profecto impendio & operariorum multitudine per tot annos: cum aut corriuatio aquarum: qua terrenus mons erat egereretur in uertice machinis: aut silex cederetur: omnia que intus in tenebris fierent: quæ neq; concipi animo: nisi ab his qui uidere neq; humano sermone enarrari possunt. Mole obiecta. extructione maxima sub aquis ex ædificata. tales enĩ moles appellantur.

Tres moles turriũ. Plinius huiusce rei mentionem faciens in. xvi. tres moles turrium a Claudio dicit fuisse extructas. Stabilius fundaret: Scribit Plinius ex puteolano puluere ex ædificatas fuisse a claudio turres hostiensis portus. est au-

Puteolãus puluis. tem puteolanus puluis appellatus: quoniam in puteolanis collibus nascitur: qui opponitur maris fluctibus mersusq; protinus lapidescit unus inexpugnabilis undis: utiq; si cumano cemento misceatur: de hoc puluere intelligit Victruuius sic scribens. est genus pulueris admirandum: nascitur in regionibus baianis: quod commixtum cũ calce & cemento non modo cæteris ædificiis præstat firmitates sed etiam moles constructæ in mari sub aqua solidescunt: de hoc puluere puteolano est illud a Sidonio proditum in panegyrico. namq; dicarcheæ translatus pulmis arenæ inerratis solidatur aquis. Nauem ante demersit. hac naue nihil mirabilius uisum in mari certum est:

de obeliscis ut inquit Plinius: longitudo spacium obtinuisit magna ex parte hostiensis portus latere læuo ibi: namq; demersa est a Claudio principe. Magnus obeliscus. obeliscus auctore Amiano Marcellino lapis est in figuram metæ cuiusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsam & in radium gracilisceus specie quadrata: in uerticem produ-

Hieroglyphicæ lr̃e. ctus angustum: manu leuigatus artificis: formarum innumeras notas continet: quæ hieroglíphicæ litteræ appellantur. Plinius in. xxxvi. de obeliscis scribens hæc tradit. trabes ex lapide simithe fecere reges quodam certamine obeliscos uocantes solis numini sacratos. radiorum eius argumentum in effigie est. & ita significatur nomine ægipto: primus omnium obeliscum ex misthres instituit sculpturæ uero effigiesq; quas uidemus ægyptiæ sunt litteræ. obeliscon græci dicunt uerũ. ex ægypto autem romam plures obelisci translati sunt: quorum unum importa-

Obelis asteriscisq; distĩcta scrptura uit Caius Caligula nauigio illo. quo nihil mirabilius in mari uisum autumat Plinius. de hoc nunc intelligit Tranquil. Iussuolumina. instrumenti ueteris fuerunt antiquitus obelis astericisque distincta. nam si quid in græco fuisset inuentum quod in hebraico codice non legeretur: id obelo notabatur ueluti uirgula confodiẽdum perinde ac subditicium. Contra si quid esset in hebreo quod græcus codex non haberet: id e latere ascribebatur apposito asterico ueluti stella illuminandum: super quo Hieronymus & ecclesiastici scriptores multa conscribunt.

M. AN. Nouo lapideo: opere ad recentem anienis corriuationem allusit fuit enim & anio uetus. Effosso monte: per quem emissus est. De ueteri fucini lacus inundatione stra. non nihil in transcursu. Gellianus prodidit alchipem marsorum oppidum a marsa lydorum rege conditum lacus inundatione absorptum. Ad introitũ portus. scilicet ostiensis. Profundo iam solo: posset non absurde & salo legi. Nauem ante demersit eam per plures annos asseruatam tradit Plini. nam obeliscus ingens fuerat in illa ex ægypto delatus tum uero puteolani pulueris turribus super eam extructis: a Clau. portus gratia mari demersam. Obeliscus. est obeliscus lapis in figuram metæ sensim ad proceritatem consurgens excelsam Pli. trabes ex eo lapide fecere reges quodam certamine obeliscos uocantes solis numini sacratos radiorum eius argumentum in effigie est.

PHI. Congestis pilis. saxeas pilas intelligit qualis a poeta describit: saxea pila cadit: magnis q̄ molibus ante cōstructam iaciunt ponto: autumat Festus Pom. pilam quæ parietem sustentat ab opponendo dictam. a pila fit aduerbiū pilatim quod significat per pilas: ex quo illud Victruuii. pilatim struūtur ædificia. Altissimā turrim. non turrim unā sed turres a Claudio ex ædificatas in portu hostiensi ex puluere puteolano Pli. prodidit. Alexādrini phari. legendū est alexādrinæ. est enī pharos gnis fœmini. de pharo aūt alexandrina explicatius diximus in commentariis Propertii enarrantes uersum illū & ptholomeæ littora capta phari. supra quoq; nō pauca retulimus super pharo. Congiaria dona imperatoria. Commenticia. noua commentatione excogitata. cōmenticium enim significat partim ficticiū partim nouum Scribit Var. comminisci dictum esse a con & mente: cū finguntur in mente q̄ non sunt. hinc cōmentum commentitiumq; deriuātur

Saxea pila. — Pilatim. — Cōmēticiū — Cōminisci

congestisq; pilis supposuit altissimam turrim in exēplum alexandrinæ phari: ut ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent. Congiaria populo sæpius distribuit.

De spectaculis per eum editis cap. 21.

SPectacula quoq; complura magnificaq; edidit: non usitata modo ac solitis locis: sed & commentitia: & ex antiquitate repetita: & ubi prætera nemo ante eum. Ludos dedicationis pompeiani theatri. Quod ambustum restituerat: e tribunali in orchestra commisit: quum prius apud superiores ædes supplicasset perq; mediam caueā sedētib' ac silētib' cūctis descēdisset: fecit & seculares: quasi anticipatos ab Augusto nec legitimo tēpori reseruatos: q̄uis ipse in historiis suis prodat intermissos eos Augustum multo post diligentissime annorum ratione subducta in ordinē redegisse. Quare uox preconis irrisa est inuitātis more solēni ad ludos quos nec spectasset quisquā: nec spectaturus esset: quū superessent adhuc q spectauerāt: & qdā histrionū producti olī tunc quoq; producerent. Circēses frequenter etiā

Ludos commisit. significanter locutus nam committi proprie ludi dicuntur. Virgi. Et tuba commissos medio canit aggere ludos. Quod ambustum. testis est Eusebius in chronicis Pompei theatrum incēsum fuisse imperante Tiberio. E tribunali in orchestra. tribunal poni uoluit Claudius in orchestra ex qua senatores spectabant: ut illinc committendorū ludorum signum daret ueluti agonitheta atq; præpositus. Superiores ædes. templa hic intellige: cum alias ædes pluraliter dicātur pro domicilio: templa autem illa intelligit: quæ erant in illa parte urbis collocata. quæ est super theatrum. Caueam. theatralem caueam signat de qua alibi dictum est.

Aedes.

Silentibus cunctis. contra morem romani populi: qui plausu excipiebat bonos principes ad theatrum ingressos sicuti malos exhibilabat. Nec legitimo tempore reseruatos legitimū secularium tempus est: ut inquit Censorinus: spacium centū annorū: siue ut alii centum & decem. quod sentit Oratius sic scribens in carmine seculari. Certus undenos decies per annos urbis ut cantus referatq; ludos. Prodat. tradat. Claudium autē fuisse eruditū scriptoremq; historiarum paulo posterius dicetur. Ratiōe subducta. supputato numero annorum per ratiocinationem. Cicero in epistolis ad Lentulū: hic ego quantum humano consilio efficere potui circunspectis rebus meis omnibus rationibusq; subductis summam feci cogitationū mearum omniū. Plautus in curgulione beatus uideor subduxi ratiunculam. Quos nec spectasset quisq̄: uerba erant precōnis ad ludos seculares inuitātis spectatores: quæ quidē erāt uera: quādo inter seculares binos fuisset legitimū interuallū centum decē annorū: quos raro uel pene nunq̄ trāscendit caduca mortalitas: sed fuit tunc ridicula uox preconis: quoniā inter seculares Augusti & Claudii interfuere anni nō amplius tres & sexaginta. unde merito potuerūt multi spectasse & primos & secundos seculares. præterea qui spectauerūt hos claudianos potuerūt etiam spectatores esse seculariū: quos postea fecit Domitianus: cū inter utrosq; non fuerit magnū interuallum: & ob hoc dicit matrona apud epitaphiū Martia. Bis mea romano spectata est uita tarento: super quo abundanter cōscripsimus in annotationibus.

Tempus secularium. — Subduxi ratiunculam

M.AN. Cōgestisq; pilis: grādioribus saxis ad molē sustinēdā: Festus pila inqt quæ parietē sustētat ab opponendo dicta. Mar. Nulla catenati pcincta est pila lagenis Horatius. nulla taberna meos hēat neq; pila libellos. in spēm alexādrini phari: sic & ruffus Auienus Rōuleiq; phari fauces illæsa relinque. Iu. Tyrrhenāq; pharō dixit fœminino genere. Cōmenticia: nouiter inuenta Mediā caueā: mediū cōsessū. Pli. de Scauri Theatro cauea spa cœpit hoim. lxxx. p quo theatri loco sit cauea accipiēda uideo diuersū trahi: sūt q ptes altiores ubi sedēs ppl's spectat Caueā appellaā existimēt: alii arcā ipam in medio theatri qd Ver. Carmē sgāre uidet hic totū caueæ cōsessū ingētis & ora pria patrū &c. caueā porro dixit quā nō multo antea: circū appellauit: circus erat. quo se multis cū millibus heros cōsessu mediū tulit extructoq; resedit: seruius caueā simplr psessum ppli appellat. Sedētibus: nec illis assurgētibus. Silentibus: nullo plausu & fauore excipientibus quū soleret alioqn populus Cæsarē uenietē plausu & fauore excipere. Martialis quoq; sonant pleno uocesq; manusq; theatro Qui subito populus cæsaris ora uidet idq; pertinax silentiū in causa fuisse uidetur quod ille ex tribunali ludos non ex scæna cōmiserit aliquanto maiore populi cui iratus erat incommodo. Anticipatos: ante legitimum tempus repetitos secularium ludorū ratio satis superque alio est loco expressa. Ad ludos: quos claudius erat editurus. Nec spectasset: quisq̄ spectare potuisset si ueteri instituto centesimo quoq; anno eos celebrari contigisset.

PHI. Quidam histrionum producti. scribit Pli. inter ludos seculares quos fecit diuus Augustus: & quos postea Claudius Cæsar edidit: sexaginta tres annos nec amplius interfuisse. stephanionemq; togatarum fabularum histrionem utrisq; secularibus ludis saltasse: histrioniamq; fecisse.

in uaticano commisit: nonnunq̃ interiecta per quinos miss⁹ uenatione: circo uero maximo marmoreis carceribus auratisq; metis: q̃ utraq; & tophina ac lignea antea fuerant exculto propria senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis: ac super quadrigarũ certamina troiae lusũ exhibuit exhibuit & africanas cõficiẽte turma eqtũ p̃torianorũ ducib⁹ tribunis: ipsoq; prefecto. Praeterea thessalos eqtes:

In uaticano commisit. uaticanum collem appellatũ esse autumat Festus Pompeius: q eo potitus sit populus romanus uatum responso expulsis ethruscis. Gellius uaticanũ agrũ dictum esse censet a uaticiniis: quae ui atq; instinctu dei uaticani in eo agro fieri solita essent: est aũt uaticanus deus penes quẽ sunt uocis humanae initia: nominatus ab eo quod pueri simul atq; parti sunt: eam primam uocem edũt: quae prima in uaticano syllaba est. tamen

Vaticanus Vagitanus

Augustinus non uaticanum hunc deũ appellat sed uagitanum: tanq̃ infantium uagitibus praesidentẽ. Plinius in xxxvi. uaticanum eleganter appellat circum Caii & Neronis principum: propterea q in eo ludos curules peculiariter exercebant.

Missus ludorum.

Per quos missus Seruius tradit olim in ludis circensibus. xxv. missus solitos exhiberi: quorum ultimus appellabatur aerarius: eo qd de collatiõe populi exhibebatur: Tranquillus uero in Domitiano centũ missus in circensibus peragi solitos fuisse significat: ad quod uidet allusisse poeta illo uersu. Cẽtum quadriiugos agitabo a flumina currus. dicuntur autẽ missus equorũ circuitiões in ludis circensibus: dum a carceribus ad metas recurrunt. sensus est Claudium post quinq; equorum missus peractos interposuisse uenationem: ut ita magis spectatores oblectarentur: qui aliqua nouitate ut inquit Oratius morandi sunt ac retinendi. Carceribus. carceres dicuntur in circo unde mittuntur equi ex eo nominati: quod coercentur equi

Carceres.

ne inde exeant: anteq̃ magistratus signum miserit. auctor Varro. Carceres Neuius oppidũ appellat. Metis: circum metas currere solitos equos nullus ignorat. hinc illud oratianum. metaq; feruidis euitata rotis: & Varro circum dici existimat eo quod ibi equi in ludis circum metas currunt. hinc illud apud eundem prouerbialiter dictũ in primo de re rustica: an quid aliud & a quibus carceribus currat ad metas. quoniam autem auriga quandocũq; primus metam superauerat iam ad finem certaminis peruenisse uidebatur ex eo factum est ut metam pro fine terminoq; passim accipiamus. Maro. Hic labor extremus longarum haec meta uiarum: Et apud Silium tormentis

Meta.

finem metamq; laboribus orat. Figura autem metae pyramidis est a lato incipiens in acutum fastigiata. hinc Plinius figuram umbrae noctis ait similem esse metae. & Columella praecipit in secundo. ut foenum siccatum in metas extruatur quae in acutissimos uertices exacuuntur. Tophina & lignea. refert Liuius lib. viii. ab origine urbis quoto anno carceres in circo primum statuti fuerint. sed neq; ex topho neq; ex ligno factos indicat: quod hic docet Tranquillus: est autem tophus lapis ut inquit Seruius asper. unde a Vergilio scaber nuncupatur illo uersu: & tophus scaber & nigris exesa chelidris: a topho tophinus & thophaceus deducitur. Plinius est alba russa colũbina argilacea tophacea arenacea. idem. nam tophus scaber natura friabilis expetitur ab auctoribus. Exculta. corrige exculto: ut ita connectas circo maximo exculto hoc est exornato marmoreis carceribus. Promiscue spectare solitis. In ludis quidem theatralibus loca propria senatoribus erant assignata: cum in circo essent promiscua prodiderunt historici ante Scipionem ad quingentesimum octauum annũ ab origine urbis in promiscuũ fuisse spectatum senatus autem a populo secretus primum spectauit ludos romanos: quos Atilius Seranus Lucius Scribonius libo aediles curules primi fecerunt: ferunt africanum: quod eius rei auctor fuisset: poenituisse. Super quadrigarum. praeter quadrigarios ludos & curules exhibuit etiam ludicrum troiae. Africanas. lege quae scripsimus in libro annotationum enarrantes hunc locum: ubi docuimus africanarum appellatione intelligi pantheras: quarum genus in africa creberrimum: de quibus senatus consultum fuit uetus ne liceret africanas in Italiam aduehere: contrario tulit ad populum. Cn. Aufidius tribunus plebis permisitq; circensium gratia importare.

Tophus. Tophaceus.

In p̃miscuum spectatum.

Africanae pãtherae.

M. AN. Producti olim: qui Augusti temporibus scoenicam operam secularibus ludis exhibuerant. In uaticano: ubi nunc ultra tyberim pontificia domus sita est uaticanum ueteres dixere: quo apparet non a loco ut alibi diximus esse ludos dictos. Per quinos menses: insuetum certe & ingradum diuturnitate sua spectaculum: quare uerius quinos missus; q̃ menses legeris: ut sit ordo interiecta per quinos missus uenatione idest quinquies instaurata: aut quintuplici ferarum immissione editam sic alibi circensium die quo facilius centum missus peragerentur. Carceribus: unde aequi in cursum prorumpunt. Metis: circa quas aurigae bigas & quadrigas agitabant. Tophinae: ex thopho lapide: uulgaris is lapis & imprimis circa urbem. Iu. & ingenuum uiolarent marmora tophum: Papinius cocto puluere sordidoq; topho. Promiscue spectare solitis: quo pacto promiscue qui Augu. senatoria iniuria motus quem nemo puteolis frequenti spectaculo receperat: iussisset ubicumq; quod spectandum esset semper primus subselliorum ordo uacaret senatoribus: sed his ita occurrendum q̃q̃ primus ordo senatoribus uacaret contigui tamen & pene iminixti scilicet aequitibus illi erant qui secundum ordinem obtinebant: at claudii indulgentia ex podio senatores spectare coepisse crediderim: sicq; maiorem immodum ordines utrumq; ab altero fuisse discretos. Iu. & omnibus ad podium spectantibus. Africanas: pantheras siue pardos plinius de pantheris nunc inquit uarias nunc pardos qui mares sunt appellat in eo omni genere creberrimo in africa syriaq; quidam ab his pantheras solo candore discernunt nec adhuc aliam differentiam inueniri: senatus cõsultũ fuit ne liceret africanas in italiã aduehere: qbus uerbis colligitur pantheras: pardos uarias & Africanas dici.

Cõfecteres

PHI. Conficiente. trucidante. uerbum est bestiarum & gladiatorum. inde confectores dicti interfectores ferarum: scribit Lampridius Cõmodum imperatorem fuisse tantarum uirium ad feras conficiendas ut singulis ictibus multa millia ferarum ingentium conficeret. Praetorianorum utpote nobiliorum. Praefecto. scilicet praetorianarum cohortium: qui & praefectus praetorio nuncupatur.

Feros in omnibus animaliũ cuiuscũq; generis ullum est placidũ eiusdẽ inuenit & ferũ: utpote cũ hominũ etiã siluestriũ plura genera tradant: scribit Plinius efficatiora omnia in medicamẽtis esse ex feris aialibus problema est Aristotelis cur in animantiũ genere quæcunq; domestica eadẽ etiã fera reperimus. quæcunq; autẽ fera nõ utiq; eas dem domestica natura creauit. Ad terrã cornibus. Pli. tradit in. viii. thessalorũ gentis inuentum esse equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare; quod spectaculũ primus dedit romæ Cæsar dictator. Anniuersariũ. dicimus anniuersaria: quæ quot annis fiunt sicut anniuersarium sacrũ. Plurifariã. pluribus in locis.

Ferum. Placidum. Anniuersaria.

qui feros tauros per spacia circi agũt: insiliũtq; defessos & ad terram cornibus detrahunt: Gladiatoria munera plurifariã ac multiplicia exhibuit. Anniuersariũ in castris pretorianis sine uenatione apparatuq; iustũ atq; legitimũ in septis: ibidẽ extraordinarium & breue dierumq; paucorum: quodq; appellare cœpit sportulam: quia primum daturum se dixerat uelut ad subitam condictamq; cœnulam inuitare se populum. nec ullo spectaculi genere cõmunior aut remissior erat adeo ut oblatos uictoribus aureos prolata sinistra pariter cum uulgo uoce digitisq; numeraret: ac sæpe hortando rogandoq; ad hilaritatẽ homines prouocaret: dominos idẽtidem appellans: immixtis interdum frigidis & accersitis iocis qualis est: ut quum palũbum postulantibus: daturum se promisit: si captus esset. Illud quoq; plane quãtumuis salubriter & in tẽpore: quum essedario: pro quo quattuor filii deprecabantur: magno omniũ fauore indulsisset rudem: tabulam ilico misit admonẽs populũ quãtopere liberos suscipe deberet: quos uideret: & gladiatori presidio gratiæq; esse. Edidit & in martio cãpo expugnationem direptionẽq; oppidi ad imaginẽ bellicã & deditionem britãniæ regũ: præseditq;

In castris prætorianis. castra prætoria ad extrema urbis Romæ ædificia fuisse collocata signat Plinius. l. iii. Iustum atq; legitimũ. spectaculum gladiatorũ iustũ & legitimũ appellat quod ex formula rituq; ordinario dabatur una cum uenatione apparatuq; gladiatorio. In septis septa fuisse in cãpo martio alibi latius explicauimus. Ibidẽ. in septis. Sportulã. Claudius gladiatorũ munus tanq̃ cœnam daturum se denunciauerat: ideoq; nõ inuenuste sportulã appellabat: quæ inter sportulantes condici dariq; solet a principibus. Primũ daturũ. quidã codices habent premiũ. Condictã denunciatã. cõdicere enim uerbo prisco significat denunciare: & ad cœnas refertur. Cice. Nam cuz mihi Crassus condixisset cœnauit apud me. Cõmunior. magis cõmunis & omnibus obuius expositusq;. Remissior. solutior & animo magis relaxato. Victoribus. gladiatoribus. Cũ uulgo. qd uictoribus premiũ dari deposcit Iuuenalis: Accipe uictori populus quod postulat aurum. Voce. ut palam diceret numerũ aureorũ quos nũerabat. Digitis. suũ & manu sicut fieri solet. Dominos. πολιτικοτατοσ hoc est ciuilissimus erat Claudius tam comi ciuiliq; erga Romanos appellatione: ut cũ ipse dominus sit dominos appellet ipsos subiectos. scribit Seneca dominos salutari a nobis obuios solitos si nomina nõ succurrunt.

Cõdicere. Domini.

Idẽtidem. frequenter. Accersitis: de industria quæsitis euocatisq;. Palũbum postulantibus. iocus est in nomine. nam palũbus nomen est auis notissimæ: & eodẽ nomine gladiator famosus nuncupabatur: po. Ro. petebat exhiberi gladiatorem nomine palũbum. Clau. alludens ad nomen alitis dabo inquit si captus fuerit.

Palũbus. Tẽporius.

In tẽpore. tempestiuiter. tẽporius aduerbium est quod significat maturius & tẽpestiuius. colume. in. ix. scribẽs de gallinis ait ante crepusculum propter cibi spem tẽporius ad officinam redeant. Oui. modo surgis eoo tẽporius cœlo modo serius incidis undis. Essedario. gladiatorem significat qui ex essedo scienter depugnabat. neq; enim placet ut pro gladiatoris nomine proprio accipiatur. itidem in caligula dictum est essedario porio ob prosperam pugnam. Indulsisset rudem. gladiaturæ immunitatem: est enim rudis ut alibi copiose explicauimus: uirga qua gladiatores donati cessabant a gladiatura unde rudiarii. Tabulam misit. quidã codices habent fabulã: tanquã significet rumorem diuulgasse inter populares liberis operam dandam esse: cum filii patri gladiatori uacationem gladiaturæ impetrauissent. magis placet legas: tabulam misit & exponas a claudio missam esse tabellam in populum continentem de gladiatore filiisq; argumentum.

Rudis. Rudiarii.

M. AN. Ducibus tribunis: militaribus. Ipsoq; prefecto: pretorii. s. hoc est tribunis & prefecto pretorii ducẽtãtibus equitũ turmas. Thessalos æquites: Pli. Thessalorũ gẽtis inuentũ est equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare. Feros: indomitos mitaces & hæc sunt illa noua spectaculorũ gña. Anniuersariũ: oibus annis. Iustũ atq; legitimũ: munus. s. cũ uenatione & reliquo apparatu. Condictã q;: ut inter priuatos solet cõmuniter simulq; constitutã ac determinatã: condicere enim simul determinare est: unde & condictũ quasi in cõmuni dictũ. Cõmunior: ciuilior. Prolata sinistra: qua aureos dinumeraret. Dominos: ambitiosa nimis appellatione quos ciues aut quirites debuit: dominos uocabat. Palũbum: gladiatoris id nomẽ fuisse accipias. Indulsisset: rudẽ: referri uacatione cõcessisset p que rudẽ significat. Iu. accepta rude incipiet uelecto uideri. Horatius donatũ rude queris. Tabulã: argumento rei notatã figuratã nõ dixerim quæ continuo missa est.

PHI. Ad imaginem bellicam. idem a Vespasianis Imperatoribus in triũphi iudaici spectaculis factitatum est: namq; auctore Iosepho multis imitationibus bellum alternaliter diuisum certã sui faciem demonstrabat. erat enim cernere uastari totas interfici acies hostium: & alios fugere: alios captiuos duci. temporibus nostris edita sunt talia spectacula a principibus: ut ciuitas e ligno formata opugnaretur forinsecus: propugnaretur intrinsecus. Præsedit. tanquam preses prefectusq; ludorum.

paludatus. Quin & emissurus fucinum lacum naumachiam ante commisit. Sed quum proclamantibus naumachiariis: Aue imperator morituri te salutant: respondisset auete uos neq; post hanc uocem quasi uenia data quisq̃ dimicare uellet: diu cunctatus an omnes igni ferroq; absumeret: tandem e sede sua prosiluit: ac per ambitum lacus nō sine fœda uacillatione discurrens: partim minando: partim adhortando ad pugnā cōpulit. Hoc spectaculo classis sicula & rhodia cōcurrerūt: duodenarū triremiū singulæ: exciente buccinā tritone argenteo: qui e medio lacu per machinā emerserat.

De institutione correctione & ordinatione quorūdā morum & actuum. cap. 22



Quædā circa cerimonias ciuilē'q; & militarē morē: itē circa omniū ordinū statū domi forisq; aut correxit: aut exoleta reuocauit: aut etiā noua instituit. In cooptandis per collegia sacerdotibus neminem nisi iuratus

Paludatus. paludamento imperatorio ornatuq; militari indutus: tanquā legitimæ pugnæ interesset. Cor. tacitus. Claudius insigni paludamento neq; procul agripina chlamyde aurata presidere. Naumachiam: pugnā naualem: de qua hæc tacitus: inter lacum fucinum amnēq; lirim perrupto monte: quo magnificentia operis a pluribus uiseretur: lacu in ipso nauale prelium ordinatur. Claudius triremes quadriremesq; & undeuiginti milia hominum armauit cincto ratibus ambitu ne uaga effugia forent. Naumas chiarii. Naumachiariis: qui prelium nauale cōmittunt naumachiarii græca dictione nuncupantur: bellatores in re nautica epibatas eruditi appellant: quáuis græco uocabu- Epibatæ. lo επιβατης proprie significet ascē sor oppius siue hircius in cōmē. belli Alexandrini. capta est una hostiū quadriremis; depressa est altera alteraq; perturbata: deinde omnes epibatis nudatæ idem in cōmentario belli africi: remigū partem ex classe gallorū rhodiorūq; epibatorū armata. Morituri. in hac ipsa scilicet nauali pugna.

Auete. Auete uos. auere uerbū salutatoriū est: quo cū usi essent erga imperatorē naumachiarii. eodem Claudius illos resalutās uicissim usus est: unde illi arbitrantes sibi datam esse pugnandi ueniam dimicare supsedebant. quidam codices nō auete uos habēt: sz autoi: quæ dictio græca est & significat ipsum: tanquā Claudius militibus dicētibus se morituros illū salutare supresma salutatione responderit id ipsum scilicet uelle: & ita illud: quasi uenia datæ corrigendum erit unius litteræ im- Nenia. mutatione ut pro uenia legas neniæ: & erit sensus naumachiarios dimicare amplius noluisse tanquam claudius per id uerbum illis dederit neniam quādam hoc est funebrē orationē qualis mortuis exhiberi solet: neniam enī carmē dici funebre nullus ignorat: & interdū accipi ꝓ epitaphio: ut apud Sydoniū sic scribētē. nenia marmori incisa p endecasyllabos. & hic mihi uidet̄ uerior sensus & lectio. Fœda uacillatione more senū quorū corpora uacillant & tremula sunt. scribit eni Macrobius Senectus li. vii. saturnaliū senes laborare tremore mēbrorū: unde senectus nō minus uero q̃ elegāti epitheto dicta est treme- tremebūda bunda a calphurnio in bucolicis: & a quintiliano dictū est in primo. Nolo puerū seniliter tremere; tanquā tremor sic peculiaris morbus seniorum. Iuuenalis. una senum facies cum uoce trementia mēbra. ipsum uero claudium laborasse tremore posterius ostendit tranquillus; quem destituebant poplites parum firmi & caput tremulum dehonestabat: ex quo est illud in claudium a satyrographo prolatum. ille senis tremulumq; caput descendere suasit in cœlum. Classia rhodia. rhodios fuisse nauticos homines & omnis naualis disciplinæ scios testantur historici: ex quo lex rhodia de iactu dicta est: quæ pertinet ad rem nauticam. Ad pugnam scilicet naualem.

Duodenarum triremium. tacitus ait. non solum triremes sed & quadriremes hoc nauali prelio depugnasse. Triton. Exciente. inflante. Buccinam. tubam de qua alibi dictum est; unde & buccinator inclinatur. Tritone. triton tubicen est neptuni: refertq; plinius Tiberio principi nunciasse olysiponensium legationem uisum auditūq; in quodam specu concha canentē tritonem qua noscitur forma tritonis autē formā sic describit poeta. frons hominē Buccina tritonis. præfert in pistrin desinit aluus. de buccina tritonis: quæ concha est: traditur historia ab Igino: qui ait tritonem: cū conchā inuentam excauasset: secum eam contra gigantes tulisse: & ibi sonitū quendā iuauditū per concham emisisse: hostes autē ueritos ne qua esset imanis fera ab aduersariis adducta: cum esset ille mugitus: fugæ se mandasse & ita uictos in hostium potestatem uenisse. Romani tritonas cum buccinis fastigio saturni ædis superposuerūt: ut significarent a cōmemoratione saturni historiam quasi uocalem esse factam cum antea muta & obscura & incognita fuisset: quod etiam testari uidentur: ut inquit Macrobius: caudæ tritonum: humi mersæ & abscōditæ. Per machinam. mechanico scilicet artificio fabrefactam: quales hodie quoq; in spectaculis scienter conficiunt. Omnium ordinum statum. senatorii equistris & plebeii.

M. AN. Paludatus. paludamento ornatus tanq̃ ueræ pugnæ presidens. Naumachiariis: naualem pugnā pugnaturis. Morituri. naumachiarii. q. d. qui paū. post pugnādo morient̄. Auete uos: resalutatos intellige: sed illi qui quasi uiuite Claudius dixisset remissam sibi pugnandi necessitatē interprætati sunt. Neq; post eam uocē auete. s. Quasi data uenia: quasi ueniam sibi datam interpretantes. Cunctatus: anceps & deliberabundus. Per ambitum: extremitatem. Fœda: turpi & indecora. Vacillatione: trepidatione. Tritone. neptūni filio & ministro: Ver. Cimodoce simul & tricon annixus acuto: Detrudunt naues scopulo: Papinius stat celer obsequio iussa ad neptūnia triton Seruius neptūni & salacie filium dixit. Argenteo: squamosis piscibus & uitreis aquis concolori. Per machinam: instrumentum ad hoc ipsum artificiose paratum.

Cooptare. PHI. Exoleta. per desuetudinē euanescentia & iam abolita. Cooptandis. uerbū est electioni accōmodatum: Cicero cooptatū me ab eo in collegium recordabar. Plini. me pene adhuc puerum patronum cooptauit.

Noiauit indicat Plinius in epistolis hoc uerbū noiare ad sacerdotes peculiariter ptinere. uerba plinii hæc sunt ex secūdo epistolarū sic illo die quo sacerdotes solent noiare quos sacerdotio dignissimos noiant: me semp nominabat. hinc dicta nomiatio. In urbe mouisset. Romæ factus esset terræ motus. nunquā autē auctore. Plinio urbs Roma tremuit ut nō futuri euentus alicuius id prenunciū esset. refert Iulius capitolinus in gallienis olim factum esse motū terræ: quo mota est Roma: mota & lybia: hiatus terræ plurimis in locis fuerūt. Ferias indiceret. impatiuæ feriæ significant. has enim: ut auctor est Macrobius: consules uel præiores p arbitrio potestatis inducunt: ue

Nominare. Noiatio. Impatiuæ feriæ.

nominauit: obseruauitq; sedulo: ut quotiens terra in urbe mouisset: ferias aduocata cōcione pretor indiceret: utq; ob dira aut in urbe aut in capitolio uisa: obsecratio haberet: eāq; ipe iure maximi pōtificis cōmonito p rostris populo præiret: summotaq; operariorū seruorūq; turba. Rerum actum diuisum antea in hybernos æstiuosq; menses coniunxit.

De institutis & sanxionibus eius. cag. 23.

IVrisdictionē de fidei cōmissis quotānis & tm̄ i urbe delegari magistratib⁹ solitā imppetuū atq; etiā p puincias potestatibus demandauit. Capiti papiæ pōpeiæ legis a Tiberio Cæsare quasi sexagenarii generare non possent edicto abrogauit. Sanxit ut pupillis extra ordinem

teres uero Romani ubi terrā mouisse senserant nūciatū ue erat ferias eius rei causa edicto impabant: sed dei nomen ita uti soler: cui obseruari ferias oporteret statuere & edicere quiescebant: ne aliū p alio noiando falsa religione populū alligarent. cuius rei causam hāc fuisse tradit gellius in secūdo noctiū atticarū: qm̄ cōpertū non est nec inter physicas quidē physicas satis constat: quæ nā esse causa uideat: quāobrē terræmotus fiāt: Anaxagoras ignem putat esse causam motus terræ. Anaximenes ait terrā ipsam sibi esse causam motus: thales milesius atq; democritus ab aqua terrā moueri crediderūt. sed Pliñ. Seneca Aristoteles uētos esse pdiderūt cām motus: cū spū nihil sit potētius hoc idē sentit epicurus epicuriq; sectator Lucretius. Ob dira. exēpli cā: si bubo aliæq; aues in auspicatæ uisæ fuissēt. scri. eni Pli. in. x. Romā lustratā fuisse pptera qd capitolii cellā ipsā itrauerat bubo. q funebris ē & maxie abomiatus publicis maxie auspiciis. Lucanus in. i. pharsaliæ ob dira pdigia nunciata uates ex ethrusia accitos: & ab sacerdotibus deos cōprecatos: urbēq; lustratā fuisse cōmēorat. Obsecratio. supplicatio ē eni obsecrare opē a sacris petere ut docet festus. Iure maximi pōtificis antiqtus qd etiā in decretis canonicis scriptū. D. xxi. erat hæc cōsuetudo: ut rex esset sacerdos & pōtifex. uñ & Roma. ipatores pōtifices appellabāt. hic illud Iu. de domitiano. destinat hoc mōstrū cibæ liuiq; magister pōtifici sūmo. Præiret. Pli. in. xxviii. scribēs ualcār ne aligd uerba & icātamēta: uidimus inqt certis p̄catiōibus obsecrasse sūmos magr̄atus: & neqd uerborū p̄tereat aut p̄posterū dicat de scripto præire aliquē. Idē cuius sacri p̄catione: q̄ solet præire qndeci uirū collegii magr̄i qs legat: pfecto uim carminū fateat: obsecratio itaq; fiebat adhibita p̄catiōe uerborū solēniū: q̄ pibat maxius sacerdotū: est eni pire p legere: ut relig mox pcināt. Li. in. viii. agedū pōtifex publicus ppl'i Ro. prael uerba. Quīti. in. ii. ait doctores nō posse sēp p̄ire singulis legētibus. Rerū actū: actionē rerū q̄ in foro iudiciisq; agi solēt: cū prius essēt distributæ p tpa: uoluit ut sine iteruallo iugiter cōtinenterq; tractarent. de actionibus ti. est apd iurisco. actus etiā dicūt. Silius rerū oēs pēdēt actus. aliter actus itelligunt in fabulis. De fidei pmi. fidei cōmissa ex eo appellata sunt: qd testatores fidei cōmittebāt eorū q cape ex testamēto poterāt hæreditatē: fuitq; creatus pretor pprius: q de fideicōmissis ius diceret: quē fidei cōmissariū appellabāt. In ppe referendū hoc est ad illud quotannis p puincias referendū hoc ad illud in urbe delegari. Potestatibus. scribunt iurisco. potestates dici magistratus qui gladii & necis habēt potestatē. magi auctore Pli. tribuūt sanguini basilici successus petitionū a potestatibus. idē pmittūt dētes draconis mites p̄stare dños: potestatesq; exorabiles.

Causæ motus terræ. Obsecrare. Rexpōtifex Præire. Actus. Fidei commissa. Fidei commissarius. Potestates.

M. AN. Exoleta: abolita Nisi iuratus: iure iurādo affirmasset se optimū quēq; ac maxie idoneū noiaturū. Mouisset: mota esset. Prætor: urbanus. s. Dira pdigia: deorū irā portēdētia: obsecratio uenia a diis peterei ē eni obsecrare depcari & q̄si sacra facere ut ueniā ipetremus. Iure maximi pōtificis pōtificia ptāte. Præiret: uota siue p̄ces nūcuparet: cæteriq; seq̄rēt. Sūmota: sublata ne a seruili misterio & ope auersi reb9 agēdis iteresse cogerēt. Actus. actus & acta p p̄uatis officiis usurpato a maiorib9 obseruare ē. sūt. n. acta p̄uatarū re₄ mio₄ ac familiariū q̄q̄ acta & actus senatus & ppl'i dn̄r. Lāpridius actib9 publicis post multā operā dabat & rursus actus publicos seu bellicos seu ciuiles ipe Trāql. alibi tā senatus q̄ ppl'i diurna acta. Iu. cupiēt & i acta referri Ci. i eūdē sensū utraq; ē uoce usus: Luca. ingētes obruperit actus: Papinius solidos nouus exultabis in actus: ubi Papinius actū p forēsi actione uī accipe: & si Laurētius Valla actū: comœdiarū eē uelit actionē causarū qd & Pli. una ad Corneliū ep'la id sæpissimæ usurpat in quē aūt sēsū nūc trāql. utat plane ostēdit: nō. n. comœdiarū spectacula sꝫ ciuiū officia a Clau. pfecta signare uoluit. Iurisdictionē: munus dicūdi iuris. Fidei cōmissis: quæ fidei cōmissa dicāt notissimū ē. Imppetuū quū anni antea fuisset id munus.

PHI. Capiti papiæ. in lege papia caput erat qd uulgo capitulū dicūt ne sexagenarii uxorē ducere possent: tanq̄ ad generādū minime idonei hoc idē altero quoq; capite legis pōpeiæ continebat & ita a tiberio Cæsare fuerat editū publicatūq;: ut edito exponas publicato. Claudius uero huic capiti abrogauit. abrogatur autē legi siue capiti legis cū prorsus tollit legis papiæ atq; pōpeiæ mentio supius facta est: ubi cōiectatoriæ annotatimus nō insicienter de una tātū lege intelligi posse: quæ papia pōpeia diceret. Quasi sexagenarii. hoc dictū est secūdū id qd est usitatissimū. alioquin multi inuenti sunt: q annos septuaginta nati genuerūt: ut auctor est Aristoteles. in. vii. de aialibus. Præterea Plinius & Solinus prodiderūt masanissam regem post octoginta sex annos generasse filium nomine metymathnum. Catonem quoq; censorinū octogesimo exacto e filia Salonii Clientis sui genuisse filium notū est merito Claudius detraxit capiti legis phibētis sexagenarios ducere uxorē: cū supra eā ætatē uiros gignere posse & eruditorū probet auctoritas & exēpla testent. uerba Aristotelis subscripsi

tutores a consulibus darentur: utq; hi quibus a magistrati bus prouinciæ interdicerentur: urbe quoq; & italia summo uerentur: ipe quosdā nouo exēplo relegauit: ut ultra lapidē tertiū uetaret egredi ab urbe de maiore negocio acturus in curia medius inter consulū sellas tribunitio subsellio sedebat. Commeatus a senatu peti solitos beneficii sui fecit.

## De indulgentia & liberalitate eius.

cap. 24.



Rnamenta consularia etiam procuratoribus Ducenariis indulsit. Senatoriaʒ dignitatem recusantibus equestrem quoq; ademit. Latum clauum: q̄uis initio affirmasset nō lecturū se senatorem nisi ciuis Ro. abnepotem: etiam libertini filio tribuit: sed sub conditione si prius ab equite Ro. adoptatus esset: ac sic quoq; reprehensionē uerēs etiā Appiū cæcū cēsorē gñis sui, pauctorē libertiorū filios in senatū allegisse docuit: ignarus tpībus Appii: & deinceps aliquādiu libertinos: dictos nō ipsos qui manumitterentur: sed ingenuos ex his procreatos. Collegio quæstorū

ad hanc rem conducentia quæ sunt hæc. mares plurimi ad sexagesimū annū generant: quē si excesserint ad septuagesimū usq; procedunt: & iam quidā annos septuaginta nati genuerūt. idem in septimo politicorū auctor est. foetus seniorū sicut iuniorū esse imperfectos & corpibus & ingeniis. Tutores a ɔsulibus darent. apud iuriscōsultos tituli sūt de legitimis tutoribus de dati tutoribꝫ: & de his q petant tutores: ubi declarat pupillis esse subueniēdū tradit Vlpia. ius dandi tutores datū esse oibus magistratibus municipalibus. Vrbe & ita. sensus est: uoluit Clau. ut illis urbe & italia quoq; interdictum esset: quibus prouinciæ interdicerentur exēpli causa: ut si scio a prætore siciliē si ɔuincia sicilia interdicta fuisset: Roma quoq; & italia eidem interdictū significaretur. Vltra lapidem tertium miliarium tertium. Vetaret egredi. nouum profecto genus relegationis nouumq; exemplum: ut quis hac relegatione afficiatur: ne egredi possit. ex urbe Roma ultra tria millia passuum. sicut relegati in insulas & loca penitissima egredi nō possunt nec debēt prescriptos terminos relegationis.

(Vir generat usq; ad annos. lxx.)

(Noua relegatio.)

Medius inter cōsulum sellas. alibi docuimus mediū locum esse honoratiorem. Tribunitio subsellio quo scilicet tribuni uti solebant: quibus ius ueniendi in curiam non fuit antiquitus sed ante ualuas positis subselis decreta patrum attentissima cura examinabant: ut si qua ex eis improbassent rata esse nō sinerent. Commeatus. solebant multi petere a senatu facultatem abeundi temporariumq; discessum: uoluit Claudius ut id ab ipso peteretur. Ducenariis procuratoribus. dictum est in augusto quemadmodū ad tres iudicum decurias quartem addidit Augustus: quæ uocata est ducenariorum iudicabatq; de summis leuioribus. procuratoribus ex hoc ordine tribuit. Claudius ornamenta consularia. nec mirum: cum facta per procuratores suos rata haberi uoluerit perinde ac si per ipsum decreta fuissent.

(Ducenarii.)

Senatoriam recusantibus proditum posteritati est talem fuisse mœcenatem temporibus augusti: qui sua uoluntate in equestri dignitate permansit: cum senatoria dignitas & lati claui facultas ei pateret. Latum clauum. ius gestandi uestem senatoriam. Nisi ciuis Ro. abnepotem. quarto gradu inferiore est abnepos & abneptis: sicut superiore abauus & abauia. Claudius. cum prius affirmasset se nullum senatorem esse facturum nisi qui quarto gradu esset ciuis ro. hoc est abnepotem: tamen mutata uoluntate senatorem legit filium libertiniꝫ eiq; tribuit latum clauum: qui primo tantum gradu ciuis Ro. erat.

(Mœcenas cōtētus eq̄stri dignitate.)

(Abnepos.)

M.AN. Papiæ legis de liberis scilicet procreandis. Edicto: edito & non edicto legendum: ut sit ordo: capiti papiæ legis edito a tyberio. Quasi sexagenarii: legis ratio hæc fuit. ne ultra sexagesimum annum quasi homo amplius generare non posset quisq̄ uxorem ducere teneretur.

Abrogauit: uim omnem ademit ac sustulit: est enim abrogare prorsus tollere unde abrogatio: siquidem credidit claudius ea quoq; ætate ut res habet uiros esse ad procreationem aptos. Extra ordinem: quando & quos illis uisum esset dari oportere. Prouinciæ interdicerentur. ii. quibus prouincia aliqua esset interdictum urbe quoq; & italia exclusi intelligerentur. Nouo exemplo: nouo quidem si quum sontes procul urbe relegari cōsuessent ipse ita relegaret ut procul urbe abscedere prohiberet. Commeatus: a ciuibus nunc peti solitos intellige non a militibus. Sui beneficii: a se peti & impetrari uoluit. Procuratoribus: procurator ut Vulpianus ait est qui aliena. negocia mandato domini administrat. Ducenarii: qui ducentesimam ex auctionibus exigebāt nam ducenteni & duceni dicimus ducentesimam auctionum caligula ab initio sui principatus italiæ remisit q claudius non fecit. Abnepotem: qui abauum ciuem romanū habuisset. q. d. cuius non solum pater ciuis romanus fuisset: sed q longe plus est etiam abauus.

(Proauctor.) PHI. Proauctorē. qua forma proauū dicimus: eadē proauctorē quasi procul & longa origine auctorem eleganter dixit. Libertinorū filios. Liuius in. ix. tradit appium Claudiū in cēsura inquinasse senatum lectis libertinorum filiis: quæ cum esset infamis & inuidiosa senatus lectio: uictus uerecūdia collega appii plaucius magistratu se abdicauit. cæcus autem factus Appius & luminibus captus est ira deorū: cū eo auctore ministeriū sacri herculanei translatum fuisset a potitia gente ad seruos publicos. de hoc appio cæco dictum est abundanter in tertio cōmentario. Libertinos dictos. hoc tanq̄ notabile diligenter obseruandum est. cum alias libertini dicantur: qui ex seruitute manumissi sunt: quod & iurisconsulti testantur. unde libertinitas dicta sicut ab ingenuis ingenuitas.

(Libertini.) (Libertinitas.)

(Ingenuus.) Ingenuos. ingenuus est is: qui ut statim natus est liber est: siue ex duobus ingenuis matrimonio cōstante editus siue ex libertinis duobus siue ex altero libertino & altero ingenuo. Ex his. manumissis.

Pro ſtratura uiarũ:cũ antea queſtorũ munus fuiſſet ut uiæ ſilice ſternerent:uoluit claudius:ut loco uiarũ ſternẽdarũ gladiatorũ ſpectaculũ celebrarent pecunia corũq queſturã adipiſcerent:& cũ antea quæſtura ex dignitate cãdidatorũ aut facilitate tribuentiũ gratuito cõcederet:uoluit Clau. ut uenũdaret ex ſentẽtia Dolobellæ ita cenſentis. Decreta.boni codices habẽt detracta. ut ſit ſenſus Claudiũ ademiſſe queſtoribus hoſtienſem ꝓuinciã & gallicã:q erant ꝓuinciæ q̃ſtoriæ & loco earũ reſtituiſſe prefecturã ærarii:quã Augu.a q̃ſtoribus urbanis ad p̃torios pretores ue trãſtulerat. M.T.in oratione ꝑ murena mentionẽ facit Hoſtienſis ꝓuinciæ q̃ſtoriæ:quã ait eſſe nõ tã glorioſam & illuſtrẽq negocioſam & moleſtã.idq illi cũ q̃ſtores ſortiunt:etiã acclamari ſolet. Aerarii ſaturni in æde ſaturni erat ærariũ Roma. cauſaʒ q̃rit Plutar.in ꝓblematis an ex eo inq̃t q̃d fama obtinuit ſaturni tẽpe nec auaritiã nec ĩprobitatẽ uſq̃ in hoĩbus fuiſſe ſed iuſticiã & fidẽ.refert Ciprianus ſaturnũ in italia primũ inſtituiſſe nũmos ſignare:unde ærariũ ſaturni uocitat. de hoc Macro.ſic refert. ædẽ ſaturni ærariũ Roma.eſſe uoluerũt:q tẽpe quo ĩcoluit italiã ferẽ in eius finibus nullũ eſſe furtũ ꝯmiſſũ:aut qa ſub illo nihil erat cuiuſq̃ priuatũ.primus autẽ oĩm Vale.publicola exactis regibus ædem ſaturni ærariũ declarauit ductus oportunitate loci:quẽ & aptũ & ab ĩſidiis tutũ & ĩprimis munitũ aĩaduertit. in ærario tabulæ publicæ ſeruabant & ex eo dictũ tabulariũ:q̃ſi tabularũ repoſitoriũ. Cic.hic tu tabellas deſideras heracleẽſiũ publicas:q̃s italico bello incẽſo tabulario interiiſſe ſcimus oẽs. Medio tpe ab Augu.ad claudiũ. Prætura functi.prætorii uiri ſignificantur. Aerariũ in æde ſaturni Tabulariũ.

pro ſtratura uiarum gladiatorũ munus iniunxit: detractaq hoſtienſi & gallica prouincia curam ærarii Saturni reddidit: quam medio tempore pretores:aut uriq tunc prætura functi ſuſtinuerant. Triumphalia ornamenta Syllano filiæ ſuæ ſponſo nondũ puberi dedit.Maioribus uero natu tam multis tamq facile:ut epiſtola cõmunis legionum nomine extiterit petentium ut legatis conſularibus ſimul cum exercitu & triũphalia darent: ne cauſam quoquomodo belli quererent.Aulo Plautio etiam ouationem decreuit:ingreſſoq urbem obuiam progreſſus: & in capitoliũ eunti & inde ruſus reuertenti latus texit: Gabinio ſecundo caucis gẽte germanica ſuperatis cognomen cauciũ uſurpare conceſſit.

Itẽ de qbuſdã ciuilibus geſtis:& ordinationibus eius.

EQ ueſtres militias ita ordinauit: ut poſt cohortem alam poſt alam tribunatum legionis daret: ſtipendiaq inſtituit: & imaginariæ militiæ genus:quod uocat ſup numerũ:quo abſẽtes & titulo tenus fũgerent.Milites domus ſenatorias ſalutãdi cã ingredi etiã patrũ decreto ꝓhibuit.libertinos q ſe ꝑ eqtib' Roma.agerẽt publicauit:ingratos:& de qbus patroni q̃rerẽtur reuocauit in ſeruitutẽ:

Triũphalia ornamẽta. Cor.tacitus. lucio ſyllano deſpõderat octauiã. Cæſar iuuenẽq & alias clarũ ꝑ inſignia triũphaliũ & gladiatorii muneris magnificẽtiã ꝑtulerat ad ſtudia uulgi. Tã multis.ſ.dedit triũphalia ornamẽta. Legatis cõſularibus.de dignitate legatorũ cõſularũ loco ſuo diximus. Cum exercitu & triũphalia. huius rei meminit tacitus his uerbis. at legionibus cũ dãno labor & fodere riuos.quæq in apto grauia humũ infra molliri:quis ſubactus miles & quia plures ꝑ ꝓuincias ſimilia tolerabant:cõponit occultas litteras noĩe exercituũ precantiũ imperatorẽ:ut quibus ꝓmiſſurus eſſet exercitum: triũphalia ante tribueret. Inde reuertenti.ſ. plaucio. mos erat eorũ:qui aut ouabãt aut triũphabãt ut irent in capitoliũ unde domũ põpabiliter reuertebant reducebãtq.

Latus texit.inferior in itinere latus tegere dicit ſuperioris:quẽ comitat. oratius in.ii.ſermonũ. uis ne tegã ſpurco damæ latus. de hoc ita ſcribit eutropius.tam ciuilis circa quoſdam amicos extitit.ut etiã plautiũ nobilẽ uirũq in expeditione britãnica multa egregie fecerat: triũphantẽ ipſe ꝓſequeret:& cõſcendenti capitoliũ leuitus incederet.

Gabinio.ii.ſenſus eſt claudius cõceſſit gabinio q ſecũdus noĩabat:ut a deuictis caucis cautius cognoĩaret.ſicut a creta creticus a balearibus balearicus:a dalmatis uictis dalmaticus ſunt cognoĩati tres metelli. eſt autẽ caucorũ gens in germania incipiens a friſiis partẽq occupans littoris ſeptẽtrionalis in cattos uſq porrecta. auctor tacitus in libro de ſitu germaniæ. Plinius caucos duplices eſſe ſignificat:q maiores minoreſq appellentur:quorũ cibus eſt lutum:potus imber:& tamen hæ gentes ſi uincantur a po.ro.ſeruire ſe dicunt. Caucĩ.

M.AN. Pro ſtratura uiarũ:ꝑ ſternẽdarũ uiarũ mũeraut q̃ſtorꝫ antea fuiſſe itelligas publicas uias cõmunire. Gladiatorũ munus ut munus ipſum:gladiatoriũ dico quotãnis illorũ q q̃ſtores eſſent pecunia inſtruerent publico dolobella cõſule id cenſente:cor.auctor. Hoſtienſi & galliæ:duabus ꝓuinciis illorũ curæ adeptis & ſiquidam nõ detracta ſed decreta habeant,ſicq diuerſus erit ſenſus. Aerarii ſaturni:q̃ cura ab Auguſto ad p̃tores pretorioſq uiros fuerat delata:cur in Saturni tẽplo fuerit ærariũ conſtitutũ Macro.docet. Cõmunis: cõi noĩe data.

Latus texit:ouantis lateri hæſit. Cau.gẽ.ger.Pli.& ptolemæus de caucis gẽte germanica Trãqllo accedũt. Cor. corbulonẽ ait in caucos motuiſſe:cæterũ bello Clau.litis auerſũ inſignibuſq nihilominus triũphalibus donatũ.

PHI. Poſt cohor.ut poſt ꝑfecturã cohortis adminiſtratã alæ eq̃ſtri ꝑficeret. de ala eqtũ & eqtib' alariis iã dictũ eſt. Poſt alã:ut poſt ꝑfecturã alæ fieret tribunus & ita gradatim ꝓmouebat in militia. Imagĩnẽ mi. Imagĩariã militiã uocãt:quæ legitima nõ eſt:ſed cõmẽtitia. Sup nu.uulgo ſupnumerarii dñr: Vege.li.ii. rei militaris de ſupnumerariis ſic ſeri. milites uocabãt acceſſiti hoc eſt poſtea additi:q̃ fuiſſet legio cõpleta:quos nũc ſupnumerarios uocãt. Titulo.te.ut milites qdẽ dicerent:q̃uis legitimã ueramq militiã nõ exercerent. Salutãdi cã. tãq̃ nõ deceret milites fieri ſalutatores:q̃d urbanorũ eſt. Libertinos pu.in publicũ redegit & publica eorum bona publicoſq ipſos fieri iuſſit. Ingratos reuo.in ſer. hoc ex inſtituto athenienſium tranſtulit claudius:apd quos cõuictus a patrono libertus igratus iure libertatis exuebat.ſup ſedeo inq̃t patronus hẽre te ciuẽ tanti muneris ipiũ extimatorẽ abi igr̃ꝰ Supernumerarii. Ingratus libertate exuitur.

aduocatisq̃ eorum negauit se aduersus libertos ipsorũ ius dicturum. Quum quidam ægra & affecta mancipia. In insula æsculapii tedio medendi exponerẽt: liberos esse sanxit: nec redire in deditionẽ domini si cõualuissent: qđ si qs necare mallet quem q̃ exponere cædis crimine teneri: uiatores ne p italiæ oppida nisi: aut pedibus: aut sella: aut lectica transirẽt monuit edicto. Puteolis & hostiæ singulas cohortes ad arcẽdos incendiorum casus collocauit. Peregrinæ cõditionis homines uetuit usurpare Romana noia dũtaxat gentilitia.

dito seruus quẽ liber esse nesciisti apud massilienses quoq; tres in eodẽ manumissiões rescindi pmittebat: si ter ab eodem decepti dominũ cognouerint: quarto errori subueniendũ nõ putabãt merito: itaq; & laudabiliter instituit. Clau. ut ingrati in patronos liberti in seruitutẽ pristinã mãcipatũq; reuocarentur: cũ in uitio ingratitudinis nihil nõ

Actio aduersus ingratos. insit malitiũ apud athenienses ut inqt Vale. actio aduersus igratos cõstituta esset & auctor ẽ xeno. in .i. pediaesq; apd psas ingrati seuerissime puniebant: qppe q arbitrãt eos q sint ingrati deos maiorẽ in modũ negligere & parẽtes & patriã & amicos. sicut aũt gratitudo ut docet Ci. in õro. p plãcio mater est uirtutũ oim reliquarũ: sic ecõtrario ins

Gratitudo. gratitudo dicer mater uitiorũ criminũq;

Ingratitudo. absolutæ malitiæ: qd uero igratius ẽ potest eo hoie: q agit immemorẽ accepte libertatis: q inextimabilis res est: ut aiũt iuriscõ. cuius dulcedie captus Ci. exclamat. o nomẽ dulce libertatis.

Aduocatisq; eorũ: si q erãt aduocati q suo patrocinio causam libertinorũ ingratorũ tutarentur: talibus negauit Claudi. se iura dicturũ: si de libertis suis & ipsi aliqñ cõquerenĩ: tanq̃ idigni essent: qbus impator faueret in ea causa: quã ibant oppugnatũ. Quidã.s. domini.

Affectum. Afficitur. Affecta mã. lãguẽtes & ægrotos seruos. nãq; affectũ dicimus lãguidũ absoluta locutione: ut illud apud Prop. Iuppiter affectæ tandẽ miserere puellæ. & a Cels. elegãter dictum est pulmo totus afficiĩ & albiat lienis ubi affectus est intumescit: & renes ubi affecti sunt diu male habẽt. Liui. in .v. uires corporis affectæ: sensus oculorũ atq;

Insula æsculapii. auriũ hebetes. memoria labat. In insu. æsculapii. insulã æsculapii dicimus insulam Tiberinã: in qua æsculapii tẽplũ cõstructũ fuit. Pli. in .xxix. ideo tẽplũ æsculapii etiã cũ reciperet is deus extra urbẽ fecisse iterũq; in insula tra

Æsculapius deus medicinæ. dunt. Oui. lib. xv. meta. historiã referẽs unde æsculapius epidaurius in insula tiberina tẽplũ acceperit: sic ait: scindit in geminas partes circũfluus amnis insula nomen habet: laterũq; a parte duorũ porrigit æquales media tellure lacertos: huc se de lata pinu phœbeius anguis cõtulit. idem in primo fastorũ docet calendis ianuarii in hac insula tiberina sacratũ fuisse tẽplũ æsculapio una cũ delubro iouis. historia de tẽplo æsculapii in insula Tiberina dicato a Vale. quoq; in primo: & Liuio in .ix. memoratur. hodie quoq; in ea insula cõsistitur delubrum religiosum nõ ethnicæ superstitionis sed christianæ religionis. in insula autẽ æsculapii ideo exponebant ægroti: quia deus medicinæ est ob hanc scientiam in deorum numerum receptus ut ait Celsus in primo. mortalitas enim ut Pli. quoq; lib. undetrigesimo refert: diis primũ inuentores suos assignauit & cœlo dicauit: phalaris epistola quadam sic inquit. Te neq; ipse medicæ artis inuentor æsculapius cum omnibus diis sanare unq̃ potuisset. fabulata est uetustas æsculapium fulmine iouiali ictum fuisse: q hippolitum uel ut alii tradunt tindaridam reuocauisset ad uitam. apud Aristopha. in fabula: cui titu. est πλουτοσ: inducuntur languentes in æde esculapii: ut medelarum fomentis refocil

Medicina. lentur: apud Plau. in curgulione inducitur leno capadox lienosus iecorosus: pulmonarius in fano æsculapii incu

Hippocratis. bans causa ualitudinis recuperandæ. Hippocrates instituisse fertur medicinã clinicem in tẽplo æsculapii. nam cũ mos fuisset liberatos morbis in insula eo scribere in tẽplo q auxiliatus esset: quo quisq; usus remedio conualuisset: ea exscripsisse fertur: ædes autẽ æsculapii extra urbem ideo edificari solet: quia ut refert Plutar. in quæstionibus credidertunt prisci salubrius foris q̃ in urbe habitari. unde: & græci in excelsis locis æsculapii tẽpla constituebãt. in in

Nosocomion. sula Tiberina erat Romæ ueluti domicilium ægrotorum egenorũ: tanq̃ nosocomion: sic enim græco uocabulo uo

xenodochium. camus domiciliũ languentium. scribit Hierony. fabiolam instituisse nosocomion: quod ipse interpretatur uillam languentium: in quo ægrotantes refouebantur. consimile est xenodochium.

M. AN. Post cohortem: cohortis præfecturã. Alam præfecturã alæ. Imaginariæ: nõ ueræ: sed rei imaginem præ se ferentis. Etiam patrũ decre. patribus etiam id decreto phibentibus. Publicauit: rei publicũ cum bonis redegit. Ingratos: qui in patronos ingrati essent: imemoresq; accepti ab eis beneficii quod libertate donati essent. Aduocatis eorũ libertorum causæ fauentibus: eorũ dico aduersus quos ingratitudinis ageretur. Aduersus liber ipsorum. qñ uidelicet indigni essent qui eo iure subleuarentur quod nuper oppugnassent. Affectæ morbo ppemodũ cõsumpta. In insula esculapii: in tiberina insula ubi esculapii tẽplũ: Vale. & Oui. in fastis sunt auctores: mos uetus: & a græcis sumptus si curandi gratia eo delati sunt: Aristophanes ησ ευΔετ ινεσ καλλοις Δεομενοι του θεου. sic carion ille heræ suæ de iis qui in esculapii templo erant: sed hi ut mendicarent expositi uidentur ob idq; in dominorum inuidiam principia decreto libertate donati.

PHI. In ditionẽ. in potestatẽ. Q uẽq̃. duæ dictiones & seiunctim legẽdæ: ut sit sensus dominũ tanq̃ homicidii reũ haberi: q necare maluisset quẽ hoc est aliquẽ seruorũ: q̃ exponere in isulã æsculapii. Monuit edicto. mi

Viatores. ror hoc edixisse claudiũ: tanq̃ improbaret eos uiatores: q in equo aut in iumento aut in carruca ueherent. Marcus imperator uetuit sederi in equo aut in uehiculo in ciuitatibus & de uiatoribus: q uulgo ita dicũt intelligit: cũ alias uiatores sunt ministri publici ei eo noiati: qđ a uillis in curiã senatores euocabãt: auctores Pli. Cic. & Colu. Puteoli: ciuitas est cãpaniæ alio noie dicearchea dicta: de hac supra diximus. Gentilitia. sicuti sunt Iuliorũ Scipionũ claudiorũ fabiorũ & id genus reliquarũ familiarũ Romanarũ: de noibus gẽtilitiis diximus affatim in primo cõmen. nõ improbandus in hoc Clau. q noluit noia Roman. familiarũ polluĩ usurpariq; a pegrinis: pinde ac tali usurpatione polluerentur esset enĩ indecorũ: q pegrini usurparẽt noia gẽtis corneliæ æmiliæ claudiæ aliarũq; gẽtilitia Romana noia. olim athenienses sanxerunt ne cui seruo inderent noia armodii & aristogitonis.

Ro. tanta facilitate aiaduerterit:ut de nece consularis uiri renũciante centurione factũ esse qđ impasset;negaret qcq̃ se imperasse:nihilominus rẽ cõprobaret affirmantibus libertis officio milites functos:qđ ad ultionẽ imperatoris ultro pcurrissent. Nã illud oẽm fidẽ excesserit:qđ nuptiis: quas Messalina cum adultero Silio fecerat:tabellas dotis & ipse cõsignauerit inductus quasi de industria simularent: ad auertendum transferendumq; periculũ quod inminere ipsi per quædam ostentat portenderetur.

De forma & statura eius. cap. 30.

AVctoritas dignitasq; formæ non defuit uel stanti uel sedenti:ac precipue quiescenti. Nã & prolixo nec exili corpe erat & specie canicieq; pulchra opimis ceruicib⁹: cæterũ & igredientẽ destituebãt poplites min⁹ firmi:& remisse qd:uel serio agẽtẽ mĺta dehonestabãt:ris⁹ idecẽs:ira turpior

M.AN. Facilitate: adeo leui de causa. Excesserit: mentis quasi dicat alienatæ mentis exemplum quam fides ulla haberi possit. Consignauerit: suscripserit quasi testium unus. Auertendum: ad depellendū. Trāsferendum: in alterius caput & uitam detorquendum. Ipsi claudio: & hæc persuasionis ratio. Auctoritas: grauitas & maiestas quædam. Stanti uel sedenti: claudio. Opimis: plenioribus. Destituebant: langore & uacillatione retardabant. Poplites: auersæ genibus partes supra suras quo potissimum loco consistit omnis crurum fœmorumq̧ agilitas. Remisse: minus uehementer. Serio: intentius.

spumante rictu humentibus naribus: plectra linguæ titubantia: caputq̧ tū sp: tū in q̄tulocunq̧ actu uel maxīe tremulum.

De ualetudine eius. cap. 31.

VAletudine sicut olim graui ita princeps preprospera usus est excepto stomachi dolore: quo se correptum etiā de cōsciscenda morte cogitasse dixit.

De conuiuiis & aliis gestis eius. cap. 32.

COnuiuia agitauit & ampla & assidua ac fere patentissimis locis: ut plerūq̧ sexcēteni simul discūberent Cōuiuatus & sup emissarium fucini lacus: ac pene sūmersus: quū emissa impetu aqua redundasset. Adhibebat omni cœnæ & liberos suos cum pueris puellisque nobilibus. Qui more ueteri ad fulcra lectorū sedentes uescerentur Conuiuæ qui pridie scyphum aureum surripuisse existimabatur reuocato in diem posterum calicem fictilem apposuit. Dicitur etiam meditatus edictum quo ueniam daret

PHI. Spumante rictu. irascentium signa sunt: ut inquit Sene. li. i. de ira: mutius toto ore rubor: flagrantes oculi: uocibus sermo preruptus: fœda uisu & horrēda facies multaq̧ alia sunt: inter que Gellius numerat ex auctoritate Plutarchi: os turbidum ī spumā ruborēue efferuescens. Clau. autē habuisse os: spumabundū indicat etiam Iuuenalis illo uersu manantia labra saliua. Rictus autem est ex trāsuerso oris patefactus: docet Lactantius in li. de opificio. rictū etiam ferarum dici testatur Mar. cum ait. Rictibus his tauros non eripuere magistri. Humentibus naribus. pōt cōnecti cū eo quod ait ira turpior: ut ex hoc intelligatur: iræ turpitudo: quā rictus. spumans & nares humentes comitabant qd̄ si seiunctim legas refertur ad rheumatismos nasi quibus obnoxia est senectus. hinc illud madidiq̧ infantia nasi. Plectra linguæ. Romani linguā similē plectri: dētes cordarū dicere solebant: put docet Ci. in. ii. de na. deo cui astipulat̄ Ambrosius sic scribens li. vi. exameri lingua uelut plectrū loquētis & q̄dā edentis est manus q̄ defluentē cibū dentibus suggerit & subministrat. Igitur eleganter plectra linguæ dixit Trāql. fuisse in Claudio titubantia: cū significare uellet linguæ titubationē qua laborant senes uetus codex scriptū habet plectra & ita legendū censeo: q̄uis non nulli dictionē illā expungāt tanq̄ superuacaneā. plectrū autē dici instrumētū: quo cordeplectunt̄ a citharedo. i. feriunt̄ nemo est q nesciat: unde & illd̄ epigrāmatici poetæ enornant docilē garrula plectra lyrā. Caput tre. Claudii caput tremulū fuisse Iuue. quoq̧ indicat sic scribēs de Claudio. ille senis tremulū caput descēdere suasit. preterea sicut in superioribus annotauī senes maxime tremuli sunt obnoxiiq̧ tremori membrorū. De con. mor. maiores nostri tris asperrimos cruciatus esse iudicauerunt: primum calculorū a stillicidio uesicæ. pximū stomachi. tertiū cori: q in capite doleant. existimat Auicē. stomachū causā esse oīm corporis ægrotationū: unde merito stomachus: paterfamilias dici meruit quasi omne aīal solus gubernans: ex quo est illud a Quinto sereno luculenter dictum. Qui stomachū regem totius corporis esse contendunt uera nīti ratione uidentur: legimus apud Pli. olim Caium proculeium augusti cæsaris familiarem in maximo stomachi dolore gypso poto consciuisse sibi mortem. unde mirandū non est si Clau. dolore stomachi correptus cogitauit de morte sibi inferenda. Qui stomacho laborat ia dr̄ stomachicus. Pli. ait in. xxv. helleborū mederi stomachicis. apud eundē remedia sunt ad stomachi dolores rosiones: & rheumatismos. sic. n. fluctiones appellantur.

Cōuiuatus sup emissariū. Cor. tacitus: quin & puiuiū effluuio fucini lacus appositū magna formidine cūctos affecit: qā uis aquarū prorūpens: cōuulsis ulterioribus fragore etiā sonitu exterriti. Emissariū aūt appellat ipsam emissionē: & effluuiū ab emittendo dictū: Pli. in. xxxiii. emissaria in his quina pedū quadratorū termī. fere linquuntur. & repleto stagno excussis obturamētis erumpit torrēs tanta ui ut saxa puoluat. Fulcra. fulcrū a fulciendo dici docet Seruius enarrans illud maronianū lucet genialibus altis aurea fulcra choris: sunt. n. fulcra spōde lecto: qbus fulcimur. i. sustinemur. legato lecto fulcra quoq̧ cōtineri ait Vlpia. li. iii. de le. More ueteri. mos habebatur pricipū liberos: ut docet Tacitus: cū cæteris eiusdē ætatis nobilibus sedentes uesci in aspectu propinquorū ppria & parciore mensa. Conuiuæ q pridie hūc q dā Ouiniū: alii Titū Iuniū noiatū fuisse prodiderunt: de quo hæc Plu. in Galba. cū Ouinius apud Claudium cæsarē cœnaret argēteum poculum clam sustulit: qd̄ Cæsar cum audisset rursus postridie ad cœnam inuitauit: qui cū uenisset iussit ministris ut nullum illi argenteum poculum: sed fictilia oīa apponerent: de eodē Cor. Taci. hæc. T. Iunius sertilius ioco respersus est tanq̄ scyphū aureum in cōuiuio Claudii furatus: & Claudius postero die soli oīum Iunio fictilibus ministrari iussit. hic mox ex proconsulatu galliam Narbonensem seuere integreq̧ rexit. Scyphum aureū: scyphus genus poculi est & peculiariter Herculi dicatus: sicut libero patri cantharus auctor Macrobius. in. v. saturnaliū de quo ait poeta. & sacer impleuit dextram scyphus. Alexandrum magnum intemperantia bibendi & ille Herculeanus & fatalia scyphus condidit: sicuti testatur Seneca libro xii. epistolarum moralium. quod autem scyphus sit potui paratus & inter pocula numeretur ostendit Scæuola iurisconsultus titulo de auro legato.

M.AN. Rictu: ore Titubantia: infirmitas crebreq̧ fibrarum motus. Maxime tremulum: Iu. ille senis tremulumque caput descendere suasit in Cœlum & longe manantia labra saliua. Fulcra. sustentacula a ful-

Irascentium signa
Rictus
Rheumatismus.
Lingua plectrum.
Plectrum
Tres asperrimi cruciatus
stomachus paterfamilias.
Mora Proculei
Stomachicus
Rheumatismi qui
Emissarium
Fulcrum
Lepidum exemplum
Scyphus.
Scyphus condidit.
Alexandrū

ciendo sed fulcrum pro ipso quoq; lecto ponitur. Iu. genium contemnere fulcri. Scyphum aureum: scyphus peculiare Herculis poculum ut liberi patris. Cantharus Macrobius est auctor Plutarchus epoto nondum Herculis scypho. Calicem fictilem: optimi calices ex sagunto ut Pli. ait oppido hispaniæ. Mar. sume saguntino pocula ficta luto. Iu. & lagenam sanguntinam celebrat pugna saguntina feruet commissa lagena.

efflatum crepitumq; uentris in conuiuio emittendi: cum periclitatum quendam præpudore ex continẽtia reperisset.

De cibo & potu & luxuria eius. cap. 33.

C Ibi uiniq; quocunq; & tẽpore & loco appetẽtissimus Cognoscens quondam in Augusti foro uictusq; nidore prandii: quod in proxima Martis æde saliis apparabatur: deserto tribunali: ascẽdit ad sacerdotes: unaq; discubuit. Nec temere unquam triclinio abscessit: nisi distentus ac madens: & ut statim supino ac p somnũ hianti pinna in os inderetur ad exonorãdũ stomachum. Somni breuissimi erat nam ante mediã noctem plerũq; uigilabat: ut tñ interdiu nõ nunq̃ in iure dicendo obdormisceret: uixq; ab aduocatis de industria uocem augentibus excitaretur. Libidinis in fœminas profusissime: marium omnino expers. Alea studiosissime lusit: de cuius a, te librum quoque emisit: solitus etiam

Crepitus / Per mensas uetebatur deflare. / Pedere / Crepitus uentris liberi. / Optimum solarium est uenter.

PHI. Efflatum. Pli. in xxviii. subobscure simul & eleganter ostendit nefas fuisse in conuiuio uentris crepitum emittere: quod uulgo dicimus pedere. uerba Plinii hæc sunt p mẽsas uetabantur munditiarum cã deflare: Clau. tamen existimabat licere in conuiuio pedere hoc est crepitũ uentris emittere & hoc ex sententia stoicorũ: qui aiunt crepitus uentris æque liberos ac ructus eẽ oportere. Periclitatũ: adisse periculũ alias periclitatum dicimus ex pertum. Ex cõtinentia. dũ continere uult crepitũ qd pudibundi offm ẽ cum tamen talia continẽtia res noxia iudicetur. hinc illud iocose dictum ab epigrammatario poeta pedere te mallem: namq; hoc nec inutile dicit Symachus: & risum res mouet ista simul. Quocunq; tpe. Diogenes cynicus interrogãti qua hora prandendũ foret respondit: si diues est prandeat quando uult: si pauper qñ põt: & profecto optimũ solarium est uenter ut dicebãt Persæ: qui cum latrat & instatur creditor illi dandus est cibus indifferenter. Et loco idem Diogenes dictitabat: si prandere nihil mali est nec in foro prandere malum est: non est autem malum prandere: nec in foro quidem prandere malum est.

Cognoscẽr / Cognitor / Nidor / Saliares cœnæ / Salii unde / Distentus / Distendere

Cognoscens. cognoscere dicunt principes & magistratus audientes controuersias litigantium. alias cognitor significat familiarem defensorem qui præsentis causam nouit & sic tuetur ut suam ut docet Asco. in quam sententiam est illud oratianum. si cognitor ipse hinc; ait Cice. in uerrinis: siculi me cognitorem iuris sui me actorem causæ totius esse uoluerunt. Nidore. græci κνισσαν appellant odorem epularum: quam latini nidorem uocant. Mar. pasceris & nigræ solo nidore culinæ. & illud Hieronymi: uariis nidoribus fumant patinæ. Saliis sacerdotibus Martialibus: qui cœnas faciebãt amplissimi apparatus: unde in prouerbio est saliares cœnas dicere opiparas & copiosas. de collegio saliorum qui erãt duodecim a Numa rege instituto: copiosime scribũt Li. Plu. & diony. salios a saltando dici autumat. Mar. Var. quod facere in sacris quot annis & solent & debent: alii a salio mantineo salios uocari prodiderunt. multa de his Ouidi. in. iii. fa. mense enim Martio in honorem Martis gradiui ibant per urbem gestantes ancylia & canantes carmina cum tripudiis solemniq; saltatu. Proxima æde. illam significare uidetur: quam Marti ultori dicauit. Augustus extruxitq; una cum foro. Tribunali. ubi ius dicebat. Distentus: fartus ac satur. distendere enim est implere; & distentum plenum Maro. distendunt nectare cellas. Madens. uini plenus & bene potus.

Turpiter ingesserunt / Turpius egerunt / Pinna. / Pinnatus / Interdiu / Venus prepostera & auersa. / Mulierarius

Pinna in os uideretur: qui uomitum prouocare uolunt pennam in os demittunt. unde a Cor. tacito scriptum est Xenophontem medicum demisisse in fauces Claudii pinnam ueneno illitam: tanquam nixus euomentis adiuuaret. de talibus ganeonibus & ut ueteres dicebant comedonibus celebratur. illud Hieronymi: quod & in canonicis decretis. di. nouissima de consecratione repetitum est multi impatientiam gulæ uomitu remediantur: & quod turpiter ingesserunt: turpius egerũt. Plini. & Se. insectantur uomitores: qui bibunt ut uomant & rursus hauriunt: tanq̃ geniti ad uina perdenda Dicimus autem pinnam pennam; cuius diminutiuum est pinnula. Apu. Nec ulkæ plumulæ nec usq̃ pinnulæ ab eodem celeritas pegasi pinnata decoriter dicta: sicut a Varrone pinnatum eloquium nuncupatur. Inderetur. immitteretur imponeretur. Interdiu. de die. quidam codices habent interdum. prima lectio elegantior. Marium omnino expers. masculorum concubitorem minime fuisse Claudium significat talis uenus quæ: infanda est: eleganter dicitur prepostera & auersa Iulius capitolinus ostendere uolens: albinum talem fuisse in re ueneria; qualis extitit claudius sic inquit mulierarius inter primos amatores auersæ ueneris semper ignarus & talium persecutor: consimiliter claudius cum esset mulierarius & mulierosus erat auersæ ueneris atq; preposteræ penitus ignarus. masculorum autem concubitores apostolica sententia negantur posse frui sedibus piorum. Studiosissime lusit. extat libellus Senecæ cui titulus est de ludo claudii i quo fingit claudium apud inferos ludere percusso fritillo iubente: æaco. scribit firmicus aleatorem. nasci in nona parte libræ qui sit populari notione perspicuus.

M. AN. Periclitatum: uitæ periculum addiisse. Cognoscens. cantũ cognitione occupatus. Nidore odore qui proprie assatarum aliter ue conditarum carnium dicitur. Iu. te nidore suæ captum putat ille culine. Maxima æde. i. ultoris martis cui Augusti forũ erat contiguũ. Ad sacerdotes alios. Distentus uino plenus. Supino: supino corpore iacenti. Inderetur: a ministris. Aduocatis: aduocatus dr̃ quoquo modo reo assistens; nunc pro causarum patronis posuit. Marium omnium: oĩm dixit ad depellandam utriusq; flagitii suspitionẽ ut neq; pathicus fuisse credatur neq; puerorum amator gestatorio ubi gestari solebat.

PHI. In gestatorio. gestatorium appellamus lecticā sellamue siue carrucam deniq; quodcunq; in quo gestamur. in li. ii. machabeorum scriptum est. in gestatorio torquebatur antiochus ut de corpore impii uermes scaturirent. Essedo. curru in quo gestabatur. Alueo. tabula lusoria: quae alio nomine alueolus per diminutionē nominatur. Sanguinarum. Pli. eleganter sanguinarium tarquinii superbi responsum appellat: cum crudelissimū & sanguini humano hauriendo accōmodatum significare uellet. & Sene. quoq; sanguinarius princeps dicitur gaudens sanguine humano & crudelitate. Pœnas parricidaruz qualis esset parricidarū pœna docuimus in augusto.

Gestatoriū
Alueus
Alueolus
Sanguinarius.

in gestatorio ludere ita essedo alueoq; adaptatis ne lusus cōfunderetur.

De saeuitia & crudelitate eius. *cap. 34.*

SAeuuz & sanguinariū natura fuisse magnis minimisq; apparuit rebus: Tormenta quaestionū: pœnasq; parricidarum repraesentabat exigebatq; coram. Quum spectare antiqui moris supplicium Tyburi concupisset: & deligatis ad palum noxiis carnifex deesset accitū ab urbe uesperam usq; opperiri perseuerauit. Quocunq; gladiatorio munere uel suo uel alieno etiaz forte prolapsos iugulari iubebat maxime retiarios: ut expirantiū faciē uideret. Quū par quoddā mutuis ictibus cōcidisset cultellos sibi paruulos ex utroq; ferro in usum fieri sine mora iussit. Bestiariis meridianisq; adeo delectabatur: ut a prima luce ad spectaculum descenderet: & meridie dimisso ad prandiū populo psederet: praeterq; destinatos etiā leui subitaq; de causa quosdam committeret: De fabrorum quoq; ac ministrorum: atq; id genus numero: si automaton aut pegma: uel quid tale aliud parum cessisset.

Repraesentabat. presens exhibebat. Antiqui moris suppliciū. apud antiquos inter caetera suppliciorum genera hoc imprimis frequētabatur; ut ad palum deligati uirgis cederentur securiq; ferirentur. Accitū euocatū carnificē. Opperiri. expectare. Vesperam usq; ad crepusculuz usq; uespertinū. Forte prolapsos. qui lapsi forent casu neq; ex industria.

Retiarios: q sint gladiatores retiarii suo loco supra copiose explicamus

Spirantiū faciez. erat enī aperta & nuda facies retiariorū: qui solo pileo tecti digladiabant: hinc illud satyricū de retiario. tota fugit agnoscēdus harena. Par quoddā: duo gladiatores inter se cōpositi ad depugnanduz

Ex utroq; ferro ex talis gladiatoriis utriusq; gladiatoris. In usuz: ad obsonia cibariaq; cōcidenda. Bestiariis. qui aduersus bestias pugnant bestiarii dicunt. Sene. nuper in ludo bestiariorū unus e germanis cū ad matutina spectacula praepararet: secessit ad exonerandū corpus Amianus Marcellinus: ut bestiarii obiicerentur feris.

Bestiarii.

Meredianis: meridianos uocat eos gladiatores: q hora merediana digladiabant: de qbus ait tertulianus in apologetico. risimus inter ludicras meridianorū crudelitates Mercuriū mortuos cauterio examinantē. Augustinus. libro octauo confessionū spectaculū circensium pomeridianū appellat: ppterea qd post meridiē exhiberet: erant; enim quaedā spectacula; quae matutina dicebantur; unde illud Senecae; cum ad matutina spectacula praepararetur. & Martialis; matutinarum nō ultima praeda ferarū: erant & alia spectacula; quae meridiana & pomeridiana noiabant: ex eo quod meridie & post meridiē edebantur. Meridie persederet. hoc pptet meridianos dictos quorum spectacula a meridie incipiebant, Destinatos; praeparatos & ut dici solet deputatos ad spectaculū celebrandū. Cōmitteret. uerbū est accommodatū congressibus & concertationibus; ut supra docuimus. De fabrorum numero uoluit Claudius ut non solū bestiarii destinati gladiatoresq; depugnarent: sed ut etiā fabri ac ministri ipsius apparatus cōgressibus depugnarēt. Id genus; huius generis crebra elegansq; locutio apud eruditos

Meridiani.
Pomeridianū spectaculum.
Matutinae ferae.

M. AN. Sanguinarium; humani sanguinis appetētem. Antiqui moris ut ad palum deligati darent pœnas Liuius de bruti liberis stabant nobilissimi iuuenes ad palum deligati in Nerone aliud supplicii genus explicatum a maioribus seruatum; ut nudi hominis ceruix furcae insereretur corpusq; uirgis ad necem caederetur.

Tormenta; cruciamenta ad quaestionem attinentia. Repraesentabat; omnium oculis subiiciebat. Noxiis sontibus. Opperiri expectare carnificem intellige. Prolapsos; quibus parci alioquin mos erat. Faciem uideret; quo apparet eum humana caede non mediocriter delectatum. Par gladiatorum. Ex utroq; ferro ex utriusq; gladio. In usum; edendi credo ad cibaria secanda. Bestiariis; in bestias euntibus aut ad bestias destinatis. Meridie; ut meridianis etiam horis periclitantes spectaret. Destinatos aliquo crimine ad id supplicium damnatos uel certe precio ad uenationes quaesitos. Committeret; feris repente obiiceret.

PHI. Si aut ornatus parum cessisset. i. si ea quae ad ornanda spectacula parabantur parum diligenter ab ipsis machinatoribus parata fuissent. quidam codices habēt automaton: sunt āt automata arte mechanica ita subtiliter fabricata instrumenta. ut sua sponte nullaq; apparente causa moueantur; qualia sunt horologia machinaeq; uersatiles automatū enim interpretatur ultroneum: & suae spontis: scribit Victruuius quod ad hanc pertinet sententiam: hydrauliticas machinas & aquaruz expressiones automatas a ctesibio primo repertas fuisse: ubi automata appellat mechanica instrumenta quae per semet ipsa moueantur. mors naturalis & fatalis dicitur a Demosthene αυτοματοσ θανατοσ; quasi suae spontis & nulla extrinsecus ui coacta. Aut pegma. de pegmatibus qd silenter in sublime crescebant: & per se in spectaculis surgebant copiose diligenterq; annotatum est in superioribus. illud adiiciendū uidetur. pegma esse in priuato quoq; aedificio. namq; Vlpianus titulo de fundo instructo putat pegmata esse partem domus: aitq; ea cedere in emptionē siue sint in aedificio posita siue ad tēpus detracta. machinatores a Claudio ad cōflictū cōmittebant si pegma qd per se surgere solet aut illud automaton. i. machinamentū sua sponte uersatile parū cessisset. solēt enī talia interdum deficere luxatis conuulsisq; mechanematibus.

Automata
Mors automatos
Pegma

Induxit & unum ex noméclatoribus suis sicut erat togatus.

De timiditate & diffidentia eius. ca. 35.

SEd nihil æque quã timidus ac diffidés fuit: primis im-
perii diebus q̃q̃ (ut diximus) iactator ciuilitatis: ne-
q̃ cõuiuia inire ausus est nisi ut spiculatores cum lá-
ceis circunstarent: militesq̃ uicé ministrorum fungeré-
tur: neq̃ ægrũ quẽquã uisitauit: nisi explorato prius cubicu-
lo culcitrisq̃ & stragulis prætentatis & excussis. Reliquo au-
té tpe salutatorib⁹ scrutatores semp apposuit: & qdez oibus
& acerbissimos: sero. n. ac uix remisit: ne foeminæ prætextatiq̃
pueri & puellæ cõtrectarent: & ne cuius comiti: aut librario
calamariæ: & graphiariæ thecæ adimerent motu ciuili quuz
eum Camillus non dubitans etiã citra bellũ posse terreri: cõ-
tumeliosã & minaci: & contumaci epl'a cedere imperio iube-
ret: uitamq̃ ociosam in priuata re agere: dubitauit adhibitis
principibus uiris an obtemperaret.

De timore insidiarum & gestis aliis eius. ca. 36.

QVasdam insidias temere delatas adeo expauit: ut de-
ponere imperium tentauerit. Q uodam (ut supra re-
tuli) cum ferro circa sacrificantem se deprehenso se-
natum per precones propere conuocauit: lachrymisque &
uociferatione miseratus est condirionem suam: cui nihil tuti
usq̃ esset ac diu publico abstinuit. Messalinæ quoq̃ amorem

Induxit. ad pugnam bestiarum. Ex nomenclatoribus. ex his q̃ nominatim uocant unum quẽq̃: quibus sunt
Iactantia — nomina singulorũ cognitissima. Iactator: ostentator. est enim iactantia: ut ait Augustinus in decimoquarto de
Spicula — ciuitate dei libido gloriandi. Spiculatores: spicula sunt tela missilia ferro triangulo unciarum nouem hastili pe
Spiculatores — dum quinq̃ & semis. pila prisci uocitauerunt. auctor Vegetius in secundo inde spiculatores dicti custodes reguz
corporis tacitus dilapsis spiculatoribus cætera cohors nõ aspernata concionantem. habentes Horoscopũ in de-
cima sexta parte scorpii erunt ut inquit Firmicus maternus spiculatores. Cum lanceis. tales dicuntur lancearii
Lancearii — græco uocabulo λογχοφοροι appel-
Lanceati — lantur: qui uero ictu lanceæ necantur:
hi lanceati nũcupant. Iulius firmicus
in. viii. quicunq̃ habuerint horosco-
pum in. xxi. parte tauri lanceati morié-
tur. M. Varro: & Gellius tradunt lan-
ceam non latinũ uerbum eẽ sed hispa-
Lancea, — nicum. a lancea fit diminutiuum lan-
Lanceola — ceola. legimus libro tertio regum qd
prophetæ lucorũ incidebant se lãceo-
Stragula. — lis donec sanguine pfunderent. Stra-
gulis. stragula sunt oia quæ sterni so-
lent, unde quærit iurisconsultus. nũ qd
tapetia quibus subsellia insterni solẽt
in ueste sint stragula an in supellectile
Excussis. ne scilicet subter telũ: ali-
quod occultum delitesceret. Scru-
tatores: qui explorarent & diligenter:
scrutarentur: ne cuz ferro quispiã sub
officio salutandi adiret principem: si-
Nonius — cut olim nonius eques Romanus fer-
ro accinctus fuit repertus in cætu salu-
tantium Claudiũ. Omnibus salu-
tatoribus, indifferenter habita nullius
dignitatis ratione. Acerbissimos.
scrutatores. Contrectarentur. ma-
Comes — nibus scrutatorũ. Comiti comitez
accipere debemus eũ: qui comitẽ &
sequatur inter comites sunt & pæda-
gogi: in familia sunt & librarii. Iuuena-
Theca calamaria — lis librarius archimagiri. Calamariæ thecæ. repositoria calamorum: quæ comites & librarii ferre solent: de
theca calamaria ait Martialis sortitus thecam calamis armare memento cætera nos dedimus tu leuiora para.
Graphiarium. — Graphiariæ. repositoria graphiorum. Marcialis eleganti uocabulo thecam graphiariaz appellauit graphia-
rium: in quo deceptus est martialis interpres ut alibi docuimus. Motu ciuili. motum ciuilem illum intelligito
quem scribonianus camillus concitauerat: de quo supra diximus. Citra bellum. sine bello. Contumeliosa.
plena probrorum & contumeliarum: quæ ut ait nonius grauiores sunt q̃ iniuriæ.

M. AN. Aut ornatus: sic omnes Tranquilli codices habent sed automatum legendum: quod uideo a Po-
litiano quoq̃ uiro diligentissimo obseruatum sunt autem automata machinæ ita fabrili arte disposite ut ultro ac
sine ullo humano impulsu ualeant per se moueri ut sunt horologia aut opera sponte alioquin uersatilia est enim
αυτοματον ut suide placet αυτοξλεσ ον αυτοκλυτον αυτοβουλον & ut uno uerbo dicam αυτεματοσ
est qui per se aut sua sponte aliquid facit. Cessisset: parum prospere subductum esse bestiis commisit. No-
menculatorem: qd nomenculator esset diximus. Togatus: & ob id maiori periculo obnoxius. Nihil æque
in nullo alio uitio æque ac metu & differentia notabilis. Iactator: ostentator. Ciuilitatis ciuilis modestiæ.

Spiculatores corporis custodes. Culcitris & stragulis: quibus æger cubabat. Scrutatores: qui officii gra-
tia se adeuntes scrutarẽtur an ferrum haberent ut librario librorum transcriptori: est enim librarius qui libros trã-
scribit bibliopola qui uendit. Graphiariæ: thecæ ut calamariæ dicuntur a graphiis & calamis.

Dioclicianus deposuit imperiũ. — PHI. Cedere imperio. deponere imperium Romanum: sicut olim fecit dioclicianus: qui imperio depo-
sito in uitam priuatam concessit: & in uilla preclaro ocio senuit: qui dum ab herculio & galerio ad accipiendum
imperium rursus rogaretur: tanq̃ pestem aliquam detestatus in hunc modum respondisse fertur utinam posse-
tis uisere olera nostra manibus instituta: profecto nunq̃ istud temandum iudicaretis. Principibus uiris. pri-
mariis & optimatibus. Adhibitis in consilium uocatis. An obtem. an deponeret imperium. Per pre-
Præconia ars lucrosa — cones: Mercurio preconia & precones atribuuntur: ut inquit Diodorus in. vi. bibliotecæ: preconis ars lucrosa erat
& pecuniosa: unde ait epigrammatista artes discere uult pecuniosas: preconem facias uel architectum: & ut inqt
Tutum — Quintilia. preco plus debet uoci suæ: quam orator.
Propere: festinanter & raptim. Nihil tuti: quid differat tutum a securo eleganter docet Se. in hippolito cum
ait: scelus aliqua tutum: nulla securum tulit.

Flagrantissimū:ardentissimū. & ob hoc maximū. amor eīm ardor est & ustrina potentior igne:feruentior incēdio ignis eīm ut inquit sapienter & uere cyrus apud xenophontē:urit hoīes tangētes:ast amor nō solum presentes urit uerū etiā absentes:& amica formosa accendit amatorē uel ꝓcul intuentē:ut aestuet & flagret intollerādū. merito dixit portius licinius. hoiem ob amorē non esse ignitum:sed ipsum ignem:cum:ait q̄ritis ignem ite huc:q̄ritis. ignis homo est & nos quoq; nec cōfiteri pudet satis ac super expti sumus torrentissimi amoris incēdia: q̄ te quoq; medullitus coquunt:qui iam coepisti facere stipendia & merere in amoris cōtubernio. nō est indecorū mihi crede

Amor ustrina est. Ignis hō ē. Nō indecorum est amare.

flagrantissimū non tam indignitate contumeliarū q̄ periculi metu abiecit: cū adultero Silio acquiri imperium credidisset. Quo tempore foedum in modum trepidus ad castra cōfugit: nihil tota uia q̄ essetne sibi saluum imperiū requirens.

37. De poenis ꝑ eū innocētib⁹ ꝓpter leues suspitiōes illatis.

Nulla adeo suspitio: nullus auctor tam leuis extitit: a quo non mediocri scrupulo iniecto ad cauendum ulciscendūq; compelleretur. Vnus ex litigatoribus seducto in salutatiōe affirmauit se uidisse: per quietē occidi eum a quodam. Deinde paulopost quasi percussorē agnosceret: libellum tradentem aduersarium suū demonstrauit: cōfestimq; is pro deprehenso ad poenā raptus est. Pari modo oppressum ferunt Appium Syllanū quē: cum Messalina & Narcisus cōspirassent perdere diuisis partibus alter ante lucem similis attonito: patroni cubiculum irrupit: affirmās somnisse se uim ei ab Appio illatā altera in admiratione formata sibi quoq; eandem spēm aliquot iam noctibus obuersari retulit. nec multo post ex composito irrūpere Appius nunciatus: cui pridie ad id temporis ut adesset: preceptum erat: quasi plane repsentaretur somnii fidea: accersi statim ac ori iussus est. Nec dubitauit postero die Claudius ordinem rei gestae pferre ad senatum: ac liberto gratias agere: qd̄ ꝓ salute sua etiā dormiēs excubaret.

De ira iracundia ac stultitia eius.

Irae atq; iracundiae conscius sibi utrumq; excusauit edicto: distinxitq; : pollicitus

inclyte Annibal Bētiuole amare: & ueneris tenere bigas:sed si amoris impotentia regi si affectus ille ferocissimus cohiberi posset: saluberrimū mehercle foret id facere:qd̄ monet plautinus seruus bonū est pauxillū amare sane: insane nō bonum est amemus itaq; si modo fieri potest sane. sit quoddam ueluti tēperamentū inter affectiones impotētissimas:ne inuiti nimis distrahamur:scis eīm imo scimus amorem melle esse felleq; cōditum: qui gustu tantū dulce dat:cū amarū ad satietatē usq; aggeret. Indignitate cōtumeliarū. ꝓpter stupra & adulteria:q̄ passim exercebat adeo ut ipsa impare nō imperatori nupta esse uideret ut scri. Sextus aure. Aegri im. credidisset. tradit Cor. tacitus Clau. audito uxoris Messalinae & silii matrimonio perturbatū fuisse tanto pauore:ut idētidē interrogaret an ipse imperii potens an silius priuatus esset. Scrupulo: solicitudine. scrupus ē ꝓprie lapillus breuis qui pede pssus sollicitudinē creat: q diminutiue dr̄ scrupulus:uñ est illd̄ puerbialiter ꝓlatum apud Terentiū iniecí scrupulū: & apud apulei iniecto nō scrupulo sed lancea. alias scrupulus pōdusculū est:ex tribus scrupulis drachma cōficitur:ut docet Pris. cum ait in scrupulis trinis drachma ʒ. inde aduerbiū fit scrupulati: sicut ab uncia unciatim Pli. in. xxii. scrupulatim quidem colligere:ac miscere uires non coniecturae humanae opus sed impudentiae est. Seducto.s. Claudio seorsum ducto & seuocato:ne cum illo colloquens exaudiri posset. Persi. q̄ nisi seductis nequeas cōmittere diuis. Libellū. supplex libellus significatur:unde a libellis dictus is:qui huic officio praeerat. Aduersarium demonstrauit:tanquam is esset ille:a quo per quietem uidisset claudium occidi. Pro deprehenso:tanquam in ipso crimine manifestario deprehensus foret. Appium syllanum:hunc supra Claudii cōsocerum appellauit:erat enim pater syllani cui octauiam filiam Claudius desponsauerat. Perdere. extinguere: necare. Ater. narcisus. Patroni:Claudii sunt enim patronus & libertus nomina ad aliquid:quae relatiua dialectici uocant. Altera. Messalina

Amor melle & felle cōditus. Scrupus. Scrupulus Drachma. Scrupulatim. A libellis.

M. AN. Principibus uiris utriusq; ordinis primoribus. Publico:in publicum prodire nō est ausus. Cōtumeliarum:quibus ab ea fuerat affectus. Periculi metu:ne a Messalina & silio sibi capitales parentur insidiae. Auctor leuis & iecirco nulla fide dignus. Seducto:in secretū colloquiū adducto. In salutatione in salutationes officio. Percussorē:quē se per quietē uidisse mentitus erat:ꝓ deprehenso quasi manifesti sceleris conuicto.

PHI. Formata. composita ut admirari maxime uideretur somniū narcisi ueluti hoc idem ipsa somniasset. Eandē speciem. uisionem. Obseruari:in somniis occurrere: Ex cōposito. ita eīm messalina & narcisus cōposuerant:ue id horae adesse deberet appius syllanus. Representaret. i. presens exhiberet:& certa esse cōprobaretur. Accersi. euocari. Liberto. narciso. Excubaret:sicut excubitores uigillando excubandoq; tutatur principem:ita narcisus dormiēs uidebatur excubare ꝓ salute principis:dū in somnis sōniat uel sōniare se fingit cōducētia ad uitam claudii tutandā. e cōtrario insomniū attulit pniciē illustri equiti romano:tanq̄ secūdū quietē uidisset claudium pampinea corona. uel ut alii ꝓdidere spicea corona euinctū spicis retro cōuersis. adeo illo tpe nō solum uigiliae sed etiam somnia erant pestifera & exitialia tam sua q̄ aliena tam uera q̄ commentitia. Irae atq; ira. inter irā & iracūdiam differentia haec est:quod ira ex causa iracūdia ex moribus uitioq; multum irascētis. sicut docet donatus: Se. quoq; li. i. de ira sic scriptū reliquit:ira quo distet ab iracūdia apparet:quo ebrius ab ebrioso:& timens a timido iratus potest esse non iracundus. iracundus pōt aliquando iratus non esse.

Somnia exitialia. Ira. Iracundia.

Alteram bre.i.iram q̃ breuis furor est:cuius impetus ut inquit Sene.cõtatione frangitur:q̃ ut ciceronis finitiõe utar:libido est puniendi eius:qui uideatur læsisse iniuria:quidã ex sapientibus iram dixerũt esse breuẽ insaniam. Alterã.iracundiã:quã pipatetici cotẽ fortitudinis eẽ dicunt. Subeunti ty.iter facienti per aquas tyberinas.

Hostienses
Hostiensibus ab hostia ciuitate in ripa tyberis cõdita hostiẽses nũcupati. Scaphas.nauiculas. Correptis:Castigatis seueritate castigatoria. In or.se.coactum.in ordinẽ coacti & in ordinẽ redacti dñr:qui cõtẽptui sũt & despicatui. Pris.li.xviii.in ordinẽ redactus ẽ hoc est inter uiles & abiectos numeratus. Liui.trib.plebis in ordinem redacti p̃ cõtẽptissimi habiti sunt hoc græce dr̃ ευκυκλιοσ αυερ οτοιυτοσ εττιν. Tantomodo uetus codex habet Tantũnõ satisfacientibus:ut dictũ sit ex eloquutione antiquorũ:qualis est illa apud Siliũ tantũnon strictis mucronibus.quod significat etiam & iam tũ:cui simile ẽ etiãnũ:sup qua p̃ticula in superioribus satis multa nescio an consimilis sit apud Plini eloquutio sic scribẽtẽ in.xxxv.tantũq; nõ cum laureatis fascibus remitti illo uñ cretatis pedibus aduenissent. Satisfacientibus:satisfacere est tantũ facere quantũ satis sit irato ad uindictam Scribã quæsto.q fuerat scriba q̃storis:nãq; q̃stores q p̃erãt ærario scribas habebant:quorũ ministerio utebant: olim cato cum esset q̃stor scribas:qui prius domini esse uidebantur:ministrorum locum tenere coegit:& quosdam parum diligentes ab officio scribarum reppulit. Inauditos:iniquũ est hominẽ inauditũ indicta causa dãnare:sed iniustius est dãnare innoxiũ & innocentẽ:qd̃ dũ facit Clau.peccat duplici genere improbitatis.

In ordinẽ coacti. In ordinẽ redacti. Tãtũnon. Satisfacere. Scribæ q̃storii.

alterã quidem breuẽ & innoxiã:alterã nõ iniustã fore. Hostiensibus qa sibi subeunti tyberini scaphas obuiã nõ miserint grauiter correptis:eaq; cũ inuidia:ut i ordinẽ se coactũ cõscriberet:repẽte tãtũnõ satisfaciẽtib⁹ ueniã dedit. Quosdã in publico parũ tẽpestiue adeũtes manu sua reppulit Itẽ scribã quæstoriũ.itẽq; pretura functũ senatorẽ iauditos & innoxios relegauit:quod ille aduersus priuatũ se intemperãtius affuisset:hic in ædilitate inquilinos prædiorũ suorum cõtra uetitũ cocta uẽdẽtes mulctasset: Villicũq; interueniẽtem flagellasset:qua de causa etiã coertionem popinarũ ædilibus ademit. At ne stultitiam quidẽ suam reticuit: simulatã q; a se ex industria sub Caio: quod aliter euasurus peruẽturusq; ad susceptam stationẽ nõ fuerit:quibusdã oratiunculis restatus ẽ:nec ante p̃suasit q̃ intra breue tempus liber editus sit:cui index erat μωρων επαναστασισ. Argumentum autem stultitiam neminem fingere.

De obliuione & aliis gestis eius. cap. 39.

INter cætera in eo mirati sũt hoies & obliuionẽ & incõsiderãtiã uel ut græce dicã μετεωριαν και αβλεψιαν occisa Messalia paulo postq̃ i triclinio decubuit:

Ille scriba q̃storius. Aduersus pri.se priusq̃ impio potiret. Affuisset.adesse dicitur aduocatus qui causã cuiuspiã defendit aduersus alterũ:Pliñ.in.iii.episto.aderã ingt beticis mecũq; L.albinus:idẽ in.ii.ego & Cor.tacitus adesse p̃uincialibus iussi. Hic senator quæstorius. In ædi.mul.olim erat ædiliũ hoc in primis puniri eos q uenderẽt cibaria cocta cõtra legẽ:græci agoranomos appellãt. Inq̃linos p̃diorũ:inquilini dñr:q alienas ædes alienaq; prædia ex cõducto incolũt:Ciceronẽ inquilinũ Catilina per opprobriũ noiabat tanq̃ alienũ domiciliũ incolentẽ:qui inquilinis cœnacula locant habitanda elegãter dicũtur a iuris con.facere cœnaculariã:prædia aũt tã urbica q̃ rustica dici testantur iuriscõsulti:scribentes de seruitutibus prædiorũ urbanorum & rusticorũ:prædia quoq; dici bona demõstrat Pedianus Asconius. Villicũ:de officio uillici titulus ẽ apd̃ Catonẽ ẽ aũt uillicus:uillæ gubernator:unde & a uilla uillicus nomẽ accepit ut docet hieronymus:qui enarrãs qd̃ sit uillicus iniqtatis in euãgelii parabola:tradit uillicũ p̃ dispensatore accipi quẽ græci uocant œconomon.

Adesse. Agoronomi. Inquilini. Cœnaculariã facere. Prædia. Villicus Occonomon.

M.AN. In admiratione forma:atq; in admirantis speciem simulatoq; stupore defixa. Eandemq; speciem quã narcissus sibi aduersatam dixerat. Excubaret:per quietem etiam de sua salute esset sollicitus. Alterã:iram qui omnium affectuum unus ut Se.ait mentem præcipitat quum cæteri trahant. Alteram:iracundiam quã græci μηνιν uocant:estq; ut stoici nolunt inueterata ira:& plena odii ulciscendi tempus obseruans. In ordinẽ se coactum.i.nullam sui tanq̃ priuati ciuis rationem habitam. Satisfacientibus:inuidiam de præcantibus petentibusq; ueniam. Affuisset:Plinius iunior aderam Arulenillæ idest Arulenillæ causam agebam.

PHI Coercionẽ popinarũ:ius potestasq; coercendi luxum popinalẽ & obsonia popinarũ gancata erãt penes ædiles:sed Claudius indignatiõe prouocatus ædiles priuauit hac potestate:ne talis coertio punitioq; p̃tineret ad ædilis officiũ. Simulatã sub Caio:in hoc uideri potest imitatus esse brutũ:qui ut ingt Oui.erat stulti sapiẽs imitator ut esset tutus ab insidiis dire supbe tuis:de quo Liui.hæc:Brutus ex industria factus:ad imitationẽ stultitiæ bruti haud abnuit cognomẽ:ut sub eius obtẽtu cognominis liberator ille po.Ro.animus latens apiretur tpe suo. Susceptã stationẽ.i.impii.Lucanus te cũ statiõe pacta astra petes serus. Editus.publicatus. Index:titulus μωυρυ επαναστασισ.i.stultorũ insolẽtia:alii codices hñt μωρων αναστασισ.qd̃ magis placet:qd̃ interpretat stultorũ resurrectio tãq̃ Claudio q stultissimus erat iperãte facta sit stultorũ quædã q̃si resurrectio uel insolẽtia. Stultitiã neminẽ fingere hoc erat argumẽtũ materiaq; libri editi:tanquã nemo stultitiã fingeret:stoliditas eñi ut ingt Sidonius brutescit:cõtra legimus apd̃ Senecã:quẽadmodũ Gallus rubius ad insaniã nõ casu ceciderit; iudicio puenit:q dũ insanos imitat̃ & stultitiã fingit:ad uerũ redegit:qd̃ simulabat. μετεωριαν.meteoros græce dr̃ sublimis subleuatus & stolidus:& meteoria sublimitas speculatioq; sublimiũ pariterq; stoliditas. αβλεψιαν ablepsia interpretatur cœcitas & inconsiderantia. Requisiuit:hoc ad obliuionem Claudii referendum:qui uelut oblitus Messalinam suo iussu occisam fuisse quæsiuit cur in conuiuium non ueniret.

Brutus. Anastasis. Stoliditas brutescit. Gallus rubius. Qui simulabat insaniã isanus factus. Meteoros. Meteoria Ablepsia.

Domina: ita Claudius appellabat Messalinam coniugem: uidelicet imitatus grecos: qui uxorem dicunt Δεσποιναν idest dominam: in quem sensum existimat Seruius dici posse illud Maronianum: hi dominã ditis thalamo deducere adorti. Postero die: postridie eius diei: quo damnati ad supplicium fuissent. Ad aleæ lusũ: tanquã suos collusores ut secum aleam luderent: cuius studiosissimum fuisse Claudium ante dictum est. Somniculos: somni plenos & ignauiæ: interdum somniculosus dicitur non qui somno indulget: sed qui somnum conciliat habetq; uim somnificam: Cinna aspidem uocat somniculosam: non q ipsa dormiat: sed quod ui somnifica Domina. Somniculosus.

cur domina non ueniret requisiuit. Multos ex his: quos capite damnauerat: postero statim die & in consilium & ad aleæ lusum admoueri iussit: & quasi morarentur ut somniculosos per nunciũ increpuit. Ducturus cõtra fas Agrippinam uxorem non cessauit omni oratione filiam & alũnam & ingremio suo natam atq; educatam predicare. Adsciturus in nomen familiæ Neronem: quasi parum reprehenderetur q adulto iam filio priuignum adoptaret: identidem diuulgauit: neminem unquam per adoptionem familiæ claudiæ insertum.

De sermonibus & orationibus eius.

Sermonis uero rerumq; tantam sæpe negligentiam ostendit: ut nec quis: nec inter quos quoq; tempore ac loco uerba faceret: scire ac cogitare existiaretur: Q uum de laniis: aut uinariis ageretur exclamauit in curia. Rogo uos quis potest sine offula uiuere. Descripsit abundantiam ueterum tabernarum: unde solitus esset uinũ olim & ipse petere. De quæsturæ quodam candidato inter causas suffragationis suæ posuit: quod pater eius frigidam ægro sibi tẽpestiue dedisset inducta teste in senatu hæc inqt:

homines percussos necat. Contra fas: quia coniugia inter patruos fratrũ q; filias nefaria sunt & incesta.

Alũnam & ingremio suo educatam: dicit iupiter apud Apuleium: cupidinẽ manibus meis alumnatus sum.

In nomen familiæ: Claudiorum. s. & Neronum. Adsciturus neronẽ. pallas libertus auctore tacito stimulauit Claudium ut adoptaret domitiũ Neronem: tanquam partem curarum capesciturum: qui euictus pallantis psuasione biẽnio maiorem natu domitium filio britannico anteponit: habita apud senatum oratione in eundem quem a liberto acceperat modum.

In nomẽ familie domitius per adoptionem in familiam Claudiã & nomen Neronis transiuit. Priuignũ: domitium Agrippinæ filium ex domitio priore marito. Identidẽ: frequenter. Neminem per adoptionẽ ex hoc manifestaria fit Claudii inconsiderantia: qui domititum priuignũ adoptauit: cum nulla ante illam adoptionem in familia Claudia adoptio fuisset: & id ipsemet palam testaretur: in hanc sententiam ait Tacitus: annotabant periti nullam ante hanc adoptionẽ inter Claudios patritios reperiri: eosq; ab Appio Claudio continuos durauisse. Sermonis negligentiam: Cicero & Ambrosius in libris officiorum præceperunt seruandum esse decorum etiam in sermone: nã inepti illi maxime sunt qui rationem non habent neq; temporis: neq; illorum quibus cum loquuntur: neq; pensitant quid ipsos deceat.

M.AN. Coertionem popinarum: ius & potestatem quam in popinas habuerat & hæc ad iracundiam referas. Stationem: satis quidem uerecunde imperii administrationem stationem appellauit. μωρων αντιγασις stultorum contrarietas insolentia. μετεωρισμος και αβλεψια eleuationem & inconsiderationem. Ineptl

Domina: Messalina coniunx. Sõniculosos: somno & desidiæ deditos hæc q ad obliuionem attinent: q sequuntur ad inconsiderationem. Filiam alumnam: quæ nomina inuidiam sceleris non parum augebant.

Adulto filio: britannico. Insertum ascitum qua propter ualide admoneri potuit ne id faceret.

PHI. Laniis: lanionibus hi præsunt laniadis carnibus meminerunt iuriconsulti de instrumento lanionis in superioribus explicatum est quid differant lanii a macellariis. Vinariis: uinarii sunt uini uenditores: apud Plautum in asinaria mendo fit uinarii exerambi: scribit Aelius Lampridius Alexandrum Romanum constituisse corpora uinariorum & caligariorum & omnino omnium artium. Cicero in oratione pro fonteio facit mentionem de uinario crimine instituto q; uini portorio. Sine offula: hoc propter lanior dictum est: sunt enim offulæ frusta uelut librali: in quæ caro conciditur. Columella scribens de salsura suillæ carnis ait: deinde offulæ carnis spissæ componuntur & alternis sal ingeritur: prisci offam penitam uocauerunt porcinum frustum cum cauda. Tabernarum scilicet uinariarum: & hoc ad uinarios referendum est: Romæ fuit uicus dictus sobrius; quia in eo nulla fuit taberna uinaria. Q uæstore candidato: elegantior lectio est quæsturæ candidato: & accipitur pro petitore magistratus illius. quæ quæstura nominatur. Suffragationis: fauoris siue fauentiæ ut utar uocabulo Cypriani Lanii Vinarii. Offulæ. Offa penita. Vicus sobrius. Fauentia fauor.

Tempestiue: nihil est inquit Seneca in morbis magis periculosum: quam immatura medicina. sicut econtrario nihil salutarius medicina tempestiuiter data. Iuxta illud Nasonis: temporibus medicina ualet: data tempore p sunt: & data non apto tempore uina nocent. Frigidam: aquam: Martialis: frigida non deerit: nõ deerit calda petenti: scribit Celsus quod Petro medicus febricitantem hominem: ubi acceperat multis uestimentis operiebat: ut calorem ingentem sitim q; simul excitaret: deinde ubi Paulum remitti ceperat febris: aquam frigidam potui dabat: & si mouerat sudorem explicuisse se ægrum indicabat: si non mouerat etiam plus aquæ frigide ingerebat.

Inducta teste: hoc contra leges factum uidetur: quæ a dicendo testimonio fœminas excludunt: nisi fuerit crimen læsæ maiestatis: tunc enim mulieres audiuntur: & coniurationem catilinæ Fuluia mulier detexit. & M. Tullium consulem indicium eius instruxit. Frigida aqua pro medella.

Matris meæ liberta:uerba sunt principis inconsiderati & fatua intempestiuaq; loquentis nõ seruato dignita-
Ornatrices tis decoro. Ornatrix:græci ornatrices cosmetas appellant:qua dictione usus est Iuuenalis illo uersu:ponũt cos
Cosmetæ. metæ tunicas:scribit Celsus iurisconsultus ornatricibus legatis eas:quæ per duos tantum menses apud magistrũ
fuerunt:legato non cedere:alii uero eas cedere tradiderunt:in famulatu matronarum fuerunt etiam ancillæ custo-
Vestispicæ des uestium uestispicæ dictæ:ab eo quod uestem spiciant.i.uestimenta dominæ custodiant. Afranius noui nõ in
sciam ancillulam uespere:& uestispicam. Me patronum:cum patrona illius esset Antonia Claudii mater.

matris meæ liberta & ornatrix fuit:sed me paronum semper existimauit hoc ideo dixi : quod quidam sunt adhuc in domo mea:qui me patronum non putant. Sed & pro tribunali hostiensibus quidam publice orãtibus:quũ excanduisset nihil habere se uociferatus ẽ:quare eos demereatur. Si quẽ alium & se liberum esse. Nam illa eius quotidiana & plane omnium horarum & momẽtorũ erant:quid ego tibi. Theogonius uideor? & λογιωτατοσ? multaq; talia etiam priuatis deformia:nedum principi neq; infacũdo:neq; indocto: immo etiam pertinaciter liberalibus studiis dedito.

De libris & opusculis per eum editis. cap. 41.

h Istoriam in adolescentia hortante Tito Liuio Sulpirio uero Flauo etiam adiuuante scribere aggressus est:& quum primum frequenti auditorio commisisset ægre perlegit refrigeratus sæpe a semetipso:Nã quũ initio recitationis defractis compluribus subselliis obesitate cuiusdã risus exortus esset ne sedato quidẽ tumultu temperare potuit: quin ex interuallo subinde facti reminisceretur : cachinnosq; reuocaret. In principatu quoq; & scripsit plurimum:& assidue recitauit per lectorem. Initiũ autẽ sumpsit historiæ post cædẽ Cæsaris dictatoris:sed & transiit ad inferiora tempora cœpitq; a pace ciuili:quũ sentiret neq; libere:neq; uere sibi de superioribus tradendi potestatem relictam correctus sæpe & a matre & ab auia. Prioris materie duo uolumina : posterioris unum & quadraginta reliquit.

Me patronum non putant:ex hoc satis indicabat se apud suos libertos eẽ despicatui. Pro tribunali:ex hoc liquet quanta fuerit in claudio negligentia: qui ex quo loco uerba faceret minime cogitabat. Quiddam:nescio quid neutro genere dictũ. Ex-
Excandescentia thymosis. canduisset:per excandescentiam indignatus esset; est enim excandescentia ira nascẽs & modo desistens quæ thymosis græce dicitur. Eos demerea-
Demereri. tur:beneficio sibi obligeret:demereri enĩ est beneficium præstare. Quĩtilianus simul ut pleniore obsequio demereretur amantissimos mei. Si quẽ alium: eloquutio est frequẽs : ut ita dicamus; ego liber sum si qui alius? significare uolentes nos esse liberos ; prout quis-
Telogonius. piam alius liber reperiri possit. Telogonius:interpraetatur nouissimo loco natus & ob hoc humilis & inglorius: quidã codices habẽt. Theogoni-
Theogonius. us tãquam per interrogationẽ diceret Claudius: se uideri ex diis genitum: hoc enĩ significat Theogonius:quod uidetur quadrare cum sequente clausula:quæ interpraetatur decens loquutor: uel λογιωτατοσ. idest eloq̃ntissimum. Neq; infacundo:duo erant in Claudio in primis expetenda uidelicet facundia & doctrina; cum nõ pauci sint diserti quidẽ sed parum docti: uel contra eruditi citra facundiam:uidenturq; hæc posse se iungi:ut ab aliis doctrina rerum:ab aliis facundia uerborum expetatur. Pertinaciter:perseueranter cum laude dictum est.

M.AN. Nec q:aut inter quos quoue loco ac tpe:oia breuiter collegit quæ sũt in pmis oratori spectãda & quę Plato uir summus diligẽter ab eo q dicturus sit cõsiderãda censuit. Offula obsonio:carnis frustulo. Inducta testeut testimoniũ diceret. Matris meæ Antoniæ. Ornatrix quæ capillũ uestẽ que ornabat. Iuue. cõponit crimen laceratis ipa capillis nuda humeros psecas in fœlix. Telogonius:pcul natus. Neq; infacũdo:principi.
Indocto litterarũ & rerũ impito ut pspicuũ:si talia oia demẽtia & stoliditate nõ rerum ignorantia accidisse.

PHI. Hortante Liuio. merito pnceps historicorũ hortator erat claudio ad historiã scribẽdã qs enĩ melius ac psuasibilius impellere atq; extimulare põt ad historiã cudendã:q̃ ille:qui ẽ pater historiæ:qs ad eloquẽtiã capescendã:q̃ pnceps eloquẽtiæ. Sulpitio adiuuãte:queadmodũ Lelius dictus est adiuuisse terentiũ in comœdiis scriptitãdis:ita sulpitius flauus adiuuit claudiũ in historia cõponẽda:fuitq; illi pro adminiculatore.sicul etiã Ci-
Tyro adminiculator ciceronis. cero tyrone liberto in studiis litterarũ usus esse fertur adiutore adminiculatoreq;. Cõmisisset. quasi in certamine litteratorio & in cõmissiõe historicorũ. Perlegit:usq; ad finẽ legit. Refrigeratus:hebetatus relẽtescẽs. Ob-
Obesus. esitate:pinguetudine & corpulentia:obesũ p pingui uberiq; accipit:q̃uis Neuius obesũ dixerit pro exili atq; gra-
Cachinnus. cilento. Subinde:frequẽter. Facti:quo.s.detractũ erat subselliũ ppter obesitatẽ corpulẽtioris auditoris. Cachinos:risus solutiores:q sũt reprẽsibiles:unde ait Seneca:sit risus citra cachinũ. In pncipatu:dũ princeps esset.
Anagostes Per lectorẽ græce dr anagnostes:qua dictione usi sũt idẽtidẽ latini cõditores:scribit Cornel. nepos Põponium Atticum in familia habuisse litteratissimos anagnostas. Post cœdẽ cæsaris:a morte Cæsaris dictatoris auspicatus est initiũ historiæ scribẽdæ. A pace ciuili:pacẽ ciuilẽ intelligit:quæ imperãte Augusto facta est tumultibus urbanis ex omni parte tranqllitatis. Potestatẽ relictam:ante imperatores Cæsares memorabantur res po.
Veritas infracta. Ro.pari eloquentia & libertate:sed postq̃ omnis ad unum potentia cõferri cepta est:magna illa ingenia cessere: & ut inquit Corneli. Tacitus:simul ueritas pluribus modis infracta ẽ:maxie libidine assentandi interdũ odio aduersus dnantes. A matre:antonia. Ab auia:Liuiæ augustæ:qd si de auia materna libet sentire significabit octauia Augusti soror. Prioris materiæ de historia scpta a cæde Cæsaris. Posterioris:materiæ quã cœpit a pace ciuili.

moriatur:ex quo colligimus illis quoq; sanctis temporibus fuisse fœminas impudicitia obscœna pollutas:appetentesq; præ nimia libidinis uredine coitus belluini:ut uerum uideri possit matronam summatem sitienter appetiisse concubitũ cum Apuleio in asinum deformato:sicut ipse festiuiter denarrat. M.AN. Ad ferrum: ad gladiaturam:Iu.ferrum est qđ amant. Fortunæ & existimationis integræ q.d.neq; inopia compulsos neq; ulla ad id tẽpus ignominia notatos. Ex eisdem ordinibus:senatorio & equestri. Iu. Populi frons durior huius. Qui sedet & spectat triscurria patritiorum planipedes audit fabios ridere põt qui Mamercorum alapas. Quanti sua funera uendat. Quid refert uendunt nullo cogente Nero.Nec dubitant celsi pretoriis uendere ludis unde colligitur.Nerone cogente pricios in arenã ꝑductos quum Tranquil.premio & illecebria a nerone allectos innuere uideatur cui eo libentius quã satyro accedo quo ambitiosus Nero.studium in oĩm ordinum fauore sibi conciliando ab initio sui principatus fuit. Marina aqua:in uaticano fuit naumachia illa ut Cor. docet:nec multo post magna pars eius mortis naumachia dicta est. Pyrrhicas:saltationes. Diplomata: tabellis sunt enim diplomata pugillares seu tabellæ qbus litteræ scribi consueuere qđ ipsa tõ uoĩs demõstrat; Græci diplon duplũ dicunt.

Pasiphaen:tanq̃ pasiphaẽ. Vir. Exultat Amazõ:id tragici cõcubitus argumẽtũ sub Domitiano representatum ũr;Mar.signãre:iunctã pasiphaen dictæo credite tauro: Vidimus accepit fabula prisca fidẽ fuit illa Minois uxor captaq; tauri amore cum eo cõcubuit:uñ Minotaurus ortus Vir. Et fortunatã si nunq̃ armenta fuissent pasiphaen niuei solatur amore iuuenci & rursus. Veneris monumenta nefandæ Minotaurus inest philocorus uirũ fuisse scri. apud minorẽ potẽtia & uiribus insignem quẽ Thes. certamine uicerit eũ rumor erat cum pasiphae concũbere.

PHI. Icarus decidit:nullus uel mediocriter litteris triuialibus imbutus ignorat historiam siue fabulam icari dædalei:quam scribit Oui. in.ii.de arte & in.vii.metamorphoseos Diodorus in.v.bibliothece refert dædalum minoia iram formidantem ex insula creta effugisse auxilio pasiphaes nauem ad effugiẽdum accommodãtis:post dædalum icarus quoq; filius fugiens cum insulam quandam peteret in mare decidens periit:a cuius nomine insula dicta est icaros:& mare icarium nuncupatum:fabulæ:tradunt dædalum ala summa arte fabricasse:quas cæra compactas sibi filioq; annexuit:sed icarus dum per imprudentiam altius iter adolescens peteret solis æstu cæra liquescente laxatisq; alarum iuncturis in mare decidit. Dædalus ad Siciliam peruenit incolumis: auctor est Plinius uela nauium ab icaro inuenta fuisse:malum uero & antẽnam a dædalo:qui fabricam quoq; materiariam primus inuenit:& in ea serram asciam glutinum terebram & perpendiculum, igitur icarus inductus in fabula ex argumento pyrrhicæ decidit non tam simulato lapsu q̃ uero casu. Ipsum:Neronem. Eius:neronis.

Icaros ab icaro
Icarium mare.

Perraro p: æsidere:consueuerat:qui præfecti sunt spectaculorum hi præsidere dicuntur:Nero raro præsidendi officio fungebatur;sicut etiam Augustus solebat substituere:qui suam uicem præsidendo in spectaculis fungerentur. Toto podio:podium pulpitum esse significat Victruuius in.v.de architectura:cuius altitudinem perscribit:quod autem ex podio ludi spectarentur satis indicat uel ille Satyrici poetæ uersus: omnibus ad podium spectantibus:scribit Spartianus in seuero:quod die circensium uictoriola gypsea uento icta de podio stans decidit & humi constitit. Quinquẽnale certamen:ut singulis quinquennis certamen triplex hoc est musicorum gymnicorum & equestre exhiberetur: sicut apud græcos exhiberi quinquenalia ludicra solebant; unde scribit. Strabo in.v.geographiæ neapoli agona quinquenalem musicum & gymnicum complures per dies celebrari solitum; qui agon illis certaminibus sacris erat æmulus;quæ per grætiaʒ clarissima celebritate geruntur. Corne. Tacitus de hoc certamine neroneo instituto sic scribit Nerone quartum Cornelio cosso consulibus quinquenale ludicruʒ institutum est ad morem græci certaminis.

Podium
Quinquẽnale.
Ludicrum

Neronea:a nomine suo neronea certamina quæ quinquenalia instituerat dici uoluit. Thermis. Eusebius cronographus:thermae inquit a Nerone ædificatæ;quas neronianas appellauit de quibus epigrammatarius poeta quid Nerone peius;quid thermis melius neronianis;& Papinius in silua thermas neronianas significat; scribens neronea nec si modo lotus in unda hic iterum sudare neget. Gymnasio. Corne. Tacitus: gymnasium eo anno dedicatum a Nerone. Oleum præbuit:oleum a Nerone præbitũ equiti ac senatui græca facilitate scribit Cornelius tacitus;apud quẽ mendosa dictio est namq; pro oleum passim legitur olerum;quod autem oleo uterentur gymnasio luctatores & gymnasticam exercentes abunde docet uel ille uersus Maronianus. Exercent patrias oleo habente palestra• nudari socii:& Pli.noster eleganter de oleo scribens in.xv.dixit usum eius ad luxuriam uertere: græci uitiorum oĩm genitores in gymnasiis publicando. Quintilia:palestricos damnat quibus pars uitæ in oleo pars in uino consumitur;qui corporũ cura mentẽ obruerunt:Seneca quoq; in epistolis moralibus ait luctatores &

Thermæ neronianæ
Oleum ad gymnasiũ.
Palestrici

sorte pretorũ deinde in orchestram senatumq; descendit: & orõnis quidé carminisq; latini coroná de qua honestissimus quisq; cõtenderat: ipsorũ cósensu cõcessam sibi recepit. Cythare aũt a iudicibus ad se delatam adorauit: ferriq; ad augusti statuã iussit. Gymnico quod in septis edebat inter buthysiæ apparatum barbam primam posuit conditam in auream pyxidem & præciosissimis margaritis adornatá capitolio cõsecrauit. Ad athletarũ spectaculũ inuitauit & uirgines uestales: qa olympiæ quoq; Cereris sacerdotib⁹ spectare cõcedit.

De Tyridate rege per eũ recepto & eius spectaculo.

totam oleo & luto constantẽ scientiã expelle: cur autem oleo uterentur causa esse uidetur: quia oleo natura est tepefacere corpus & cõtra algores munire: hunc dixit idem Plini. in. xiiii. omni oleo mollitur corpus uigorem & robur accipit: idem ait in. xiii. duo sunt liquores corporibus humanis gratissimi intus uini foris olei. Sorte pretorum: sensus est certamini neronico præposuit Nero consulares moderatores ea sortitione qua pretores spectaculis preesse consueuerunt: in libro annotationum docuimus: & alibi apud Tranquillum explicauimus: quéadmodum ad officium pretorum pertinebat exhibitio spectaculorum: quidam codices non sorte habent: sed sede quod placet ut sit sensus: prefectos ludi neroniani sedisse in his sedibus in quibus prætores qui presunt ludis sedere cõsueuerant: qui sorte redemptorum legunt in libros de corruptis exemplaribus factos inciderunt neq; ex tali lectione non solum uerus sed nec quidé uerisimilis sensus elicitur.

M.AN. Icarus: de pẽnis & casu icari notissima fabula: Oui. p̄libus carminibus est rẽ executus. Iu. & maRepercussum puero fabrũq; uolantẽ. Eius: neronis. Raro: presideret ut tunc quoq; haud præsedisse intelligas. Accubãs: & idcirco iuxta cubiculũ dixit. Toto podio: unde spectabat. Iu. Et omibus ad podiũ spectãtibus. Adaperto: patefacto. Dedicatis thermis: post thermarũ dedicationẽ Spartianus in ea parte urbis Neronis thermas fuisse ait ubi postea alexandrinæ thermæ fuerunt circa Eustachii ædem & flaminium circum siue agonem Oleum & ad thermarũ in qbus erant balnea & in palestræ usum: Quod in balneis ungerent. Iu. Carmen demonstrat: ppter qd Romæ quũ boccare nemo lauatur quũ de oleo interim loqueretur in palestra quoq; ungi solitos. Lucanus plane significat pfundit mẽbra liquore hospes olympiacæ seruato more palestræ. Sorte redẽ. uel redẽptoribus ludorũ sortitionẽ habẽtibus q consulanbus certamini preponi deberẽt: uel iidem consulares q ludorũ redẽptores essent inter se sortiri quis eorum ludis presideret. In orchestram senatumq; .i. in consessum patrum q ex orchestra spectabunt quid in theatro orchestra esset supra significauimus sed uide ne scœnam sit potius legendum: ut sit ordo & sensus per orchestram in scœnam eloquentia certaturus descendit.

PHI. Orationis carminisq; latini: hoc satis ostendit musicum certamen: non minus ad poetas oratoresq; eẽ referendũ: q̃ ad cytharistas: in quo corona uictoriæ Neroni ipsi perinde ac uictori cõcessa fuit consensu decertantium: de quo hæc Tacitus: eloquẽtiæ nemo prias tulit: sed uictorẽ esse Cæsarem pnũciatũ. Cythare: extrinsecus subintelligendũ est coronã: de qua sic scri. Euse. Nero Romæ in cytharistarũ agone contendens cunctos superat.

Septa agrippina.
Buthysia.
Bupedes
Bulimos
Correctus locus grãmatici.

Gymnico: certamine in quo nudati corpora exercebant. In septis: septa in campo martio fuisse supra docuimus: quibus porticus addidit agrippa: unde agrippina septa a doctis noiant. Buthysiæ: apparatũ buthisia dictio græca est significatq; magnũ sacrificiũ: qualis est hecatombe & imolatio maiorũ hostiarũ: græci.n. rebus magnis assueti sunt preponere hãc particulã. bu. a magnitudine .s. bouis & maiestate sicut Festus Põpe. & M. Var. pdiderũt: inde grandes pueros bupedas appellant: bulimon magnã famẽ busicon ficũ mariscã; corrigenda est obiter dictio mẽdosa apud Festum Põpe. nã marescã ficũ in oibus pariter codicibus a doctis indoctisq; perinde legitur: cum legendum sit mariscam ficum: etenim p diuisionem dictionum perperam factã qd erat primæ dictioni copulandũ id i sequẽtẽ pclinter trãslatũ est corrupto & uerbo & sensu: uult.n. significare Festus: busicon a græcis dici mariscã ficumq; haud dubiæ magna erat & grandis: unde senetio ille declamator: q oia grandia pbabat

Marisca ficus
Thysia.
Buthytæ
Porphirius oppugnator christianorum

ficos nõ edebat nisi mariscas: quia .s. grãdes sunt: sed ut ad buthysiã reuertamur græci thysiã dicunt sacrificium & preponentes bu. signãt magnũ sacrificium: & Plutar. buthytas appellat sacerdotes: ubi ait in apophtegmatis q Agesilaus erat εφεσ τοσ βουτυτων hoc est prefectus buthytarũ .i. sacrificantium: autumat Porphi. ille christianæ sectæ oppugnator acerrimus thysiã: ideo dici sacrificiũ: quia ex herbis antiquitus sacrificabant: a quarum exhalatiõe quã græci thymiasin dicunt: thysiã quoq; deriuari asserit: subiungitq; nõ recte thysiam capi pro illo cultu atq; sacrificio: quod sanguine hostiarũ celebrat. Barbã pri. po. mos fuit antiquorũ: cũ primũ primam barbã deponebant & crines tõdebant: ut ea numini dicarent: sicut apud Papi. & Mar. Earinus Domitiani libertus consecrat comã esculapio: & ita uero primã barbã cõditã in pyxide aurea consecrauit Ioui capitolino. Pyxidem: pixides ut docet Quinti. in. viii. cuiuscunq; materiæ sunt: quarum usus uariis rebus est accommodatus: in his uenena in his medicamenta continentur: de pyxide ueneni celiana disserit Cice. in oratio pro Celio: apud Lactan. sentẽtia est illa prouerbialis: medicorũ tituli remedia habent: pyxides uenena: diminutiuum pyxidis est pyxidicula. Cor. Cel. in. vi. liquidũ collyrium pyxidicula seruatur: a pyxide fit pyxidatum: signãtq; ad effigiẽ pyxidis in commissura formatum. Pli. in. xvi. cõmissuris pyxidatis. Athletarum spectaculũ: hoc quoq; ad gymnicum certamen referendum est. Olympiæ. de agone q in honorem Iouis olympii celebratur singulis quinquẽniis alibi dictũ ẽ elege aũt prohibitũ erat ut inqt Lactã. Statii interpres olympicũ certamen spectare mulieres: excipiebant Cereris antistitas: quibus ob sacerdotii maiestatẽ cõcedebatur spectare ludos olympicos. Cic. in uerrinis docet quemadmodũ sacra Cereris per mulieres pbatas ac uirgines conficiebantur: hinc illud Iuue. Paucæ adeo Cereris uittas contingere dignæ: tradit Plini. matronas in thesmophoriis atheniensium castitatem custodiantes foliis uiticis quæ græci agnon uocant cubitus sibi sternere solitas: sunt auẽ thesmophoria sacra cereris: q græce dicũ thesmophora

Thesmophoria

quasi legifera: prima eñ ceres leges inuenisse ꝓditur: sacerdotes olympiadæ memorant a Probo Aemilio: a qui=
bus alcibiades execrationibus deuotus est iubente ppło atheniẽsiũ: una cereris antistita deuouere alcibiadem recu=
sauit dicens ad se pertinere officia supplicationũ nõ execrationũ: paulopost idem illi olympiadæ sacerdotes rur=
sus alcibiadẽ resecrare coacti sunt: q; eũ deuouerãt: pilæq; illæ: in qbus deuotio fuerat scripta in mare precipitatæ.
M. AN. Orationis latinæ: ad Græce differentiã. Latini certaminis: ut non pedestri tantũ sed equestri quo
q; oratione cartatum intelligas. Coronam: auream tali quidem se Papinius coronatũ testatur; Quum modo

On immerito inter spectacula ab eo edita: & Tyrida
n tis in urbẽ introitũ rettulerim: quem Armeniæ regẽ
magnis pollicitationibus sollicitatũ quũ destinato
per edictũ die ostensurus populo ꝓpter nubilum distulisset
ꝓduxit quo opportunissime potuit dispositis: circa fori tem
pla armatis cohortibus: curruli residens apud rostra trium=
phantis habitu inter signa militaria atque uexilla: & primo
per deuexum pulpitum subeuntem admisit ad Genua: alle=
uatumq; dextra exosculatus est: dein precanti Tyara deducta

germanas acies modo daes sonantẽ
Prælia palladio tua me manus induit
auro Citharæ: coronã quam Martia=
lis quernam fuisse significare uidetur
o cui tarpeias licuit ꝓtingere quercus
Iuue. an Capitolinam deberet pollio
quercum sperare & fidibus promitte
re: quibus uerbis datur intelligi uicto
res citharedis querna corona donari
solitos & statim postea nec turpe pu=
tauit pro cythara uelare caput. Bu
thysiæ apparatu: magni puto sacrifi=
cii βου enim in cõpositione augendi
uim habet: θυσια sacrificium: hostiaʒ uictimã significat. Auream pyxidem: bene auream addidit: nam pyxis
ab eo ꝙ græci πυξίον buxum uocant dicta est; ex qua materia plurimum id uasis genus fieri consueuit. Capi
tolio consecrauit: capillum & barbã primo resectã ueteres solẽni quodammodo dedicabant Mar. hos tibi phœ=
be uouet totos a uertice crines Encolpus dñi cẽturiõis amor Papinius accipe laudatos iuuenis phœbeie crines.
Quos tibi Cæsareus donat puer. Olympiæ: olipia in piseo agro locus in quo olimpiaci ludi celebrabant Strab.
nec uero pisea tellus augeæ regno subiecta fuit in qua olimpia est. Cereris eleusine. s. cuius sacerdotis uox illa fuit si
quidẽ iussa cũ aliis alcibiadẽ ut impiũ execrari respondisse dr̃ supplicationũ ad se officia nõ execrationuʒ attineret
PHI. Tyridatis ĩtroitũ: tyridates ut refert Cor. tacitus: frater fuit uologesis par= (Plutarchus est auctor. De tyridate
thorũ regis: qui pulsus uictusq; a corbulone exercitus Romani ꝑfecto: colloquio locũ diemq; poscit: quo impetra
to placuit ut tyridates deponeret apud effigiem Neronis diadema: qđ regium insigne est: nec nisi manu Neronis
resumeret: & colloquiũ osculo finitũ: itaq; post paucos dies ꝓgressus tyridates ad effigiẽ Neronis curuli sede col=
locatam cœsis ex more uictimis sublatũ capiti diadema imagini subiecit: acceptusq; est comiter epulis a Corbu=
lone: deinde sicut pactus erat Romã uenit laturus nouũ de se cæsari decus: quẽ introeuntẽ Romã Nero ut honori=
ficentius acciperet iussit auro operiri theatrũ põpeianum: cuius rei auctor est Pli. in. xxxiii. merito itaq; Tranquil=
lus Tyridatis introitũ ut pote magnificenter excultum refert inter spectacula exhibita populo a Nerone. Desti
nato constituto publicatoq;. Ostensurus populo: scribit Corne. Tacitus omnẽ ciuitatẽ Ro. fuisse effusam ad ex
cipiendũ principẽ spectandũq; regẽ Tyridatẽq accipiẽdo Armeniæ regno aduentabat: & hoc tp̃s delectũ fuit ad
dãnationẽ peti thraseæ & bareæ sorani; qui erant uiuæ uirtutis simulachra: de qbus inte. Stoicus occidit baream
& quale coronati Thrasea eluidiusq; bibebãt: iõ aũt illud potissimũ tp̃s damnationi delectũ fuit: ut occupatis cir
ca externa regisq; introitũ rumoribus intestinũ scelus obscuraret; siue ut magnitudinẽ imperatoriã Nero cœde in
signium uiroruʒ quasi regio facinore ostentaret. Circa fori templa: ut est templũ castorũ tẽplũ Iouis statoris
q̃ erant in foro. Curuli residens in sella curuli sedens; refert Cor. tacitus tantũmodo: queadmodũ Tyridates nõ
Romæ sed in Armenia deposuit diadema ad imaginẽ Neronis; quã sedes currulis sustinebat. Triũphantis ha=
bitu: supra explicauimus qualis foret habitus Triũphalis. Inter sig. & uexil. seiunctim diuisimq; hæc duo posuit Signa
perinde ac dissimilia: sunt eñ signa legionũ & principalia: ut aquilæ; uexilla centuriarũ: namq; ut scri. Vegeti. sin= Vexilla
gulis centuriis singula uexilla cõstituerunt ita ut ex qua cohorte uel quota esset centuria in illo uexillo litteris esset
ascriptum quod legẽtes milites a contubernalibus aberrare nõ possent. Liui. in. viii. auctor est sub uno uexillo fu= Vexillarius
isse homines. c.lxxx. a uexillo uexillarius dictus: idem Liui. ordo sexagenos milites duos centuriones: uexillarium Vexillatio
unum habebat uexillationes antiqui nominauerunt alas equum: autumat Cic. in oratore e uexillo factũ esse uelluʒ nes
fuga lr̃æ uastioris sicut inqt e maxillis & axillis malæ & alæ cõtrahunt causa auriũ; nos uulgo uocitamus uexilli= Vexillifer
ferũ iusticiæ maximũ magr̃atuũ in nostra rep. qđ an satis eleganter sigñanterue dicatur uiderint eruditi: cum ue= iusticiæ
xillifer eo inclinatu dictus sit; quo signifer & aqlifer; q secipiũtur ꝓ portitoribus baiulisq; uexillorum signoruʒ &
aqlarum: qđ munus est gregariorũ ac uiliorũ. Per deue. inclinatum atq; procliue. Admisit ad ge. utpote ad
eas corporis partes; quas adorãtes attingũt. Genua. n. ut inqt Pli. in. xi. supplices tãgũt; ad hoc manus tẽdũt hæc Genua
ut aras adorãt; genua misericordiæ consecrata esse ꝓdidit Serui. grãmaticus: & nos alibi rettulimus. Tyara de adorantes
du. Nero remouit a capite tyridatis tyarã imposuitq; diadema ut ita sigñaret se illum restituere in pristinam regiã Tyara
p̃tatem: est ãt tyara pileum qđ in capite gerit sacerdos; quo antiqui pro diademate utebant: ut indicat Laertii: enar
rans illud ex. viii. thebai. Sustentare manu nec adhuc implere tyarã Serui. quoq; Maronis. interpres tyaram dicit
esse pileum phrigium. Hiero. ad Fabiolam de ueste sacerdotali scri. Luculentius explicatiusq; qualis sit tyara de=
monstrat: cuius hæc sunt uerba: rotundum est pileolũ; quasi sphæra media sit: & pars una ponatur in capite hoc
græci & nostri tyarã: nonnulli galerũ uocant non habet acumẽ in sũmo: nec totũ usq; ad comas caput tegit; sʒ ter
tiã partẽ a frõte iopertã relinquit: tyara aũt & sacerdotes & põtifices apud hæbreos uti solitos docet Virgi. mas.
gũe protulit: ubi ait sceptrũq; sacerq; tyaras: olim semiramis mentita uirilem sexum tyara caput texit: sicut historis

Lunatus tyara — Diadema — Sermo parthorum

cipdideru͂t:tyara au͂t peculiariter gestabatur a persis que͂ lunatu͂ a forma appellat Sido. cu͂ ait in panegyrico. flecrit achemenius lunatu͂ persa tyara͂. Diadema:insigne regum:de quo copiose scripsimus in.i. commen. ubi docuimus:nihil aliud esse diadema q͂ fasciam:qua capita regum circumligantur: de diademate ait Sido. diademate crine͂ fatigatus eas. Verba sup.q͂ erant barbara utpote hois prthici:parthoru͂ autem sermo inter scythicu͂ medu͂q; medius est:ex utrisq; mixtus:auctor Iusti. in. xli. epithomatis. In thea. s. po͂peianu͂: quod inaurari iusserat Nero ad tyri date͂ magnificenter suscipiendum. Supplicantem:ad genua Neronis manus porrigentem.

Diadema imposuit:uerba supplicis i͂terpraetata praetorio uiro multitudini pronunciante: perductu͂ in Theatrum:ac rursus supplicante͂ iuxta se latere dextro collocauit. Ob quae i͂perator consalutatus laurea in capitolium lata.

De Iano gemino per eum clauso.

IAnum geminu͂ clausit tam nullo q͂ residuo bello. Co͂sulatus quattuor gessit:primu͂ bimestrem:secundum & nouissimum semestres:tertium quadrimestre͂: medios duos continuauit:reliquos inter annua spacia uariauit.

De more eius in iure dicendo & cognoscendo & aliis gestis eius.

IN iurisdictione postulatoribus nisi sequenti die ac p libellos no͂ temere respondit. In cognoscendo more͂ eum tenuit:ut continuis actionibus omissis:singulatim quaeq; per uices ageret:quotiens autem ad consultandu͂ sederet:neq; in co͂e quicq͂:neq; ꝓpala͂ deliberabat. Sed & co͂scriptas ab uno quoq; sente͂tias tacitus ac secreto lege͂s:qd͂ sibi libuisset: ꝑinde atq; pluribus idem uideretur: pronunciabat. In curiam libertinorum filios diu non admisit:admissis

M.AN. Tyridatis:accessus tyridatis ad urbe͂ Cor. & Pli. meminerunt. Produxit:in conspectu͂ dedit. Dispositis cir. fo. te͂. Cor. inde inqt eques compositus ꝑturmas & i͂signibus patriis hinc agmina legionu͂ constitere: fulge͂tibus aqlis signisq; & simulacris &c. Curulesella idest auctor sedes effigie͂ Neronis sustinebat. Deuexu͂: accliue & quasi pendens Ora. me quoq; deuexi rapidus co͂es orionis illyricis notus obruit undis Vir. conuexa polus du͂ sidera pascet. Tyara: Seruius phrigiu͂ pileu͂ tyaram interpretatur eo capitis insigni Reges & sacerdotes usi sunt. Diadema regium insigne a graecis Διαδημα: Διαδεω corono e͂ siue circu͂ligo. Corne. a Tranquillo diuersus aliter: Tyridates inquit caesis ex more uictimis sublatum capiti diadema imagini subiecit haec illu͂ sub primu͂ accessum fecisse Cor. ait quo apparet diadematum in conspectum uenisse.

PHI. Latere dextro:tanq͂ parte illa honoratiore:econtrario scribit Xenophon cyrum solitu͂ fuisse honoris causa conuiuas a latere sinistro iuxta se in mensa collocare: tanq͂ certiores fidelioresq; illos existimaret: qui a parte cordis sinistra consisterent. Laurea in capitolium tradit Plini. lauream in gremio Iouis capitolini poni solitam:quotiens laeticiam uictoria nouaꝫ attulisset. Ianum geminum:repete quae scripsimus in augusto de templo Iani:quod tempore belli patebat tempore pacis claudebatur:unde Patulcius & Clusius cognominabatur:illud annotandum:ideo Ianum geminuꝫ uocari:quod praeterita sciuerit & futura preuiderit:uel q; superiorum & inferiorum ianitor extiterit:unde & bifronte͂ fingebant:quidam Ianum solem demonstrari uolunt:& ideo geminum quasi utriusq; ianuae coelestis potentem qui exoriens aperiat die͂ occidens claudat:in sacris:ut inquit Macrobius inuocabatur ianus geminus. Plutarchus in problematis ianum ideo bifrontem & geminum dici fingiq; autumat:propterea q; graecus fuit:& cum in italiam traiecisset linguam simul cum uictu co͂mutauit:uel potius italos id temporis barbaros & agrestes ab incomi incultoq; uictu ad humanitatem traduxit uitamq; cultiorem:scribit Iulius capitolinus gordianuꝫ aperto iano gemino quod signum erat indicti belli profectum esse contra persas cum exercitu ingenti. Continuauit:nullo interuallo cum ex praescripto legis annalis nemo capere possit eundem magistratum inter decem annos.

(Margin: Conuiuae a latere sinistro. — Patulcius clusius — Ianus geminus. — Ianus geminus unde.)

Tam nullo bello:sine respectu bellum ne esset an pax. Reliquos:Primum & nouissimum consulatum.

Postulatores.

Postulatoribus:postulatores a uariis petitionibus dicti:olim Cicero in causa uerris postulauit tempus inquirendorum criminum in Siciliam:postulatores quoq; accipi possunt pro accusatoribus:cum postulare sit accusare:ut ante dictum est. Per libellos: ut consultius circumspectiusq; responderet rem agebat per libellos: quibus quod sentimus planius explicamus:q͂ ore pronunciemus. Continuis actionibus: moris fuerat ut agendi dies priori postulatori prior ordinaretur; & locus ad agendum daretur:ex quo fiebat ut altera causa agi non posset nisi pria absoluta:hoc cognosci licet ex uerrinis Cicero. etenim Cicero laborauit ne rupilius siue oppius a uerre subornatus ante se causam agere inciperet:quia sic per interpositam nouae accusationis de industria moram; ad alios consules uerris accusatio dilata fuisset. Nero continuas illas actiones omisit:quae prius donec absoluerentur agi continenter solebant:quibus accusatori. xx. dies ad accusandum legitimi erant constituti; totidemq; defensori ad respondendum. Per uices:uicissim modo hanc causam cognosceret:modo illam.

(Margin: xx. dies legitimi ad accusandum.)

Ad co͂sultandum sedebat:moris est:ut sedentes consultemus non stantes:unde uetus prouerbium est. Romanus sedendo uincit:cui accommodari potest illud plautinum:nimio plus sapio sedens. Seruius enarrans illud Virgilianum. Turnus sacrata ualle sedebat:inquit sedere est consilium capere:sensus hic est. Nero cum sederet in consilio sententias singulorum consiliariorum iudicumq; exquirens:non id palam factitabat; sed a singulis consiliariis sententias conscribi seorsum uolebat deinde id quod sibi placuisset pala͂ pronunciabat:tanq͂ ea foret sententia plurimoru͂. Perinde atq;:ta͂quam. Libertinoru͂ filios:cum maiestas senatus polluatur dehonestamento sordidorum:noluit Nero ut libertinae conditionis homines in ordinem senatorium reciperentur.

(Margin: Romanus sede[n]do uincit. — Sedere)

M.AN. Ianum geminū:pacis & belli argumento ita Romæ cultū Pli. ait Plutarchus est inqt eius tēplū Romæ duabus portis q belli ianuā uocant Ouidi. Bicipitē facie bina repēte oculis. Obtulit ora meis. Tā nullo q̄ residuo:quasi dicat indifferenter siue pax esset siue bellū. Medios duos:secundū & tertium. Continuauit ; sine intermissione gessit. Continuis actionibus:ad unam subintellige causam attinētibus. Admissis ; in curiam.
PHI. A prioribus principibus. sicut a Claudio:qui allegit in senatum filios libertinorum ut ante dictum est Candidatos supra numerum , præscriptus erat numerus magistratuum:exēmpli causa:ut duo consules crearētur:duo pretores alter peregrinus alter urbanus:unde fit ut in petitione cōsulatus si plures fuerint cādidati: duo tantum consules designentur : reliqui repulsam patiantur. talibus Nero dabat prefecturas legionū:ut ita æquioribus animis ferrent se fuisse preteritos : & in alium petendi tempus dilatos. In senos mēses. cum legitimū tempus cōsulatus annuū sit. Circa calendas . quidam codices habent citra quod significat ante diem calendarum. Exemplum caninii. in Iulio cæsare dictum est quemadmodū consulatum dedit caninio Rebilio in paucas horas:cum pridie calendas Ianuarii repentina morte consul occubuisset. unde innotuit iocus ille Ptholai in Caninium unius diei consulem. *Consules diales.* ante flamines:nūc cōsules diales fiūt. Idem a. M. Tullio tali aspersus est scomate. Cōsulem habuimus tam censorium: ut in eius magistratu nemo prāderit:nemo cœnauerit: nemo dormierit.

a prioribus principibus honores denegauit. Candidatos q supra numerum essent in solatium dilationis ac moræ legionibus preposuit. Consulatum in senos plerumq menses dedit. Dæfunctoq citra calen. Ianuarii. altero e consulibus neminem substituit. improbans exemplū uetus Caninii Rebilii uno die consulis. Triumphalia ornamenta etiam quæstoriæ dignitatis & nōnullis ex equestri ordine tribuit. Nec utiq de causa militari : sed & de quibusdam rebus : orationes ad senatum missas preterito quæstoris officio per consulem plerumq recitabat.

De quibusdam institutis per eum & prauis moribus emendatis.

FOrmam ædificiorum urbis nouam excogitauit : & ut ante insulas ac domos porticus essent de quarum solariis incendia arcerentur: easq sumptu suo extruxit: destinarat etiā hostia tenus mœnia ꝓmouere: atq inde fossa mare ueteri urbi inducere . Multa sub eo & aīaduersa seuere & coercita: nec min⁹ istituta: adhibit⁹ sūptib⁹ mod⁹.

Quæstoriæ dignitatis. ornamenta quæstoria significat:qualia olim claudiano liberto Narciso decreta fuerunt. Sed & de quibusdam rebus. hic distinguendum. cum id a sententia superiore dependeat:sitq sensus. Nero non solum obrem militarem egregie administratam tribuit ornamenta triumphalia atq quæstoria: sed etiam ob res alias minime militares:tanq̄ prius talia ornamenta maximæq triūphalia tantūmodo tribuerentur ex causa militari his qui in militia aliquod preclaruʒ facinus edidissent. Preterito quæstoris officio. ex quæstoribus quidam canditati principis dicebantur:qui libris principalibus in senatu legendis uacabant: auctor Vlpianus in titulo de officio quæstorum. Nero uoluit recitari per consulem. orationes missas ad senatum tanq̄ id foret splendidius atq magnificentius:omisso officio quæstoris candidati:cuius hoc peculiare erat officium orationes in senatu recitare:quod in Titi uita mox demonstrabitur. de quo intellexit Cor. tacitus cum ait. Ingressi curiam senatores:& oratio principis per q̄storem eius audita est. *Questores canditati.* Ante insulas. iam sæpe dictum est domos ab aliis domibus seiunctas dici insulas. nero ad arcenda incendia:quibus obnoxia erat urbs roma:areas patefecit: porticus extruxit: quæ frontem insularum domorumq protegerent:ex quarum solariis incendia repelli possent: quæ sint solaria & meniana non incuriose explicauimus proximo commentario. *Insulæ.* Cornelius tacitus in hanc sententiam sic scribit. patefactis areis additisq porticibus:quæ frontem insularum protegerent:nero eas porticus sua pecunia extructurum pollicitus est. *Nero incredibilium cupitor.* Hostia tenus. usq hostiam ciuitatem ab Anco rege conditam. Promouere. augere propagare. Inde fossa. Neroni seueros & celer machinatores promiserant a lacu auerno usq ad hostia tiberina se depressuros fossam nauigabilem:sequenti littore aut per montes aduersos. Nero ut erat incredibilium cupitor:effodere proxima auerno iuga connixus est:manētq ut ait Tacitus uestigia irritæ spei. Tranquillus uero dicit neronem constituisse facere fossam per quam mare induceret urbi romæ: quam ueterem uocat ad differentiam illius: quam Nero facere destinauerat mœnibus usq hostiam productis. *Lex cibaria* Coercita. cohibita compressa. Adhibitus sumptibus modus:legem sumptuariam:quæ alio nomine cibaria nominatur:neronem exercuisse significat:de qua in primo commentario satis multa.

M.AN. Supra numerum magistratuum qui creādi essent ac per hoc dignitatem non adepti. In solatiū: ut repulsæ Solamen esset. Dilationis:dilati honori. Substituit. in demortui locum suffecit. Caninii a Cæsare dictatore in aliquot hōras substitum in quem iocus ille Ciceronis extitit:industrium consulem rem publicam sortitam dixit qui in suo consulatu non dormisset. Preterito quæstoria officio:quæstoris opera pretermissa cuius erat publicas in senatu litteras recitare. Insulas:de urbicis insulis in Augusto diximus. Solariis: solaria quæ eadem sunt ut festus ait quæ & babylonica ab eo dicuntur q in his solia sternerentur babilonica credo ab ipsa structuræ ratione qua semyramis in babylonis mœnibus struendis usa est uide Herodotum & diodorum:cornelius patefactis inquit areis additisq porticibus quæ frontem insularum protegerent Nero eas porticus sua pecunia extructurum pollicitus est. Promouere:ampliare. Veteri urbis. ueteri dixit ad nouæ differentiam quæ hostiaʒ usq ex Neronis destinatione erat processura. Animaduersa:punita. Cohercita:compressa.

Cœnæ rec tæ. Popinarii. Popinari.

PHI. Cœnæ ad ſportulas redactæ. uero ut cohiberet luxũ gulæ efferueſcentem uoluit ut loco cœnarũ ſportulæ darentur. nam cœnas dare principes ſolebant clientibus: quas rectas uocabant: quæ erãt oppiparæ & lautæ de quibus ſcripſimus in Auguſto. ſportula uero ſpecimen erat puſilli hominis atq; deparci. hinc illud ſatyricum ſportula primo limine parua ſedet turbæ rapienda togatæ. In popinis. ſcri. Iulius Firmicus quod luna a Venere defluens ſi feratur ad Mercuriũ faciet popinarios: Venus quoq; ſi domina actus fuerit in deiectis locis faciet popinarios & tabernarios a popina fit uerbũ popinari qđ ſignificat helluari & indulgere popinis ac ganeæ: Iulius Capitoli. dũ galienus inquit popinaſ & balneis ac lenonibus reputat uitaſ.

Popinationes.

popinationes quoq; dicitur helluationes: popina optimo epitheto noiatur uncta ab Ora. De popinis & popinonibus affatim diximus in Tyberio. Veniret. uenderet. Nullum non. quodcũq;. Obſonii. antiq obſoniũ noiauerunt manducũ: & ita in attelanis uocatur a mãducando: manducari autẽ a mãdendo dici refert. M. Varro unde & mãdones & manducones dicti edaces & comedones. Apule. in vi. de aſino aureo. quid iamdudũ decreueritis de iſto aſino ſemp pigro qdem ſed mãducone ſũmo. Proponeretur. ſ. uenalem in popinis.

Manducũ. Mandões. Manducones.

publicæ cœnæ ad ſportulas redactæ: interdictũ ne quid in popinis cocti preter legumina aut olera ueniret: quum antea nullum non obſonii genus proponeretur. Afflicti ſuppliciis Chriſtiani genus hominũ ſupſtitionis nouæ ac maleficæ. Vetiti quadrigariorum luſus: quibus inueterata licentia paſſim uagãtibus fallere ac furari per iocum ius erat. Pãtomimorum factiones cum ipſis ſimul relegatæ.

De quibuſdam legibus per eum repertis & inſtitutis

Duerſus falſarios tunc primum repertum ne tabulæ a niſi pertuſæ ac terlino per foramina traiecto obſignarentur. Cautum ut in teſtamentis. primæ duæ ceræ teſtatorum modo nomine inſcripto uacuæ:

Prima perſecutio chriſtianorum.

Chriſtiani. primã in chriſtianos perſecutionem exercuit nero ſicut eccleſiaſtici ſcriptores prodiderũt: de quo Paulus Oroſius ſcri. hæc. Nero primus romæ chriſtianos morte & ſupplicio affecit ac per omnes ꝓuincias pari perſecutione excruciari imperauit ipſumq; nomen extirpare conatus beatiſſimos chriſti apoſtolos Petrũ cruce Paulũ gladio occidit. Supſtitionis nouæ ſcriptores ethnici & in primis duo Suetonius & Tacitus religionẽ chriſtianã: quæ uera religio ẽ & ueri dei cultura: tanq̃ ſupſtitionẽ execrabilẽ deteſtant. unde a Cor. tacito cũ Tranqlli ſententia cõgruẽte ſic ſcriptũ eſt ergo abolẽdo rumori nero ſubdidit reos & exqſitiſſimis pœnis affecit: quos ꝑ flagitia inuiſos uulgus chriſtianos appellabat. auctor nois eius Chriſtus Tibe. imperante ꝑ ꝓcuratorẽ pontiũ Pilatũ ſupplicio affectus fuerat. repreſſa in preſens exitiabilis ſupſtitio: rurſũ erũpebat nõ modo per iudæã originẽ eius mali: ſed ꝑ urbẽ etiam: eo quo cũcta undiq; atrocia aut pudenda cõfluũt celebranturq;. hoc aũt in primis ſupplicio affecti ſũt a nerone: ut ferarũ tergis pte cti laniatu canũ interierint aut crucibus affixi: aut flãmis in uſu nocturni luminis urerentur. Quadrigariorũ: agitatores quadrigarũ ipſoſq; dños equorũ quadrigarios uocamus refert maternus aurigas & agitatores naſci ſub ſydere alitis equi. Ius erat. cũ ex talibus furtis minime punirentur. Pantomimorũ factiões. ſcri. Tacitus hiſtriões pulſos Italia a Nerone: cũ factiones hiſtrionũ quos pantomimos Trangl. uocat: fautores haberent adeo uehementes: ut ob id diſcordia in populo & tumultus exoriretur militeſq; ad cõpeſcendã fautorũ cõtentionẽ theatro aſſidere iuberẽtur. olim pãtomimi a Nerua reſtituti fuerũt: quos ſuſtulerat. ut Pli. inqt in panegirico: malos ꝓcepſe: de in a Traiano ſublati fuerũt ut ſuo loco ãnotauimus.

Supplicium in chriſtianos quadrigarii. Hiſtriones pulſi.

Pãtomimi ſublati. Linũ ad tabulas. In prima cera nomẽ teſtatoris.

Pertuſæ. pforatæ. Ter lino traiecto. ita obuiã ibatur fraudi falſariorũ: ne tabulas teſtamentarias: aliaq; negocia continẽtes adulterare poſſent. nãq; linũ non ſemel ſed ter traiectũ ꝑ foramina tabularũ eas a fraude falſariorũ muniebat. linũ aũt adhiberi ſolitũ ad tabellas obſignãdas: Plautus quoq; demõſtrat: q ſic ait i pſeudolo: phenicũ calidoro amatori ſuo ꝑ cerã & linũ lraſq; interp̃tes ſalutẽ mittit. Idẽ in bacchidibꝫ. effer cito ſtilũ ceras & tabellas & linũ: & mox pau. cedo tu cerã ac linũ actutũ age obliga obſigna cito. de tabulis teſtamẽtariis ſignãdis ſic refert Vlpi. ti. de teſta. ſignatas tabulas accipi oportet & ſi linteo quo tabulæ inuolutæ ſũt ſigna impreſſa fuerint.

M. AN. Publicæ cœnæ: ita ſc & aliis Cæſaribus dari ſolitæ. Ad ſportulã: ad certã nũmariæ rei ſũmã. Iu. nũc ſportula prĩo limine parua ſedet turbæ rapiẽda togatæ & mox ſtatim ſportula deinde forũ cã centũ q̃drãtibus cõſtitiſſe idẽ auctor ꝑſpicue docet. Denſiſſima centũ quadrãtes lectica petit. Mar. centũ miſſelli iã ualete q̃drãtes: & rurſus dat baiana mihi q̃drãtes ſportula centũ inter delitias qd facit iſta fames. Veniret uenale proponeretur.

Chriſtiani genus: Ioſephus auctor eſt Neronẽ crudeliter chriſtianos inſectatũ: Cornelius abolẽdo inqt rumori Nero ſubdidit reos & exqſitiſſimis pœnis affecit quos ꝑ flagitia inuiſos uulgus chriſtianos appellabat auctor nominis eius. Chriſtus: Tyberio iperãte ꝑ ꝓcuratorẽ Põtiũ pilatũ Supplicio affectus erat rep̃ſſaq; in præſens exitiabilis ſupſtitio hæc ille & alia infãda de chriſtianis certe dignus ipſe q ꝑ eoſdẽ cruciatus qbꝫ tũ merito chriſtianos ait affectos ꝑpetuo diſtraheret: pietatẽ flagitiũ appellat: ueri dei cultũ ſupſtitionẽ homo impius demonũq; præſtigiis additus ſed iã pridẽ credo intelligit qd ipſe qd ſui populares in Ioue Iunone cæteriſq; demõibus colẽdis meriti ſint: qd cõtra chriſtiani cũ ſua innocẽtia & pietate de qbus hæc nõ magis ipie q̃ inepte ſcri. Malefice: ſibi tibi Tranql. & tuis popularibus ꝑſuaſũ: uerũ deo optĩo maxĩo aliter uiſũ. Luſus: deceptiões ludere decipere ẽ. Neuius tu me ludere auſus es Sycophanta: Ver. crudelis tu quoq; falſis ludis imaginibus. Quibus quadrigariis. Factiões: qbus uerbis precipi põt ut aurigas in circẽſibus ſic ſcœnicis ludis & aliis theatralibus ſpectaculis pãtomimos ſuas factiões habuiſſe. Falſarios: falſarũ tabularũ auctores. Lino: filo ut fit hodie quoq; in ſecretioribus litteris obſignãdis. Obſignarent: ſub ſigno clauderent: cõtra reſignare deleto ſigno aperire eſt.

PHI. Primæ duæ ceræ. dixit Oratius in ſermõibus: qd pria ſcđo cera uelit uerſu ſolus multis ne cohæres ueloci ꝑcurre oculo: q̃ loců exponens Porphirio ait qđ in prima cera hoc eſt tabula prĩo loco teſtatoris nomẽ

ponebatur:secũdo uero hæredis:Nero ad repellendas fraudes testamẽtarias cauit ut primæ duæ tabulæ cæratæ si gnatoribus qui septẽ sũt:uacuæ ostenderentur inscripto solo noĩe ipsius testatoris:ut ita testatori liberũ esset hære dem scribere quẽcunq; uellet. namq; ubi in testamentariis tabulis solum testatoria tamen inscriptũ est corã signa toribꝫ liq̃do declarat testamẽtũ illũ legitimũ & ex testatoris sñia futurũ:in quo nullus p fraudẽ hæres legatariusue ab ipso scriptore supponi possit. Signaturis. hĩa q erãt futuri. signatores. si signator ab ipso testatore acceperit an nulũ & signauerit testm̃:ualet q̃si alieno signauerit. si signa illa turbata sũt:ab ipo testatore nõ uidet̃ signatũ. signũ aũt utrũ ãnulo tantũ ipresso adhibeat̃ an & sine ãnulo alio quodã ipresso:rũ uarie hoĩes signẽt q̃rit̃. scribit Vlp. an nullo tñ posse signari: duꝫ tñ habeat characterã. Testamẽti. scriptor. q ad hibitus ẽ ad testm̃ scribẽdũ i nũero te stiũ haberi põt & tabulas signare q̃s scripsit: quod adeo indubitatũ uidet̃: ut cuꝫ Domitius labeo quæsiuerit de celso an testis & signator habẽdus eẽt scriptor testamẽti: ille respõderit aut nõ intelligo quid sit de quo me cõsu

Signatũ testamentũ.
Scriptor testamenti.
Stulta ẽ interrogatio tua.
Ne scriptor ascribat sibi legatum.
An liceat uendere patrocinium.

signaturis ostẽderet: Ac ne quis alieni testamẽti scriptor legatũ sibi ascriberet: Itẽ ut litigatores p patrociniis certã iustamq; mercedẽ: pro subsellis nullã omnino darent præbente ærario gratuita: utq; rerũ actu ab ærario causæ ad forum ac recuperatores trãsferrentur: & ut omnes appellationes a iudicibus ad senatum fierent.

De quibusdã gestis circa exercitũ britãnicum.

a Vgendi propagandiq; iperii nec uolũtate ulla neq;

fueris:aut ualde stulta est interrogatio tua tabellionẽ uocant scriptorẽ testamenti. Legatũ sibi ascriberet. Regulus ille epistolia Plinii famosus:cum uenisset ad signandum aureliæ ornatæ fœminæ testamentum:coegit mulierem sibi tunicas:quas erat induta legare:obseruauit scribentem:inspexit an scripsisset cum iniquum itaq; sit signatores scriptoresq; alieni testamenti sibi legata poscere atq; ascribere:merito laudandus est. Nero: qui cauit ne quis notarius in alieno testamento sibi ascriberet legatum. debet enim testatoris uolũtas esse libera:ut possit legare cui uelit:præterire quem nolit. Pro patrociniis mercedem. In decretis canonicis. xi. q. tertia scriptum legimus: q̃d licet aduocato uendere iustum patrociniũ:& iurisconsulto rectum consilium: sed non licet iudici uendere iustum iudicium. contrarium sanxit lex cincia:qua cauebatur antiquitus ne quis ob causam orandã pecuniam donumue acciperet:aliæ quoq; leges fuerũt & senatusconsulta:quæ uetabant uenire aduocationes. AtquiNero uoluit ut merces a litigatoribus daretur patronis causarũ p patrocinio:sed nullam dari uoluit iudici pro iudicio:ut exponunt p subselliis hoc est pro iudiciis. sed magis placet simpliciter accipere subsellia pro sedibus:in quibus litigantes duꝫ causa agebatur sedere solebant: pro quibus pensio & merces certa soluebat̃:unde uoluit Nero ut p subselliis q̃ seruiunt litigatoribus nulla merces daretur iubens ab ærario subsellia sine mercede exhiberi in iudiciis. Subsellia aũt conduci solita non solum a litigatoribus sed etiam a recitatoribus indicat Iuuenalis illo uersu. Et quæ conducto pendent anabatra tilligo. & cor. tacitus in dialogo de oratoribus ait:rogare ultro & ambulare cogitur ut sint qui dignentur audire:& ne id quidam gratis. nam & domũ mutuatur & auditorium extruit & subsellia conducit.

Subsellia cõducebant̃.

Rerum actu. ab agendis rebus:rerum actum appellat:ueluti actionem sicut in superioribus dictum est. Ab ærario. in Augusto relatum est quemadmodum cura ærarii ad pretores pretoriosq; uiros translata fuit:unde intelligimus neronem instituisse:ut causæ a prefectis ærarii hoc est pretoribus qui in iudiciis preesse solebant:trãsferrẽtur ad forenses actiones iudiciaq; recuperatoria. Recuperatores. iudices dati edicto pretorio iniuriis extimandis recuperatores dicũtur:quoꝝ meminit Gellius libro noctiũ atticarũ nouissimo. Cicero in orõne p cecina: quã habuit ad recupatores:insinuat recupatores dici ex eo:q̃d p illos ius nr̃m recupemus. Idẽ in uerrinis legitimũ recuperatorum numerũ ex tribus cõstare significat:ubi ait tres auerre recuperatores datos esse clas ipsius uerris hoĩes scilicet improbissimos:quorum iudicio recuperatorio euersi sunt Siculi aratores:Liuius quoq; recuperatores tres ab africano datos scribit:qui inter eos iudicarent:qui inter se contendebant de corona murali.

Recuperatores.

M. AN. Duæ primæ cæratæ:tabulæ quibus primi secundiq; hæredes conscriberentur. nam tertiæ haud tãti erant momenti:rato enim usu euenit ut qui in tertia cæra relati sint hæreditatem adierint: quod cæratis tabulis testamenta & alia priuata acta scriberentur tam poetarum q̃ aliorum testimonia declarant Iuuenalis. Notum est cur soli tabulas impleuerit hister liberto & mox postea signatæ tabulæ. dictum fœliciter: idem Non te libet medio cæras implere capaces. & ad herennium Cicero si Ciceronis est id opus. tabulas in carcerem afferunt testamẽtum ipso presente conscribunt sed superuacuum est hæc colligere quæ passim legentibus occurrunt. Testatorum: qui testamentum conderent. Vacuæ scilicet. Cære quibus uidelicet nihil esset notatum præter testatorum nomen:quo conspecto apparebat satis exploratum habere signatores quicquid in tabulis postea scriberetur id ex testatoris sententia scriptum iri. Signaturis:iis qui ad hoc ipsum ut signarent accersiti essent. Alieni testamenti:non sui non enim semper testator suum notare potest testamentum aut dextra debilitatus aut mancus aut litterarum ignoratione:cautum igitur ne qui scribere alterius legata quicquam quod ad se attineret:in tabulis notaret ne sibi præter testatoris mentem aliquid ascribere. Pro patrociniis. pro opera in causis aliisue negociis a patronis nauata. Pro subselliis:ergo & pro subselliis quæ iudiciũ ut dixerant certa a litigatoribus pecunia pendi solita est. Gratuita:subsellia. Rerum actu:in transigendis rebus.

PHI. Appellationes. titulus est apud iuriscon. notissimus de appellationibus:ubi scriptum est:quod a minori iudice ad maiorem licet prouocare:unde a iudice ad senatum appellare fas erat. a senatu uero ad principem appellari non posse:orationem diui Hadriani perscriptum est:Consimiliter nero uoluit ut appellationes siue prouocationes fieri possent a sententia iudicum ad ipsum senatum:tanq̃ a minoribus ad maiores. & ita ostendit nero se plurimi facere senatorum auctoritatem. de quo hæc cor. tacitus ait:it patrum honorẽ statuendo: ut qui a pri

Appellatio a minori ad maiorẽ.

spe motus unq̃: etiam ex británia deducere exercitum cogitauit: nec nisi uerecũdia: ne obtrectare parentis gloriæ uideretur: destitit: Ponti modo regnũ cõcedente Polemone: Itẽ alpiũ defuncto Cottio in prouinciæ formam redegit:

De expeditionibus Alexãdriæ & Achaiæ p eũ susceptis.

PEregrinationes duas omnino suscepit Alexãdrinã: & Achaicam: Sed Alexandrinam ipso ꝓfectionis die destitit: turbatus simul religione ac periculo. Nam cum circuitis templis in æde Vestæ resedisset: consurgenti ei primum lacinia obhæsit: deinde tanta coorta caligo est: ut despicere non posset. In Achaia Isthmũ perfodere aggressus prætorianos pro concione ad inchoãdum opus cohortatus est: tubaq; signo dato prim⁹ rastello humũ effodit: &

uatis iudicibus ad senatũ prouocassent: eiusdem pecuniæ periculum facerent: cuius hi qui impatores appellauere nam antea uacuũ id solutumq; poena fuerat. litteræ aũt per quas causa ad eũ iudicẽ qui appellatus est dimittitur

Apostoli quid.

dimissoriæ dicũtur: uulgo noiantur apostoli. ut docet iuriscõsultus titulo de uerborũ significatiõe. Ex británia exercitũ. Cor. tacitus in libro quẽ scribit de uita Iulii agricolæ soceri sui tradit britános agitasse consilia excutiendi romanũ iugum: uniuersosq; sumpsisse bellũ duce foemina noie Voadica: quod nisi Suetonius Paulinus propere subuenisset: amissa británia foret. Idem in libris historiarum multa facundissime scribit de bellis in británia gestis per romanos legatos neronis principatu. Parentis gloriæ. Claudius neronis pater per adoptionem britániæ gentes domuit: transuectis illuc legionibus auxiliisq; assũpto in partẽ rerũ uespasiano. tunc britanniæ pars proxima redacta est in formã prouinciæ addita insuper ueteranorũ colonia.

Polemõiacus põtus.

Ponti regnũ. Sex. Aure. tradit a nerone polemoniacũ põtũ factũ esse prouinciã unã cũ alpibus cottiis cottio rege mortuo. Euse. quoq; chronographus in hanc sententiã sic scri. duæ tantum prouinciæ sub nerone factæ pontus polemoniacus & alpes cottię Cottio rege defuncto Pli. meminit ciuitatum cottianarũ q̃ sitæ erãt in cottiis alpibus. eiusdem historiæ sic meminit Eutropius: duo regna sub Nerone prouinciæ factæ sunt pontus polemoniacus concedente rege polemone. & al-

Cottiæ alpes.

pes cottiæ rege defuncto alpes aũt cottias aggeribus attolli ad solis ortus testis est Amia. Marcellinus: aitq; extructas esse molibus magnis a Cottio rege: qui receptus fuit in amicitiam Octa. cæ. In his alpibus cottiis quarũ ini-

Emaculatus locus taciti.

tium a Segusia est oppido precelsum erigitur iugũ. nulli fere sine discrimine penetrabile. mendosa dictio est apud Cor. tacitũ sic scribentem in. xvii. Fabius ualens allicere uel si abnuerint. uastare gallias & quotidianis alpibus Italiam irrũpere. tu pro quotidianis alpibus legito cottianis & pro cottiis alpibus q̃ & cottianæ dicuntur accipito.

Alexandrinam. prouincias orientis & maxime ægyptum secretis imaginatiõibus Nero agitabat. suscepturus itaq; alexandrinã peregrinationem dicto testificatus est non longam fore sui absentiam: superq; ea ꝓfectione adiit capitolium. ubi ueneratus deos capitolinos: cum uestæ quoq; templum inisset repente cunctos per artus tremere cepit: seu numine exterrente seu facinorũ recordatione itaq; nũ q̃ timore uacuus deseruit inceptum cunctas sibi curas amore patriæ leuiores dictitans auctor Cor. tacitus qui ait omissam quoq; antea fuisse ꝓfectionẽ in achaiã.

Tremor inuasit neronem.

cur autem omiserit causæ incertæ fuerunt. Circuitis templis. ut ante profectionem deos omnes salutaret: deorumq; fauorem in peregrinatione facũda promereretur. Lacinia obhæsit. uestimenti pars illa q̃ cesuratim cõ-

Lacinia

fecta est adhæsit sellæ: ne posset exurgere: quod fuit ominosum. Coorta cali. hoc ad periculum referendum. ait enim tantas tenebras caligantibus oculis Neronis esse factas ut nihil dispicere atq; internoscere posset. addit Ta-

Achaia Aegialos.

citus omnes per artus contremuisse. Achaia. achaiæ nomen prouinciæ ab isthmo incipit: antea ægialos uocabatur: propter urbes in littore per ordinem positas. græce enim αἰγιαλὸς dicitur littus. Primus. nullũ acrius

Qui precipit faciat.

hortamentum est. q̃ quod fieri uult princeps ut id ipse primus aggrediatur. tunc animi excitantur ad æmulationẽ. tunc pudet subditos id laboris recusare: quem princeps non recusat. ait apud Li. Leui. consul. si quid iniũgere inferiori uelis: id prius in te ac tuos si ipse iuris statueris: facilius omnes obedientes habeas. & ut inquit Lãctan. in iiii. qui pcepta dat pcepta faciat. malunt ei hois exẽpla q̃ uerba In hanc sententiam est illud a Luca. prolatum in Catonis laudationem: monstrat tolerare labores non iubet. Sido. quoq; apolinaris hoc preconio extollit maiorianum in panegyrico: sic agmina uoce erigis exemploq; leuas: primusq; labores aggrederis quoscũq; iubes. Itidem Nero primus cepit fodere ne milites id opus ueluti culpatum dehonestũq; aggredi supersederent.

M. AN. Ab ærario: a iudicibus ærariis. Recuperatores: fiscalium rerum assertores. Parentis: claudii: ponti ponticæ regionis. Concedente polemone. Euse. de Nerone pontũ inquit Polemiacum in prouinciã redegit: Ptolemæus ponti inquit polemoniaci descriptio & mox Plau. polemoniacum Iasonium oppida. Itẽ alpiũ regnũ. s. Cottio: rege sic in Tibe. a Cottii regno dixerat est indidem & cottium oppidum a Strabone in relatione alpium sæpius repetitum. Profectionis die: quo ex urbe profecturus erat. Religione metu. Periculo: clade corporis uel uitæ discrimine. Lacinia: extremæ togæ scissura. Obhæsit: adhæsũ herens remorata est sic obsedit obiit pro adsedit & abiit ueteres dixere. Coorta caligo: illius ne oculis oborta ante templo circunfusa uel densa nebula cõspectũ ademerit non dicit sed quia periculo dixit ad Neronem ipsum id potius referas.

PHI Isthmũ pfodere. relege q̃ in prio cõmẽ. diligẽter satis pscripsimus sup isthmo corinthiaco. illd in pñtia

Diuinatio appollonii

addẽdũ: qd cũ damis phũs admiraret inceptũ Neronis de isthmo fodiẽdo: pinde ac opus ai amplissimi dignũ admiratiõe. dixit Apollo. Tyaneus. mihi uidet eius opis impfectio afferre illi sũmã calũniã tanq̃ impfecte consi-

Rastellus.

ti & impfecte fodiẽti: Neronẽ. n. uideo nõq̃ p isthmũ nauigaturũ: nec ad fodiẽdi finẽ puẽturũ. Ad inchoãdum

Rustellum

opus. isthmi effossionẽ. Rastello. rastri diminutiuũ ẽ sicut a rostro rostellũ deriuat. Palladius inter instrumẽta

Foenisex.

rustica nũerat rastros. M. Var. rastellos ab rasu dictos ẽẽ autumat: q̃m. s. in prati his festucas abradũt foenisceces.

stiam usq;. Impendiorum furorem: impensas sine modo & prodigaliter factas eleganter appellat furorem im struẽdum.
pendiorum. Plinius insaniam. impendia autem quo nomine impensæ significamus ab ere impendendo dici Pli- Impendia.
nius & Varro prodiderunt. Super ultra preter. Spe recõditarum opũ. cæselius bassus origine pœnus mẽte Prodigali-
turbida Romam uectus expromit Neroni se in agro suo specũ reperisse: quo uis magna auri cõtineretur asserebat tas ex uana
q; Didonẽ phenissam tyro profugam condita carthagine illas opes abdidisse; ne nouus populus nimia pecunia spe.
lasciuiret. igitur Nero misit qui uelut ptam predam aduehherent. interim cõsumebantur ueteres opes; quasi obla-
tis opibus: quas multos per annos prodigeret. & ita diuitiarũ expectatio causa erat ꝓdigalitatis. basus tandẽ po-
sita uecordia cũ se delusum esse cognouisset mortem sibi consciuit. & ita neroniani milites exhausti sũt labore ir-
rito & uano. Cor. tacitus auctor in. xvi. annalium. Equitis romani: bassum signat: qui origine pœnus erat.

M. AN. Albulis aquis: de albularum aquis in Augusto diximus. Fossam ab auerno hostiam: seuero inquit
Tacitus & celebre machinatoribus quibus ingeniuz erat & audacia etiam q̃ natura negasset pertentare & uiribus
principis illudere: namq; ab lacu auerno nauigabilem fossam usq; ad hóstia tyberina depressuri promiserãt sequẽ
ti littore custodiæ: quicquid ubiq; dãnatorũ in uinculis esset: aut custodia teneretur. In Italiam: ut oẽm multitudi
nem illam ad id opus dãnaret. Impendiorum furorem: furiosum impendium. Equitis romani: cesellius bas
sus origine pœnus: ut Cornelius tradidit mente uero turbida in agro suo specum a se repertam ingenti altitudine
thesauris plenam Neroni nunciuit: ob idq; naues: ut inde aurum asportarent in lybiam misit. uerum post multos
molientium labores frustra hautos quum uana omnia apparerent. Bassus ultro mortem oppetiit alii eum a Ne-
rone dimissum tradiderunt: sed bonis omnibus thesauri loco prius mulctatum.

antiquissimæ gazæ: quos Dido regina fugiens tyro secum extulisset: esse in aphrica uastissimis specub⁹ abditos: ac posse erui paruula molientium opera.

De rapinis & extorsionibus & sacrilegiis eius.

VErum ut spes fefellit destitutus atq; ita iam exhaustus & egens: ut stipendia quoq; militum & cōmoda ueteranorū ꝑtrahi ac differri necesse esset: calūniis rapinisq; intendit aium. Ante omnia instituit: ut e libertorum defunctorū bonis pro semisse dodrans cogeretur ei qui sine ꝓbabili causa eo noie esset: quo fuissent ille familie quas ipse cōtingeret. Deinde ut ingratorū i pricipe testamēta ad fiscū ptinerēt. Ac ne ipune eēt studiosis uiris q scripsissent uel dictassēt ea tū ut lege maiestatis facta dictaq; oia: q bus modo delator nō deesset: tenerētur. Reuocauit & præmia coronarū: q unq̄ sibi in certaminib⁹ ciuitates detulissent

Gaza qd. Gazophylacium. — PHI. Gazæ: gazā per se uocant pecuniā regiā: ut inqt Quin. Cur. mela ait persas uocare gazā ærariū. unde & nomen inditum est gazæ ciuitati Siriæ: cū cambyses & belli opes & pecuniam contulisset. sed de gaza & gazophylatio copiosius suo loco memorauimus est aūt gazophilaciū gaze & pecuniæ repositoriū. Quos Dido.

Astus Didonis. — Notissima fuit q̄ de Dido. & poetæ & historici prodiderunt. hoc obiter memorandū: quod Dido ubi resciuit maritū sicheū a pigmaleone occisum fratre esse: naues opibus & auro onustas ꝑuexit in pelagus: & ut ministros pigmaleonis falleret harenā inuolucris quibusdā inuolutam in mare deiecit tanquā illi thesauri forent; atq; ita asportatis opibus i aphricā delata ē: ubi mercata solū: qui corio bouis tegi posset carthaginem condidit. autumat Donatus. quod memoratu dignū est. ideo hoc proditum eē: quia tunc pecunia erat ex corio bubulo: ianti q; fuisse in precio loci: quantū bouis unius coriū cōficere potuisset.

Nota corium bouis dici pecuniam. — Extulisset: exportasset. Abditos: occultatos Erui: extrahi educi. Molientiū: effodientium. Exhaustus: exinanitus; euacuatusq; pecunia. Protrahi: plataari & in longiora tempora trahi: cū pecunia non suppeteret ad stipēdia exoluenda. Pro se. do. sententia implicatior est: q̄ ita explicari potest cū moris esset ut dimidiatus assis hoc est dimidiū bonorū defuncti liberti perueniret ad pr̄imoniū: instituit Nero ut ꝓ semisse hoc est pro dimidio hereditatis dodrans. i. nouem partes totius assis illi conficerentur: qui eo nomine appellaretur: quo familie ille noiabātur: quibus ipse Nero esset affinitate ꝓximus. post hoc autem instituit ut talia testamenta ptinerent ad fiscū principis: tanquā illi testatores ingrati fuissent in principē nusquā nominando inter coheredes ipsum Neronē. E libertorū: gnāliter loqtur de libertis oibus. Sine ꝓbabili causa: naz si ꝓbabilis ulla causa extitisset ꝓpter quā eo noie ille appellaret: nō potuissent talia testamēta ad fiscū principis deuolui tanquā ingrata & inofficiosa: sed ut res magis colliq̄scat exēplo instruēda est. si qs noiabat Domi. aut Claud. aut Iulius; nulla causa ꝓbabili tanquā minime gentilis ac necessarius instituit Nero: q tales familias ꝓximitatis gradu cōtingebat: ut huic ex bonis libertorū dodrans hoc est nouē partes assis cogerent. i. coficerentur cumularenturue. deinde talia testamēta rescindebat uolebatq; ut ad fiscū suū ptinerent tanq̄ illi liberti ingrati fuissent in illum principē q instituissent: ut hereditates illorum gētilibus suis cōpararentur. libertus enī seruitute liberatus ac manumissus statim: ut ait Lactan. in. iiii. patroni nomen accipit tanquam filius. siquis ergo libertus fuisset alicuius: q Domi. uel Clau. uel Iulius diceretur. & ipse nomen illud accipiebat: ex quo uidebatur debere in testamento memor esse principis ob nomen. Ne impu. eēt stu. uoluit Nero: ut scriptor taliū testamentorū pœnæ obnoxius esset. Tū ut le. ma. sensus ē uoluit Nero: ut oia indifferenter dicta factaq; uocarentur ad crimen le. ma. si modo delatores nō defuissent: q talia dicta ac facta ꝓ capitalibus deferrent q̄ iniquū iniuriūq; hoc foret uel cæco apparet: cū nō oia etiā in principem dicta nec facta sint trahenda ad crimen le. ma. etenī lubricū linguæ: ut inquit sapienter Mode. iurisc ō. nō facile ad pœnā trahēdū est. nec siquis lapide iactato incerto fortuito statuā Cæ. attigerit crimē maiestatis cōmisit. hæc aūt sententia a superiore seiungenda est: nec ad scriptores testamētorū referenda. hæc enī res alia est. illud autem dicta factaq; oibus legēdum plane ē. dicta factaq; oia: ut sit sensus oia uel minima dicta & facta in principē tracta esse ad crimē le. maiestatis ut ita ex oi re p fas & nefas p̄darēt. Præmia co. in sacris certaminib⁹ nō solū coronæ uictorib⁹ dabāt: sed etiā p̄mia uictoriæ deferebātur: q nero prius omiserat: utpote p̄nceps cōtētus solis coronis soloq; honore uictoriarum nūc uero pecunia exhaustus præmia sibi olim uictori a ciuitatibus delata cœpit reuocare atq; repetere.

Libertus patroni nomē accipit

Lubricum linguæ.

M. AN. Antiqssimæ ga. thesauri uetustissimi. Ser. gazā uocabulū ait esse psicū: diuitiasq; significari Strabo. thesaurū uū & gazā urbē in syria dictam: quo cambises in ægyptios bellaturus oēm regiū thesarū cōtulisset. Tyro ex Vir. portantur auari pigmaliōis opes pelago dux fœmina facti. Molientiū: ædificiorū moles euertentium.

Destitutus: spe lybyci thesauri potiundi. Militū: q sub signis erant. Veteranorū: q iā emeriti erāt. Calūniis: falsis criminibus a caluo. i. decipio: ut priscia. placet. Libertorū defū. obscurus ordo sed sensus aliquāto obscurior: uerū utrūq; sic habet: instituit Ne. ut ex bonis libertorū defūctorū ꝓ semisse q̄ plus cogi ꝑsueuerat. i. bonorum dimidio. Dodrans cogeret. i. tres tertiæ bonorū ptes illi exprimerentur: q esset aliq̄ ꝓbabili causa eo noie p̄ditus quo familie ille usæ essent q̄s ipse Nero. arcto uinculo affinitatis seu agnatiōis cōtigeret: quo apparet oēs Clau. Nomi. Iu. Passienos: legi fuisse obnoxios. his enī & pl̄ibus si pl̄es familiæ q̄ illū quoquo modo necessitudine contingerent usi sūt noibus Noia erāt q̄ post p̄nomē ueteres usurpant: q libertorū bona gentiluz essent. Cice. ad quīt fratrē demōstrat. Ingratorū in prin. q testādo inter hr̄des Neronē ipm nō noīassent: quū ab eo ipi quoquo mō ornati fuissent: aut in familiarissimis habiti. Studiosis uiris: utpote ingratitudinis cōsciis: q re oiris & æquitatis nō ignaris. Lege maiestatis: læsæ intellige. Tenerent lege obnoxia essent. Præmia coronarum: quæcūq; præmia uictori sibi incertaminibus ultra coronas proposita essent. Detulissent: ad se deferenda censuissent.

Et quū interdixisset usū amethystini ac tyrii coloris: summisisset q̄ q nūdinarū die pauculas uncias uēderet: preclusit cū= ctos negociatores: qnetiā inter canēdū aiaduersam matro= nam e spectaculis uetita purpura cultā demōstrasse ꝓcura= torib⁹ suis creditur: detractāq; illico nō ueste modo: sed & bonis exuit. Nulli delegauit officiū: ut nō adiiceret: scis qd mihi opus sit: & hoc agamus: ne quis quicquā habeat. Vlti mo templis cōplurib⁹ dona detraxit: simulachraq; ex auro uel argento fabricata conflauit: in his pœnatium deorum quæ mox Galba restituit.

De parricidio eius in personis Claudii & Britannici.

PArricidia & cædes a Claudio exorsus est: cuius ne= cis & si non auctor at cōscius fuit: neq; dissimulāter ut q boletos: i quo cibi gn̄e uenenū is accepat quasi deorū cibū post hac prouerbio græco collaudare sit solit⁹, Certe oīb⁹ rerū uerborūq; cōtumeliis mortuū insectat⁹ est:

PHI. Interdixisset usum: frequens elocutio est: ut per ablatiuū dicamus. interdico tibi aqua & igni. & hac & illa retū Trāquillus per accusatiuū ꝓtulit: sicut & Sene. q scribit lib. iii. de ira. si iubes Cæsar statim illi domū meā interdicam. interdicere autē usum amethystini coloris nihil aliud ē: quā uetare ne quis uestimento utatur purpu= rei coloris. est enim amethystinus color purpuræ eximius buccino pelagioq; permixtis. luxuria inuenit amethy= stum inebriare tyrio colore. unde fieret cōposito uocabulo tyriamethystus. Plini. in. ix. non est satis abstulisse gem mæ nomen amethystū. rursum absolutus inebriatur tyrio: ut sit ex utroq; nomen improbū tyriamethystus. Idē in ultimo amethystos gēmas esse docet ꝑlucentes uiolaceo colore. causam aūt nois amethysti afferūt: qd̄ usq; ad ui= ni colorē accedens priusq̄ eū degustet in uiolā desinit. fulgorq; quidā in illa purpuræ nō ex toto igneus: sed in co= lorē uini deficiens est eīn. α. priuatiua ꝑticula & μεθη ebrietas tanquā ame thystinus color sit sobrius minimeq; inebriatus uini colore. ad hoc allusit Martia. sic scribēs in apophore. de la= nis amethystinis. ebria sydoniæ cū sim de sanguine cōchæ. Nō uideo q̄re so= bria lana uocer. magi amethystos gē= mas inde appellatas existimāt quod ebrietati resistāt. Tyrii colo. de ty= ria purpura tyrioq; colore q ꝑciosissi= mus erat alibi plura iā diximus. ex ty= rio & iā thino hoc est uiolaceo colore fit compositū nomē preciosæ infectu ræ tyrianthinus. unū palliū tyriāthinū dictū ex tyrio uiolaeq; colore ꝑmixtū. Fla. Vopi. inscriptū ē adhuc in pallio tyriāthino: quo ille uelut spolio nobili tatis exultat. Summisisset. clāculū furtimq; immisisset. Nūdinarū die: quo. s. emporiū mercatusq; rerū uenaliū celebrat. Pauculas un. amethystini ac tyrii coloris. librā aūt uiolaceæ purpuræ uēditā eē denariis centū. testis ē Corneli. nepos. tyria uero dibapha in libras denariis mille nō poterat emi. ē aūt dibapha ꝑciosior: q̄si lota succoq; inebriata. Praeclusit: claustris coercuit sublata abeūdi facultate. Negociatores: tāquā sontes pœnæq; obnoxios i q cōtra uetitū mercati essēt purpurā tyriā ac amethystinā. Vetita pur. amethystina purpura uel tyria: cuius usū interdicto uetuerat. Detractā. s. e spectaculis in qbus spectabat canētē Nero. Bonis exuit: p̄rimonio spoliauit

Scis qd mihi opus sit: tanquā signare uellet sibi dandā esse pecuniā qua indigebat: & ita uēditor erat officiorū & magistratuū: qd̄ a bono principe minime fieri debet. un̄ laude dignus ē Alexā. Ro. impator: q honores nūquam uendi passus ē dicēs uerbū hoc dignū memoratu. necesse est ut q emit uēdat. ego nō patior mercatores potestatū Dona: donaria q̄ in tēplis dicata fuerāt. Cōflauit: redegit in massā. Pœnatiū: pœnates dii sūt ꝓprii Ro= manorū: de qbus multa Macro. in. iii. & nos plura alias: hoc solū interibi addēdū est pœnates dici siue a pœnu. ē eīn pœnus oē quo uescūtur hoīes: siue ab eo qd̄ pœnitus insidēt: ex quo etiā pœnetrales a poetis uocant. Cice. au ctor in. ii. de natura deorū. alii pœnates autumāt dici ab eo qd̄ per illos pœnitus spiramus rōnēq; animi posside= mus. Galbaeq Nero. successit i impio. Paricidia: notissima est pœna parricidarū ex lege pōpeia. & uetere Ro manorū instituto. de qua in secūdo cōmētario satis multa. illud adde apud egyptios pœnā hāc in parricidas fuis se cōstitutā. Articulatim mēbratimq; acutis calamis cæsos iubebant uiuos sup spinarū aceruū cōburi: maxim iu= dicātes scelus ei mortē inferre: a quo uitā accepissent. A Claudio: antecessore eodēq; per adoptionem patre.

M. AN. Amethystini: amethysti lapidis colore infectæ. Pli. nō satis est abstulisse nomē gēmæ amethystuz rursum absolutus inebriaī tyrio. est aūt amethystus gēma uiolacei coloris: & ut Pli. demōstrat ad ebrietatē domā= dā efficat. unde rei nomē datū. Pauculas uncias: purpurei colori atq; amethysti. Nūdinarū die: ipsis nūdinis quē diem: ut festi tr̄ar uerbis eē uoluerēt: quo mercādi causa rustici in urbē uenirent: sed de rei & nois ratione plu= ra Macro. Praeclusit: in carcerē cōiecit: ut ob eā calūniā aliquā ei pecuniā exprimeret. Inter canendum: quuz publice caneret. Ex spectaculis: expectandi loco ueteres eīn nūc spectationē ipsam: nunc locum: nūc rem quam spectarent spectaculum dixere. Quid opus est: pecunias. s. aut multorum expilatione. Et hoc: adiiceret.

Templis dona detraxit: Cornelius spoliatis in urbe tēplis egestoq; auro q triūphis: q uotis omnis po. ro. ætas prospere: aut in metu sacrauerat. Simulachra ex auro: idem auctor Perasiā īngt & achaiā non dona tantum. sed simulachra numinū obripiebantur: missis. s. eas prouincias Acto: & secundo ille libertus cuius flagirio promptus his græca disciplina oretenus exercitus. Pœnatiū deorum: Nigidius & labeo Appolinē: & Neptūnum pœna= tes deos esse crediderunt: alii Iouem Iunonem & Mineruam: Cassius Hemina eosdem pœnates esse credidit quos θεουσ μεγαλουσ dixere. i. magnos deos Nigi. eosdez quos & θεουσ πατρωουσ. i. deos p̄rios quorū utrūq; ne ro usurpauit: nūc magnos deos: nūc p̄rios appellans: qd aūt Alicarna Diony. de his senserit supra significauimus.

Galba: is ei successit. A Claudio: qui ueneno sublatus creditur. Conscius: eius consilii particeps.

PHI. Quasi deorum cibum: ita iocabatur Nero in Clau. defunctum: dum boletos cibum deorum uocat: tā quam Clau. per boletos extinctus dein relatus sit in numerum deorum. Mortuum: claudium.

Interdico domum & domo.
Amethystus.
Tyriamethystus
Amethistus gēma.
Sobria lana
Tyrianthynus.
Dibapha.
Officia uēdi nō dn̄t.
Qui emit uendit.
Pœnates unde.
Pœnetrales.
Pœna parricide apd̄ ægyptios.

modo stultitiæ:modo sæuitiæ arguens. nam & morari eum inter homines desiisse ꝑducta prima syllaba iocabatur:multaq; decreta & constituta: ut insipientis atq; deliri pro irritis habuit: deniq; bustū eius consepiri nisi humili leuiq; materia neglexit. Britannicum non minus æmulatiōe uocis: q̃ illi iucūdior suppetebat q̃ metu:ne qñq; apud hominū gratiam paterna memoria preualeret: ueneno aggressus est qđ acceptum a quadam locusta uenenariorū indice: cum opinione tardius cederet:uentre modo britannici moto accersitam mulierem sua manu uerberauit: arguens pro ueneno remediū dedisse:excusantiq; minus datū ad occultādā facinoris inuidiam. sane inquit legē Iuliam timeo:coegitq; se coram in cubiculo q̃ posset uelocissimū ac pñtaneū coquere. Deinde in hædo expertus postq̃ is qnq; horas ꝑtraxit. Iterū ac sæpi⁹ recoctū ꝑcello obiecit quo statim exanimato inferri

Moros stultus. Sanio. Moror

Modo stul. tanquā Clau. & stultus fuisset & crudelis. Morari græci moron stultum uocant & fatuū; quia nostris sanio nūcupatur. inde Plau. in trinūmo. facete dixit amor mores hoim moros & morosos efficit. hinc uerbum moror deducitur qđ significat fatuū eē & insanire. uerū inter uerbū illud notissime significatiōis: & hoc græcanicum illa est differentia; q̃ illud primā syllabam corripit; hoc ꝑducit cū μωρος apud græcos scribatur per ωμεγα. quod nimirū syllabam facit productam. igitur Nero cum diceret Clau. desisse morari inter hoies: dicere uidebatur: quod cessasset manere & uiuere inter hoies: cū tamen intelligi uellet eum desisse per mortem delirare & desipere q̃ uiuus deliraverat.

Bustum.

Bustū Cice. bustū putat appellari tūbā: ubi in legibus ait poena est si quis bustū. nam id puto appellari tūbā: aut monumentū: aut colūnam: uiolarit deiecerit: alias bustū si seruio credimus: dr cū rogus iam exustus: quod & Vir. innuit scribens semiustaq; seruant busta & in hoc significatu accipi uidetur a Tranquillo de bustuariis gladiatoribus & meretricibus suo loco iam diximus. Consepiri: tanquā sepimēto quodā circūuallari. lex incendiū uetat rogum bustumue nouū uetat erigi propius. lx. pedes iuxta ædes alienas inuito dño.

Lex de rogo & busto

Mors britannici.

Britānicū ueneno aggressus festis saturno diebus inter alia ludicra britānicus iussus a Nero. cātū aliquē incipere ꝑgressus in mediū exorsus est carmē quo euolutum se sede pña rebusq; sūmis significabat. uñ orta miseratio est. itaq; Nero pari uenenū occulte iubet ministro Iulio pollio. uenenū ueneficę locustę opa parū accepit primū britānicus ab ipsis educatoribus trāsmisitq; aluo parū exoluta. uñ iterū uenenū rapidū pñtariūq; decoqtur qđ in aqua frigida britānico datū. ita cūctos artus inuasit ut uox pariter & spūs raperent. auctor Cor. Ta. Illi iucūdior: sæpius dictū ē uoce uero fuisse fuscā. Pña me. Aggrippina iā Neroni filio infensa ꝓclamabat adultū iā eē britānicū uerā dignāq; stirpē suscipiēdo pris imperio: qđ insitus & adoptiuus ꝑ iniuriā mris exerceret.

Locusta uenefica.

A locusta: fœminā noie locustā ueneficī nois dānatā multa scelerū fama testis ē Cor. Ta. ab hac uenefica uenenū ꝑparatū ē quo britānicus extinctus ē: eiusdē mulieris igenio paratū fuit uenenū illud: quo Clau. ē ꝑemptus: ut supra explicatū. ꝓpter hāc locustā: dictū ē illud notissimū a poeta satyrico. instituitq; rudes melior locusta ꝓpiuqs. Britānicū aūt ueneno latēter occidisse Iosephus quoq; scribit libro nouissimo antiqtatū.

Venenarii.

Venenariorū: uenenarii sūt q uenena cōficiūt dāt ue hois necādi causa: q poena uenenū legis cor. de sicca. & ueneficis. Apule. q uenenariū accusat scrupulositua cibal: q furē arguit sua custodit. Mercu. auctore Firmisco materno ꝯstitutus i. xii. ab horoscopo loco facit maleficos uenenarios: si mars eū: aut de diametro: aut de q̃drato respexerit.

Index.

Indice: index ē q facinorū: cuius ipe ē ꝯscius: latebras idicit imunitate ꝓposita: auctor Pedia. Asco. locusta eū uenefica eēt ueneficiiq; dānata uenenarios quoq; indicāuerat. Opiniōe tar. quā Nero opinatus eēt q lenti sceleris impatiēs illico extingui britānicū uolebat dato pñtissimo ueneno. Mulierē: locustā: cuius supplicīū iussit q dū timorē respicit securitate desideriū suū moraret. Excusanti. s. locustæ. Legē iul. tit. capite legis iuliæ quodā poena ꝓscripta erat in ueneficos. uñ alludēs Nero locustæ se excusanti dixit. ego legē iuliā timeo tanq̃ significare uellet nō opus eē sceleris occultatiōe: cū ipe pñceps legibus solutus sit: nec poenā a lege ꝓscriptā reformidet. ꝓcipis em̄ ē lages dare nō accipe: sicut oli Iulia nouerca ꝓuigno dixit Anto. caracallo. & mali principes q̃lis erat Nero regere leges nō regi a legib⁹ ꝑ ipotētiā uolūt. leges: ut dicebat Anacharsis sūt siles telis arancarū: nā sicut ille infirma aialia retinēt ualētiora trāsmittūt. ita legib⁹ hūiles & paupes ꝯstrigunt: diuites & ꝑpotētes nō alligant.

Leges simi les telis arancarum

Venenū pᵱsentaneum Pñtissima remedia.

Præsentaneū: dicimus uenenū pñtaneū qđ repētiuū ē & pñtē subitariāq; mortē affert: sicut econtrario remediū pñtariū appellatur: qđ statim prodest. Au. Gel. Regulū attiliū in senatu dixisse refert uenenū sibi carthaginēses dedisse nō pñtaneū: sed eiusmodi qđ mortē in diē ꝓferret. Plini. remedia pñtanea & pñtissia freqnter appellat: quæ sine cōtatiōe auxiliātur. Coqre: Cor. tacitus iuxta cubiculū ꝑcoquit uirus cognitis añ uenenis rapidū. Liui. matronas tradit accusatas dānatasq; qđ uenena coqrēt: qb⁹ maritos absumebāt.

Hedus Ircus. Hedilia. Porcellus. Porculatio

In hædo: antiq hædos & ircos sine aspiratiōe scribebāt peissime ea usi: ut docet Qui. a sabinus: ut auctor ē. M. V. dicebāt fœdus: q a Ro. hedus. hedilia appellat Ora. stabula hedorū. Is hedus. Protraxisset: uiuēdo durasset. Porcello: tertius gradus diminutionis nā a porco porculus & inde porcellus dictus. Pla. Vo. ut uno die ueruecē: & porcellū comederet: nutricatū porculorū ꝑsci porculationem uocauerūt. Exanimato: extincto alias perturbato.

M. AN. Deorum cibū: ad Claudii consecrationem alludens: morari: fatue & stultu agere μωρος fatuus dicitur uñ moror uerbū affinxit. Producta priā: ad drīaz altius uerbi: moror q ē i mora sū in factitio aūt omego ē i pria. Cōsepiri. Claudii. Aemulatiōe uocis: id magis fuit detestabile: q̃si impii æmulatiōe: q plerīq; factitarū: paricidiū patrasset. Cornelius auctor ē Saturnalib⁹ quū ꝑ luxū Nero fortitus eēt inter reges iro piū: iussissetq; Britānicū in mediū ꝓcedere atq; canere carmē: atq; id ipm inderisū: cōstārer illū exorsū miserabile carmē significare se pña: rebusq; sūmis euolutū: unde orta cōmiseratio manifestior: qa dissimulationem uox & lasciuia exemerat: ad id certe Tranquillus allusit sed Nero: tum forte magis rem attendit: q̃ uocem.

Paterna memoria: Claudii patris. Locusta: hoc quoq; nomie satyri carmine locusta nota est. Instituitq; rudes melior locusta ppinquas. Per phamā & populū nigros efferre maritos. Cornelius & Pli. auctores sunt locustæ ministerio paratū uenenū quo Britānicus sublatus est Ventre moto soluta aluo ui ueneni. Sua manu uerberauit: Cornelius Sulpitiū tamē interminatū air p Iuliū pollionē pretoriæ cohortis tribunū quē eius cōsilii participē fecerat

Excusanti: locustæ. Minus: partius. Legē iuliā timeo: lex iulia nō solū in adulteros lata: sed & numera ab hospite accipi prohibebat: eadem & in ueneficos & sicarios pœnam statuebat: Cornelius quoq; auctor est locustam ueneficii damnatam.

intriclinium dariq; cœnanti secum britannico imperauit: & quum ille ad primum gustum concidisset: comitiali morbo ex consuetudine correptum apud conuiuas ementitus: postero die raptum inter maximos imbres trāslatitio extulit funere. Locustæ pro nauata opera impunitatem prædiaq; ampla: sed & discipulos dedit.

De parricidio eius in matrem & amitam & aliis sceleribus eius.

Matrē dicta factaq; sua exqrentē acerbius: & corrigētē hactenus primo grauabat: ut iuidia idēridē oneraret quasi cessurus imperio rhodūq; abiturus: mox & honore omni: & potestate priuauit. Abductaq; militum & germanorum statione contubernio quoq; ac palatio expulit: neq; in deuexanda quicquam pensi habuit: submissis & qui Romæ morantem litibus: & in secessu quiescentem per cōuicia & iocos terra mariq; prætereuehentes inquietarent.

PHI. Dari britannico: cibus potusq; britānici a ministris gustu explorabatur. unde ne utriusq; morte scelus proderetur. talis dolus repertus est: innoxia adhuc & precalida pregustata: q̄ potio datur britannico deinde postquā feruore eā aspernabat: frigida in aq̄ effundit uenenū: qd ita cūctos eius artus inuasit: ut uox pariter & spiritus raperent. epulabat autē tunc britannicus cū cæteris eius ætatis nobilibus inter quos erat Titus uespasianus: quē ex ea potione gustasse creditū est grauiq; diu morbo cōflictatū. (In frigida uenenū.) Ementitus scilicet. Nero: Cōmitialis morbos ut erat reclinis: & nescio similis solutū ita dixit britānicū per comitialē morbū: quo primū ab infātia afflictaretur: & redituros paulatim uisus sensusq;. Extulit: efferri pprie dicunt cadauera mortuorū. Translatitio funere: (Trāslatitiū funus.) talibus exequiis & modico apparatu funebri: qui nō esset imperatorius legitimusue. sed aliunde translatus: sicut & edicta translatitia dicta: sup qua dictione superius satis multa. Cor. Taci. nox eadem necem britannici & rogū coniunxit. puiso ante funebri apparatu qui modicus fuit. Inter maximos imbres: Cor. Taci. in cāpo martio sepultus est britannicus adeo turbidis imbribus: ut uulgus iram dei portendi crediderit tradunt pleriq; scriptores illusum esse pueritiæ britannici Neronē supremūq; illum Claudiorum sanguinē stupro priusq̄ ueneno polutū: Nero exequiis Britānici nō interfuit a maioribus institutū referens subtrahere oculis acerba funera: neq; laudationibus retinere. Impunitatē: erat enim ueneficii dānata. Discipulos: tanquā magistra ueneficiorū artem ueneficā doceret. Matrem corrigentem: scribit Tacitus libidines Neronis tradatas fuisse matri reuerentia. in quas se se totum effudit post illius obitū. Grauabatur: grauiter & ægre tolerabat. Factaq; exquirentē: in urbe sermonū auida erant qui dicerent nullū subsidium esse in principe: qui a fœmina regeretur: quæ dominationis cupidinibus flagrabat: & ferocia prepolens: nō tam in participatū imperii cū filio uocari cupiebat: q̄ ipsa imperare: cuius ipotentiæ obuiā iuere Seneca & brutus rectores Neronis iuuentæ cunctis cupientibus infringi potentiā impiosæ Agrippinæ. Idētide: frequēter abducta statione germanorū: scribit Corne. Tacitus excubias militares: quæ Agrippinæ: ut mariti imperatoris asseruebant a Nerone iussas esse digredi simulq; germanos q custodes additi erant Agrippinæ honoris causa: & ne cetu frequētantium frequentaretur separat domū matrēq; transfert in eam domū: quæ Antoniæ fuerat: tunc statim relictum est. Agrippinæ limē nemo illam solabatur: nemo adhibat præter paucas fœminas. (Infringitur potētia matris.)

M. AN. Cœnanti secum: in eodem triclinio: sed nō eodem thoro: quin perciore mensa cum principum liberis æqualibus suis: ut Cornelius scribit addiditq; uenenum illi in frigida aqua datum. Comitiali morbo: quo ut Cornelius ait ab infantia conflictari esset solitus. Translatio: subito & tumultuario quale aliunde sumptum alioue transferendum esse solet. idem auctor modico apparatu in campo martio eodem die: quo periit scribit sepultum: ac p speciem ueteris instituti acerbum funus oculis populi subito subtractum: ne laudatione quidem ulla adhibita: adeoq; turbidis imbribus: ut uulgus deorum iram portendi crediderit. Et discipulos: ad eam forte in stationem Iuue. allusit eo carmine instituitq; rudes melior locusta propinquas. Grauabatur: grauate ferebat.

Cessurus imperio: imperii administratione abiturus. Abducta: adempta. Statione: militum scilicet qui ad id tempus præsidii causa circa illam excubuerant.

PHI. Contubernio: ne secum intra eosdem penates degeret & contubernalitate sociaretur. Palatio. palatinis ædibus & domo imperatoria. Inde. exagitanda affligenda. Quicq̄ pen. ha: salustius neq; dum pararet sibi regnum quicq̄ pensi habuit. Submissis. clanculum immissis & subornatis hominibus. Litibus inquietarent narrat cor. tacitus accusatores paratos fuisse a Iulia syllana: qui agrippinam accusarent tanq̄ destinasset rubelium plancum ad res nouas extollere: quod crimen propere attrociterq; delatum est neroni per parridem histrionem. In sece. cum nero uitaret secretos matris congressus: illa abscedebat in hortos. aut in tusculanum uel anciatem in agrum: laudabaturq; a filio quod ocium lacesceret. Perders sta. interimere. tacitus postremo ubicūq; haberetur pregrauem matrem ratus interficere statuit.

Verum minis eius eius ac uiolentia territus perdere statuit: & cum ueneno tentasset. sentiretq; antidotis premunitam: lacunaria que noctu super dormientem laxata machina deciderent parauit: hoc consilio per conscios parum coelato: solutilem nauem: cuius uel naufragio uel cameræ ruina periret: commentus est. Atq; ira re conciliatione simulata iucundissimis litteris baias euocauit ad solemnia quinquatriū simul celebranda: datoq; negocio trierarchis: qui liburnicam: qua aduecta erat uelut fortuito cōcursu confringerēt: ꝓtraxit cōuiuiū: repetentiq; baulos in locū corrupti nauigii machinosum: illud obtulit: hilare prosecutus: atq; in digressu papillis: quoq; exosculatis: reliquum tēporis cum magna trepidatione uigilauit: operiēs cœptorū exitū. Sed ut diuersa omnia nādoq; euasisse eā cōperit: inops consilii. L. Agerinū libertū eius saluam & incolumen cum gaudio nnnciantē:

Trux agrippina.

Minis eius. trux erat ut inquit tacitus & minax Agrippina: que filio dare imperiū tolerare imperitātē nequibat. Idem alibi præceps posthac agrippina ruere ad terrorem & minas. Antidotis pre. cōsultauit nero an ueneno an ferro uel qua alia ui matrem interficeret. placuit primo uenenum sed illa presumēdo remedia munierat corpus remedia autē huiusmodi antidota nominamus. Lacunaria. cameram contignationēq; cubiculi. Solutilē

Solutilis nauis.

solutilis dicit nauis que eo artificio cōpacta est; ut per se dissolui facile possit. Huius nauis solutilis sic meminit Tacitus; ergo nauem posse cōponi docet; cuius pars ipso in mari per artem soluta effunderet ignarā. sutilis uero cymba dicitur a Marone intexta & ob id fragilis illo uersu. Gemuit sub pōdere cymba sutilis. Cameræque in ipso nauigio erat extructa: & significatur pars superior cubiculi: & tectum. Camuris cornibus dixit Vir. pro curuis & in se redeuntibus: unde cameras dici autumant Ser. & Macro. est enim proprie camera nō totū cubiculū sed lacunar parsq; superior cubiculiq; ferme semp deformatione curua fieri solet. Plini. in. xxxvi. cameras accipit in hac significatione cū ait pulsa deinde ex humo pauimenta in camera transiuere ut ꝓnū uitriū a camera tectū concameratū appellat quod est fornicatū & ad similitudinē cameræ fabricatū.

Sutilis cymba.

Cameræ unde.

Cōmentus est: excogitauit inuenit. Baias euocauit: Nero cū quinquatrium festos dies apud baias frequētaret illuc matrem elicit; ferendas matrum iracundias & placandum animum dictitans: ut ita reconciliationis rumore uulgato acciperet matrem agripPinam facili credulitate fœminarum ad gaudia uenientem: cui obuius in littore factus eam excepit manu ac complexu. Quinquatribus. quinquatria festiuitatem fuisse solemniter dicatam Mineruæ suo loco demonstrauimus. celebratur autem per quinq; dies mensis martii. Trierarchis: trierarchus significat præpositum nauis triremis quæ græco uocabulo trieris dicitur. In Daniele scriptum est. Venient super eum trieres & romani: solita autem erat agrippina uehi in trireme classiariorūq; remigio. Liburnicam: nauigium de quo in augusto abunde diximus. Protraxit conuiuiū. Cor. tacitus: tunc inuitata ad epulas erat ut occultando facinori nox adhiberetur. Idem ait tractum in longum a nerone de industria fuisse conuiuium. Baulos.

Trierarchus.

Bauli unde

Cor. tacitus: ducit baulos: id uillæ nomen est: que inter promōtorium misenum baiarūq; lacum flexo mari alluitur. Mar. dum petit a Baulis mater Cerelia baias. Pli. quoq; in. iii. huius uillæ baulorum meminit his uerbis misenum: portus baiarū: bauli lacus lucrinus & auernus. Seruius causam nominis inde factam memorat q̄ olim Hercules iuxta baias fecit caulam bobus: & eam sepsit: qui locus primo baulia: dictus mox dici cepit bauli. Machinosum: solutilem nauem: quam ob id ipsum commentus fuerat.

M. AN. Contubernio: cōmuni domicilio. Palatio: palatii regione q̄ adhuc inhumanius fuit. Submissis: subornatis instructis. Litibus: forensibus. In secef. Cornelius auctor est Agrippinā in hortos aut in tusculanū agrum antiatēue secedere solitā. Quiescentē: quiescere cupientē. Per cō. & io. ut quasi conuitiis inter se certantes mixtisq; uerbis ꝑ iocum incessentibus illam ꝑ noctem inquietarēt. Antidotis ualidis aduersus uenena remediis. Lacunaria: lacunar & lacunarium ueteres dixere atq; utrūq; a plana trabe que lacus dicit. Parum coelato ab iis qui eius consilii participes essent ꝓdito. Sutilem na. que ꝑ se solueret: ut q̄ domestica ruina nō potuit: matrem naufragio perdere instituit. Cameræ: quæq; solutilem in nauim struxerat. Cōmentus est. Excogitauit Cor. ait ab aniceto Neronis educatore sed tum præfecto classis id consilium monstratum. Ad so. quinquatriū: ut diem Mineruæ facitum secum baiis celebraret. Trierarchis: triremium prefectis υριλιρην. enim triremis dicitur αρχος princeps. Liburnicā: celerem nauim qua agrippina baias deuecta fuerat. Fortuitu concursu: tāq̄ uiolento cursu quē ex alto tenuissent in eā delati fortuito impulsu frangerent. Repetenti baulos: bauli uilla Cor. ait inter Misenum & baias ubi matrem Agrippinā a se accersitam excepit Nero: sed eam ex Antio uocatam intelligas: non ex baulis q̄ idem auctor perspicue demonstrat.

PHI. Hilare. hilariter cum hilaritate. Papillis exosculatis. Cor. tacitus prosequitur nero abeuntem artius oculis & pectori inhærens: siue explenda simulatione siue pariture matris supremus aspectus q̄uis ferū animum retinebat. Operiens. expectans. Vt di. omnia. cor. tacitus at neroni nuncios patrati facinoris operienti offertur euasisse ictu leui sauciatam. L. agerinū: separatim legendu; L. agerinū: erat enim agerinus prenomine Luci. agrippinæ libertus: quē illa ut natando euasit rem dissimulans misit ut nūciaret filio benignitate d. ū & fortuna eius euasisse grauem casum: nanq; tectum & canera solutilis nauigii multo plūbo grauis corruit: cuius ruina pressus & statim exanimatus est crepeius gallus. Agrippina & Aceronia ꝓtectæ sunt: sed cū dissolutio nauigii nō sequeretur in maræ iactæ sunt. Aceronia per imprudentiam dum se agrippinam esse clamitat: ut matri principis subueniretur naualibus telis remisq; conficitur. Agrippina unum uulnus humero accepit. nando deinde occursu naticularum uecta in lucrinum lacum uillæ suæ fuit importata.

Camera nauigii corruit.

Agrippina natauit.

Abiecto pugione. Cor. taciti uerba hæc sunt cū uerbis Tranqlli cōgruentia. ipse audito uenisse missu agrippinæ nunciū agerinū parat ultro scenā criminis: gladiūq; dū mādata pferret abiicit inter pedes eius: tūc quasi deprehenso uincula iniici iubet ut exitum principis molitā matrē: & pudore deprehensi sceleris sponte mortē sumpsisse confingeret. Matrēq; oc. s. iussit. Anicetus neronis libertus summā interimēdæ Agrippinæ sibi depoposcit: uillamq; in qua illa inerat militari statione circundat: refractaq; ianua cubiculi fores irrūpit trierarcho herculeo & cēturione comitatus: circūsistunt lectū percussores & prior trierarchus hoc est prefectus triremis fuste caput pcussit

Mors agrippinæ

Carnifex pscietia est.

abiecto clā iuxta pugione ut pcussorē sibi subornatū arripi constringiq; iussit: matrēq; occidi quasi deprehensum crimē uolūtaria morte uitasset. Adduni his atrociora nec incertis auctoribus ad uisendum interfectæ cadauer accurrisse: cōtrectasse mēbra: alia uitupasse: alia laudasse: sitiq; iteri obora bibisse. Neq; tñ sceleris cōsciētiā: q̃q̃ & militū & senat⁹ populiq; gratulatiōib⁹ cōfirmaref: aut stati aut unq̃ postea ferre potuit: sæpe cōfessus exagitari se materna: specie uerberibusq; furiarū: ac tedis ardētib⁹. Quin & fctō p magos sacro

multisq; uulneribus cōfecta est. Alia lau. aspexerit ne matrē exanimē nero & formā corpis eius laudauerit sunt q tradiderint sunt qui abnuant. Neq; sce. con. uetus uerbū est cōsciētia mille testes: & ut inqt uerissime Pacatus ipsa sibi carnifex cōscientia est hæc lāncinat mētes sceleratorū & intrinsecus dicit ego feci: hac iudice nemo nocēs absoluitur. Exagitari ma. spe. Idem nero post matricidiū patiebaf: quod Orestes tragicus ppessus esse pdit. q armatā facibus matrē uidebat: cuius mens imaginibus fallebaf ut poetarū fabulæ ferunt quod insaniæ genus esse scri. Cel. Statim fe. post pfectū parricidium nero per reliquam noctem sceleris magnitudine quiescere non poterat: modo per silentium defixus: sæpius pauore exurgens: & mentis inops lucem operiebatur tanq̃ exitum allaturam. Militum gra. prima fuit cēturionum tribunorumq; adulatio neroni gratulantium: q discrimen improuisum & matris facinus euasisset: amici deinde uictimis & legationibus læticiam apud principem testabantur. Senatus; decretæ sunt supplicationes a senatu ob mortem Agrippinæ: cuius dies natalis inter nefastos relatus est.

Verberibus fu. de horreste matricida proditum est a Pacuuio: q a furiis agitatus propter illas uitandas ingressus est Apollinis templum: & cum iam uellet exire denuo inuadebatur a furiis; sed operæ precium est cognoscere quemadmodum. M. T. furias impiorum tragicas ac furiarum faces ardentes interpretetur: cuius uerba ex oratione in Pisonem sunt hæc: nolite enim putare: ut in scena uidetis homines consceleratos impulsu deorum terreri furiarum tedis ardentibus; sua quemq; fraus. suum facinus suum scelus: sua audacia de sanitate ac mente deturbat. hæ sunt impiorum furiæ hæ flammæ hæ faces. Idem in oratione pro Roscio amerino sic scri. Nolite enim putare quemadmodum in fabulis sæpe uidetis. eos qui impie sceleratq; cōmiserint agitari & perterreri furiarum tedis: ardentibus sua quemq; fraus & suus terror maxime uexat: suum quemq; scelus agitat amentiaq; afficit: suæ malæ cogitationes amentiæq; animi terrent: hæ sunt impiis assiduæ domesticæq; furiæ: que dies noctesq; parentum poenas a consceleratissimis filiis repetant: tullianæ sententiæ astipulatur satyricum carmē. Diri conscia facti mens habet attonitos & surdo uerbere cedit occultum quatiente animo tortore flagellum. Pacatus quoq; panegyrista habet inquit nescio quos internos mens scelerata carnifices. Non incommode hoc in loco referri potest id quod tradit maximus ecclesiasticorum scriptorum Origenes: qui in secundo periarchon supplicia inferorum & cruciatus nihil aliud sentit esse q̃ ipsam mortalium conscientiam: que propriis stimulis agitatur; atq; compungitur & sui ipsa efficitur accusatrix & testis: cum per diuinam uirtutem uidet ante oculos expositam ueluti historiam quādam scelerum suorum; que in hac uita commisit & singula que foede ac turpiter fecit in memoria reuocat. Poetæ tres furias esse dixerunt propterea q tres sunt affectus; qui mentes hominum exagitant: qui mortales in omnia facinora precipites agunt uidelicet ira; cupiditas. libido. ira ultionem desiderat; cupiditas opes libido uoluptates: sicuti eleganter docet Lactantius lib. vi. institutionum. Igitur neroni furiis domesticis inquieto obseruabatur maris illius & littorum grauis aspectus: & erant qui crederent planctus exaudiri ex tumulo agrippinæ; quæ leuibus exequiis cremata fuit; mox domesticorum cura leuem tumulum accepit iuxta uiam miseni & uillam Cæsaris dictatoris.

Natalis agippinæ inter nefastos.

Furiæ hostētis.

Furiæ qd.

Sua quēq; fraus uexat

Domesticæ furiæ.

Cōscientia suppliciū inferorū.

Cur furiæ tres.

M. AN. L. agerinum: apud cor. semp Agerinus pro lagerino legitur. Abiecto: a nerone. s. aut certe Neronis iussu. Percussorem: interfectorē. Sibi aduersus se. Subornatum: a matre instructū. Matrēq; occidi mandauit subaudi: fuerat Agrippina naufragio seruata in uillam suā quæ ad lucrinū erat lacū delata humero media trepidatione consauciato: ibi filii iussu a Niceto trierarcho herculeo & obarito Centurione lecto cubans: multis est uulneribus confossa. Voluntaria morte uitasset: ultro sibi mortem consciuisset. Incertis auctoribus: cor. quoq; id uarie traditum affirmat. Alia mē. Vituperasse: ut parū pulchra spreuisse. Sitiq; interim oborta: uanam: hic quidam argutuli interpretes cofingunt fabulam omnia in peius trahentes: uoluntq; ad Neronis libidinem id referri oportere: quasi attrocissimorum id spectaculū eius oculis blanditum ad libidinem inuitarit quum ne uiua quidē illa omnibus illecebris ad id scelus trahere potuisset nec Tranquil. qui portentosas eius libidines tam diligēter insectatur rem tam atrocē obscurissimo inuoluisset enigmate. nec quum alia tum cōtulisse quod aliquis inepte suspicabitur contemderim: sed eius intēperentia notatur quod in tam diro casu ac circa mediā noctē potu nō abstinuisset q noctu ad eam uidendū Nero accesserit Cornelius est auctor.

Magi ad neronem.

PHI. Facto p magos sacro: Pli. in. xxx. magicas uanitates coarguēs neronē magicæ disciplinæ cupientissimū fuisse pdidit: adeo ut nemo unq̃ ulli artiū ualidius fauerit: magus ad eū mithridates uenerat & magos secū adduxerat: magicis etiā cœnis eū inuitauerat: nō tamē cum ei regnū daret hanc ab eo accipere artem ualuit.

euocare manes & exorare tentauit. Peregrinatione quidem græciæ eleusinis sacris: quorum initiatione impii: & scelerati uoce præconis summouerentur: interesse non ausus est: Iunxitq; parricidio matris amitæ necem: quem quum ex duritia alui cubantem uisitaret: & illa tractans lanuginem eius ut assolet iam grandis natu: per blanditias forte dixisset simul hanc excepero moriuolo: conuersus ad proximos confestim se positurum uelut irridens ait: præcipitq; medicis ut largius purgarent ægram. Nec dum defunctæ bona inuasit: suppresso testamento nequid abscederet.

Item de patricidiis eius in uxores affines & necessarios: & coniunctos suos commissis.

VXores prætes Octauiā duas postea duxit: Popeā Sabinā q̄storio patre natā & eqri Ro. ante nuptā: deinde Statiliā messalinā Tauri bis consulis ac triūphalis

Euocatio. manium. Manes. Euocare manes Euocatio manium est: quā p artem magicam facit Vlixes apud Homerū in. xi. odisseæ. Consimiliter apud Siliū Scipio euocat manes hoc est umbras defunctorū magico sacrificio. appion quoq; grāmaticus prodidit se euocasse umbras ad pconctandū: Home. qua patria quibusue parentibus. genitus esset: de hac manium euocatione intellexit Tibullus sic scribens de saga fœmina: hæc cantu finditq; solū manesq; sepulchris elicit. fiebat
Cruor in fossam. autē peculiariter inferorū euocatio sanguine in fossam uictimarū melle uino lacte cōmixtis. hinc ab Oratio dictū: cruor in fossam confusus ut inde manes elicerēt animas responsa daturas. Nero sacro magico tentauit euocare manes hoc est animā maternā: eamq; cōplacare sed nō potuit. Scelerati uoce preconis: scri. Helius lampridius in eleusinia sacris proclamari solitum ut nemo ingrediat: nisi qui se innocentē nouit: hinc translatum est illud poetis
Procul este prophani. cum procul o procul este pphani cōclamat uates preterea nullus qui initiatus nō foret ingrediebatur apud athenienses templū Cereris: unde cū olim duo iuuenes acarnanes per initiorum dies nō initiati tēplū Cereris imprudentes religionis ingressi essent: deducti sunt ad antistites & tanq̄ ob infandum scelus interfecti: de eleusinis sacris que initia peculiariter nominant abunde diximus supra. Nero ex cōsciētia cōsceleratissima nō ausus est interesse sacris cereris: cū e cōtrario. M. Antonius iperator ut se inocentē pbaret cereris tēplū adiit: & ut refert Iulius capitolinus: sacrariū solus igressus est. Amitæ necē. scri. Tacitus neronis amitam lepidā olim certamē acerrimū aduersus agrippinā exercuisse: utrū amita an mater apud neronē preualeret. tādem illis mors fuit idicta q̄uis multū Narcisus aduersaret: sed hæc de qua loqi Trangl. nimirū altera est q̄ domi-
Plurimū negocii exhibet aluus tia uocabat: inter quā & Agrippinā infensa quoq; æmulatio exercebat cuius libertus fuit paris histrio. Ex du. alui: alios inqt Cel. astricta alios resoluta aluus exercet. Igit aluū soluere is debet cui astricta est sicut aluuz firmare is cui fusa: succurrendū eni semp est parti maxime laboranti. Cōtrahit aūt aluus plerūq; in senectute ut auctor est Hippocrates in aphorismis: memoratu digna sunt q̄ scri. Pli. in. xxvi. cuius uerba subscripsi: plurima negocii hūano ge-
Lanugo. neri aluus exhibet: cuius causa maior pars mortaliū uiuit: alias eni cibos nō trāsmittit: alias nō cōtinet: alias nō capit: alias nō cōficit: eoq; mores uenere: ut hō maxie cibo pereat. Cubantē: ægrotātē. Ora. cubat hic in colle Quiri-
Lanuginosus. nitubi exposuit porphirio ægrotat. Lanuginē eius: barbā pubescētis. Nero. scri. Macro. post ānos ter septenos uestiri a iuuene genas flore prio lanuginis. Mar. iā mihi pria latet longis lanugo capillis: est lanugo quædā q̄si lana qua in primis cotonea mala cōuelant: a lanugie iclinat lanuginosus. Pli. lanugiosum uocat araneū. Simul. h. excę. uerba amitæ in morbo blādientia neroni: tanq̄ tūc libēter moriturę: cū uidisset neronē deposita pria lanugie iā maturū iperio ad uirilitatē puenisse: talia aūt uerba ex usu sunt quotidiano & affectionibus domesticis.

M. AN. Verberibus furiarū: furialibus curis qđ & orestri post mřis cædē Euripides accidisse ait. Ver. aut agamēnonius furiis agitatus orestes: Armatū facibus matrē & serpētibus atris cū fugit: ultricesq; sedent in limie diræ.

Per magos sacro: qđ ille hæc tētauerit Pli. uerba declarāt: preterea iquit umbrarū inferorūq; colloquia quæ oia ætate nostra priceps Nero uana falsaq; cōperit. Lucanus auctor est ita maioribus psuasum posse umbras herebi ui magica euocari ex eius pharsalide est id carmen: fata perēptorū pēdent iam multa uirorū quē superis reuocasse uelit si tollere totas tentasset cāpis acies & reddere bello cessissent leges herebi: Apuleii auctoritas haud uno loco Lucano astipulat. Exorare: precibus flectere ac placare. Peregrinatione græciæ: quum peregre in græciā est pfectus. Eleusinis sacris: eleusinæ: cereris græci τεσμοφορια uocant. Amitæ necem: domitiæ dominii pr̄is soror: tacitus hæc turius & caluisius attineto domitiæ neronis amitæ liberto aperiunt. Lanuginē eius: barbā tum primū pubescentem quam nero nondum deposuerat. Grandis natu: iam anus.

PHI. Hanc lanuginē barbæ. Se positurum: tanq̄ significare uellet nullam in se mortis differende causam futuram. Largius: usq; ad animæ effusionem. Suppresso: occultato. Abscederet: ut omnia amitæ bona ad ipsum pertineret. Octauiā: que filia fuit Claudii quā pater despondit Domitio neroni. post matrimoniū Agrip-
Popea sabina. pinæ. Popeiā Sabinam. erat Romæ Sabina popeia: quæ nomē aui paternii sumpserat illustri memoria Pōpeii sabini consularis & trūphali decore prefulgentis. huic oia alia fuere preter honestū animū. sermo comis: nec absur-
Famæ nō pepercit. dum ingeniū: modestiā preferebat: & lasciuia tñ utebat: famæ nunq̄ pepercit: maritos & adulteros nō distinguens. raro in publicū progrediebat: idq; uelata parte oris ne faciaret aspectū: uel quia sic decebat. Parte quæstorio: hic
Statilius taurus. dictus est: titus olios. Equiti romano. Ruffo Crispino: ex quo filium genuerat. Statiliam Messalinam: altera hæc est messalina ab illa ipudica Claudii principis cōiuge. Tauri bis consulis: ab hoc Statilio tauro tēporibus Augusti amphiteatruz romæ extructum est: fuit & alius Statilius taurus huius Messalinæ frater ut opinor qui ob opes & hortos egregios: quibus Agrippina inhiabat accusatus uim uitæ suæ attulit. Habemus inquit. M. V. multa nomina a pecore: ex quo Statili Tauri: Annii capre Pōponii Vituli cognominati.

Abneptem; quarto cognationis gradu sunt supra abauus abauia: infra abnepos abneptis. Atticū uestinū: Neroni odiū aduersus Vestinū ex nimia sodalitate ceperat: dū hinc ignauiā pricipis penitus cognitā despicit: ille ferociam amici metuit: accesserat altera odii causa: quod Vestinus Statiliā Messalinā sibi matrimonio iunxerat: haud nescius inter adulteros eius & cæsarē esse unde nero nō crimine nō accusatore existente tribunū cū cohorte militū immittit ad uestinū trucidandū qui eo die munia cōsulis impleuerat cōuiuiūq; celebrabat: qui ubi audiuit se a tribuno euocari statim exurgens claudit cubiculo: presto est medicus abscindunt uenæ: uigens adhuc balneo infertur calida aqua mersat nulla edita uoce: q̄ semet miseraret. In ipso honore. cōsulari. Dimisit ut sterile; nero facto quodā abhorrebat ab Octauia eāq; exturbat sterilē dictitans: ex in popeæ coniunctus est causa aūt sterilitatis ut supra relatū est diuortiū fieri licebat: quod primus instituit Spurius Carbilius ruga: cū liberi ex uxore sterilitatis uitio nō gignerent. Relegauit: in cāpaniā pulsa fuit Octauia addita militari custodia: tū crebri questus nec occulti p uulgū fierent: a Nerone reuocata mox in insulam pandateriā relegata: & ut inquit eleganter Tacitus non alia exul fœmina uisentiū oculos maiore misericordia affecit: paucis dehinc interiectis diebus mori iussa est: itaq; infoelix Octauia restringit uinculis: uenæq; eius p oēs artus exoluunt: & quia pressus pauore sanguis tardius labebat: preferuidi balnei uapore enecat: propter hanc octauiā scripta est a Seneca tragœdia: quæ inscribit octauia. Sub crimine adulteriorū: popea Neronis mariti potens quendā ex ministris octauiæ impulit seruilē ei amorē obiicere: destinatusq; reus est Eucherus Alexandrinus tibicē actæ ob id de ancillis quæstiones: quædā uim tormentorū uictæ adulteriū annuerunt: plures prestiterunt sanctitatē dominæ tueri. In quæstione. s. tormentorū. Anicetum pædagogū: adhūc alludēs dixit suue. præmordet Anicetus ipse: supra diximus hunc anicetum paratorem fuisse necis agrippinæ: hunc igitur Nero pollicitationibus onerat ut fateri uelit se adulteriū cum Octauia cōmisisse: qui insita uecordia plura etiam q̄ iussus erat fingit: fateturq; adulterium octauiæ apud amicos: quos uelut consilio adhibuerat nero: mox: in sardiniam pellitur: ubi non inops exilium tolerauit & fato obiit: auctor tacitus. Indicem: qui uelut cōscius facinoris indicaret adulterium cum octauie commissum impunitate proposita: tales cui sunt indices ut tradit Asconius: senatoria persona nō potest indicium profiteri saluis legibus.

Abneptis.

Mors Vestini.

Diuortium ex sterilitate.

Mors octauiæ.

Octauia tragœdia.

Index.

abneptē. Qua ut potiref uirū eius Atticū uestinum consulē in honore ipso trucidauit. Octauiæ cōsuetudinē cito aspernatus: corripientibus amicis sufficere illi debere respondit uxoria ornamenta. Eandē mox sæpe frustra strangulare meditatus dimisit ut sterilem: sed improbante diuortium populo nec parcente cōuitiis etiā relegauit: deniq; occidit sub crimine adulteriorū adeo impudenti falsoq;: ut in quæstione pernegantibus cunctis Anicetum pædagogum suum indicē subiecerit qui dolo stupratam a se fateretur. Pompeiam .xii. die post diuortium Octauiæ in matrimoniū acceptam dilexit unice & tñ ipsā quoq; ictu calcis occidit: qđ se ex aurigatione sero reuersū grauida & ægra cōuitiis icesserat. Ex hac filiam tulit Claudiam Augustā: amisitq; admodū infantem. Nullū adeo necessitudinis genus est: qđ nō scelere perculerit:

Plu.ait Duo pci.oppida camelōdi
num & londiniū coloniae & cum his.Verulanium municipium quibus locis ad.lxx.ciuium & sociorum millia
cecidisse dicuntur Cor.est auctor. Legionibus sub iugum missis:Duae legiones cesenii peti ductu in armenia ad
arsaniectē amnē a Vologese pthorum rege aliquādiu obsidione pressae nouissime ignominiosis cōditionibus sunt
dimissae:addidit Tacitus rumorem percrebuisse eas sub iugum etiam missas.

PHI. Syria:uirtute corbulonis non solū syria retenta est:sed & armenia domita cui eadem potestas conces- Potestas
sa est:quam pe.Ro.olim.C.pompeio bellum aduersus predones gesturo dederat. Dictis: dicteriia scomati- corbulōis.
bus graeci ledorias uocant Macro.dictum uolo hostis referre sed uicti.Proscripta:perscripturam publicata: per-
scribi domus dicuntur;quando apposita inscriptione uenales uel locandae significātur.Cice.in.iii.de officiis.Clau
dius proscripsit insulam uendidit:idem alibi:ille quod non placebat proscripsit:tu quod placebat emisti. νερων Proscribe-
ορεστης interpretamentum uerborum graecorum hoc est:nero horestes alcmeon matricida nouus sponsus pro re domum
priam matrem interfecit dictus est autem nero per conuitium horestes & alcmaeon:quoniam matrem occidit:si- Nero di-
cut & illi occidisse produntur:notissimum enim est horestem matrem clitēnestram diis auctoribus occidisse: ex ctus hore-
quo furiis agitatus est:alcmaeon quoq; amphiarai uatis filius matrem eriphilem necauit & est ut horestes furore stes.
correptus:unde a Proper.dicuntur alcmaeoniae furiae. tradit Diodo. eum consuluisse apollinem: an matrem ery- Alcmaeon
phylem occidere deberet;qui respondit ut faceret:non solum:quia monilae aureum mater acceperat in necem pa matricida
tris nam:sed & peplum quoq; causa filii interimendi:neonymphon hoc est nouus sponsus per probrosum scōma
nominatus propter puerum sporum:quem loco uxoris habuit:uel q ipse uelut sponsa pythagorae denupserat.

Quia negat aeneae:his uersiculis taxatur nero tanq̄ matricida:omnis autem lepos & sales ducuntur ex eo uerbo Neonym
sustulit:quod modo significat sursum tulit & erexit:modo abstulit & necauit:nota autem historia est ex Vir.carmi phon.
ne & Senecae testimonio:quemadmodum aeneas patrem anchisen humeris baiulans liberauit ex incēdio troiano; Sustulit
ab aenea autem oriundi sunt Caesares:quod nullus ignorat:igitur scriptor huius carminis festiuiter simul & mor-
daciter in neronem lusit dicens eum non degenerare ab aenea progenitore cum ille sustulerit patrem hoc est hu-
meris baiulauerit:hic uero sustulerit matrem hoc est abstulerit necauerit & leto dederit. Dum tendit cytharā
noster:distichon alterum est a superiori seiunctum:cuius hic est sensus. Qui operam impendit cytharae cytharā
tendit:qui sagittas ab arcu mittit cornua ipsius:scilicet arcus tendit:Nero utpote cytharoedus tendebat cytharā
parthus utpote sagittarius tendebat cornua:scilicet arcus: haec autem differentia est inter Neronem & parthum
dissimilia tendentes:quod Nero erit paean.i.instar apollinis cytharedus:ille uero parthus erit a longe iaculator sa
gittarum:ex quo significatur Neronem dum indulget cythare pfligari & uinci a parthis sagittariis:etenim ut mo
do diximus uologeses rex parthorum Romanas legiones cum duce peto non solum obsederat: sed per dedecus
& ignominiam sub iugum miserat:paean autem dicitur apollo: unde uirgines uestales. ita indigitabant: apollo
medice apollo paean.dicitur autem paean απο του παιειν.i. a feriendo:sagittis enim ferire fertur tanquam deus Paean
sagittarius:quod ideo fictum est:quia ut inquit eleganter Macro.iactu radiorum nonnunq̄ pestiferum immittit Per sagittas
uirus.per sagittas autem radii intelligunt:latona cum apollinem hortaretur impetum phythonis serpentis icesse radii.
re sagittis:graece dixit βαλλε παιαν i.immitte feriendo:de paeane apolline Fes.Pōpe. haec paeana apollinē uo
cauerunt q sagittarum ictu nocere putabant:est enim παιειν ferire. Alii quod remedians morbis finem faceret talia Paeanes
gratiratis:hoc amplius paeanes dicunt laudes deorū peculiariter uero apollinis: sicut grammatici duo Serui. La Vitulari
ctā.q; prodiderunt:nam παιανιζειν graeci uocant uoce laetari:quod latini ueteres uitulari dixerūt.ἑκατηβελε Hecatebe-
της uero significat a longe iaculantē:& apollo iter caetera cognomēta εκηβολος και εκατηβολος nuncupat: letes
eo q radios tanq̄ sagittas e longissimo altissimoq; in terrā usq; demittat parthus merito hecathebeletes dr:cum a Hecatebo-
tergo perfugae simulationem sagittas longe iaculetur & plus fugiens noceat q̄ resistens. los.

M.AN. Syria:in qua tũ res gerebant syrus Apollinia filius ut Appianus scri. tertiæ nomẽ dedit νερων ορεσ
της αλκμαιων μητροκτονος νεονυμφον νερων ιδιαν μητερα απεκτεινε. Nero Orestes.i. alter Ore-
stes matricida:nouus spõsus. Nero ꝓpriá matrẽ occidit. Quis negat Aeneæ gens Iulia ab Iulo est Aeneæ filio lõ
ga gentis series in Neronẽ usq per adoptionẽ propagata. Sustulit hic nero.s. Matrẽ:Agrippinam. Ille:Aene
as. Patrem:Anchisem. Virgi. Illum ego per flámas & mille sequẽtia tela Eripui his humeris tota uis: & acu-
men distichi in ambiguo uerbi sensu est:tollo.n.unde sustuli nunc perdo siue e medio tollo significat; nunc in altũ
tolo nunc educo: capio siue habeo:Fa
bius Vxorez duxi:natũ sustuli in quo
significatu Tranquillus sæpe tulit ꝑ
sustulit utitur in priore igit parte car-
minis sustulit ꝑ abstulit siue perdidit
accipi oportet altero loco ꝑ eo quod
est in altum tulit cõstat nãq Anchisez
excidio primo ab Aenea humeris de-
latum:Ruffus auienus sustollit dixit
põeti tempore illa aũt: lybicas quæ se
sustollit ad auras & rursus in primo
Phænomenon:telam placet in superuz
uisus sustolere cœlum idem passiua
uoce sustollit dixit sæpius. Dũ tendit
citharã:dum Nero cytharæ studet fallitur siqa credat hæc carmina uno cõprehendi epigrammate quum singula
disticha diuersum sint sortita argumentũ quo apparet diuerso fuisse tempore edita. Dum cornua parthus:par
thus hostis corneo arcu utitur. Noster erit Pæan. q̄q̄ simpliciter ad Apollinem ob lyram id referendum uidea-
tur quia tamen Pæan dixit percussorem accipias παιω ferio unde Pæan. Iu. parce precor pean:& tu depone sagit
tas & mox postea sed pæan contrahit arcum. Ille parthus hostis. Hecatebeletes:a longe feriens græce εκατη
βελετης dicitur & εκατηβολος Homerus εκατηβολου απολλωνος.

Roma domus fiet:ueios migrate quirites.
Si non & ueios occupat ista domus.
Sed neq auctores requisiuit:& quosdam per índicem delatos ad senatum affici grauiore pœna ꝓhibuit. Transeuntem euz Isidor us cynicus in publico clara uoce corripuerat: qđ Naupli mala bene cantitaret:sua bona male disponeret. Et datus atellanarũ histrio í cãtico quodã υγιαινε πατερ υγιαινε μητερ salue pater salue mater:ita demonstrauerat: ut bibentem natantemque: faceret exitum. scilicet.C. Claudii Agrippinæque sign.ficans: & in nouissima clausula: orcus uobis ducit

PHI. Roma domus fiet:hoc tertiũ distichon dictũ est ad taxandá luxuriosaz Neronis domũ: de cuius ma
gnitudine supra memorauimus,qua ut inqt Tacitus palatiũ & mœcenatis hortos Nero cõntinuauerat;igit ꝓpter
magnitudinẽ & laxitatẽ hæc domus Neroniana:non eẽ in urbe Roma sz ipam Romá capere uidebat. Veios

An tráſmigratio ueios fiat

migrate:post urbem romá a Gallis euersam tribuni plebis assidua cõcionibus agitabá:;ut po.Ro.relicta patriæ
ruinis ueios ethruscá ciuitatẽ & id tpis opulẽtá integráq tráſmigraret;qđ ne fieret auctoritate Camilli dictatoris
effectũ est:q persuasit ppl'o:ut omissa ueios tráſmigratiõe ruinas patriæ repararẽt:& solũ genitale hitarẽt: histo
ria Luculẽter scribit a Liuio libro. v.ad quá alludũt hi uersiculi:fuerãt.n.ueientes ethrusci ppl'i adeo florentes pol
lẽtesq ut decẽnale bellũ aduersus romanos firmiter cõstanterq tolerauerint:& tunc primuz Romani milites sub
pellib9 hiemare coacti sunt qdá neotericoꝝ autumãt ueios esse oppidũ illud q hodie uulgo dr ciuitas castellana

Veii ciuitas castellana
Cynici a canibus.
Canis diogenes

Neq auctores. uersiculorũ. Delatos: denunciatos accusatos. Cynicus: cynici phi a canibus nuncupari
sunt quorũ uitá ut inqt Lactã.imitant,qdam a Gymnasio Cynosarge dici autumant;cynicæ sectæ cõditor fuit An
tisthenes:Diogenes illustrator;hi nullá uerecundiæ rõnem hñtes in ꝓpatulo coibant;quod olim Diogenez gloria
bundũ fecisse tradit Augu.in.xiiii. de ciuita. dei:peculiare cynicorũ est libere carpere & conuiciari nec minus prin
cipes q̃ priuatos:interrogatus aliqñ Diogenes cur canis uocaret:qđ eis inqt blãdior q dant:in eos uero q non dant
oblatro:malos autem mordeo. Corripuerat:castigauerat reprehenderat mulctauerat palam ex instituto sectæ
cynicæ. Naupli mala:nauplius palamedis pater dolens filium suum factione græcorũ interemptũ;cũ uideret
classem illorũ tẽpestate laborare caphareũ euboiæ montẽ ascendit:& eleuata facula signum dedit uicini portus:

Nauplius ultores ignes
In grammaticos & musicos
Cantica comœdiarũ
Diuerbia
Locus iulii

qua re decepti græci inter asperrimos scopulos naufragiũ pertulerũt:hinc a propertio dictũ ẽ: Nauplius ultores
sub noctẽ porrigit ignes:& natat exuuiis græcia pressa suis:cois autẽ de nauplio historia & calamitas tragœdiis ꝑ
scribebatur unde nero utpote tragœdiarũ actor illa solebat scenico hitu subinde cãtare qđ principi probrosum est
consimili castigatione incessebat Diogenes cynicus grámaticos;q cum ulyssia mala requirerent;sua ignorarent;id
dem musicos carpebat;q cum lyræ chordas cõgrue aptarent:animi mores inconcinnos haberent. Datus: no-
men est histrionis atellanarũ fabularum:de qbus supra memorauimus. In canti. cantica comœdiarũ mẽbra
sunt in qbus ut auctor est Diomedes:una tñ debet eẽ ꝑsona aut si duæ fuerint ita debent esse;ut ex occulto una au-
diat nec loquat: sed secũ si opus fuerit uerba faciat:ubi uero ꝑsonæ plures uersant illæ comœdiarũ partes noiant
diuerbia a personarum diuersitate;hoc obiter dictũ sit:ut intelligas illud Liuianum:inde ad manũ cantari histrio
nibus cœptum:diuerbiaq tantũ ipsorũ uoci relicta. υγιαινε latine interpretatur:uale pater uale mater; erant añt
hæc uerba in cantico fabulæ græcæ;quæ cum ab histrione recitarent rẽpresentauit more actoris bibentem & natan
tem:ut ita significaret Claudium bibendo Agrippinam natando perisse:nam Claudio uenenum in potione da-
tum nõ i boleto quidam prodiderant;quod & supra Tranquillus ostendit dicens traditũ esse a qbusdam datum
fuisse uenenum Claudio per pregustatorẽ. Clausula.s.cantici atellanici. Orcus uobis uerba sunt fabulæ atel

Orcus ducit pedes
Orcus

lanicæ;in qua ex argumento dicebatur Orcus.i. Pluto uobis ducit pedes:ut significaretur illos ad mortem duci:
prouerbialis enim locutio est orcus tibi ducit pedes;pro eo quod est pluto trudit trahitq te ad inferos.i.in a mor
te cuius præses est pluto:duceris;igitur cum histrio hanc clausulá referret;ubi pronunciauit dictionem illam;uo-
bis per gesticulationem histrionicam notauit senatum: tanq̃ Nero orcus significaretur; qui senatoribus ducebat

pedes cum senatoribus foret infectissimus:eũq; ordinẽ sublaturũ se qñq; e repub. minitaret:itidem uerres a Cicerone ob similitudinem dictus est alter orcus: orcum aũt plutonem dici nullus ignorat:q uel saltem legerit illud Maronianum:pallidus orcus eumenidesq; satæ. ab urgendo orcũ inclinari autumat Festus:ueteres sumanũ dixerunt quasi sũmũ maniũ:ut interpraẽ marcianus de nuptiis philologiæ: idem uedius nuncupatus:quẽ & Plutonẽ & ditem ueiouẽq; dixerunt:ab antiquis dictus est quietalis:credo qa mors quies est erumnarum: quidam legunt orchis accipiuntq; pro saltatione:quod parum quadrat parumq; habet acuminis. Sumantus Vedius Quietalis.

pedes:senatũ gestu notaret. histrionẽ & philosophuz Nero nihil amplius q̃ urbe Italiaq; summouit:uel contẽptu oĩs ĩfamiæ:uel ne fatendo dolorem irritaret ingenia.

De defectiõe galliarũ contra eũ & aliis gestis eius.

TAlem pricipẽ paulo minus. xiiii. annos ꝑpessus terrarũ orbis tandẽ destituit:initiũ facientibus Gallis duce Iunio uindice:q tum eã ꝓuinciã ꝓprætor optinebat. Prædictũ a mathematicis Neroni oli erat: fore ut qñq; destitueret:unde illa uox ei⁹ celeberrima τοτεχνιον πασα γαια τρεφει:quo maiore uenia meditaretur cytharœdicam artem principi sibi grataz:priuato necessariã. Spoponderũt tñ

M.AN. Roma do. Neronis. ſ. q̃ totã urbẽ occupabat:Plini. & quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambiẽtis urbẽ ut prio disticho illi materna cædes exprobrabraẽ atq; ei primo ieprũ citharizãdi studiuz ita hoc tertio ædificãdi luxuria. Veios migrã. ad ueterẽ allusit historiã Liui. ẽ auctor senonas urbe electos eaq; incẽdio & ruinis deformata cõsultatũ iter patres an ad ueios populariter migrare deberẽt: sed uehemẽti camilli oroñe quã sup ea re habuit tẽpestiuoq; omĩne cõfirmati pseuerarũt ciues Romã incolere est ueiorũ oppidũ ĩ ethruria nec multũ ab urbe distãs quippe uñ nihil intermisso cursu Ro. usq; æquos cucurrisse cõstat:Pli.maius augurium circa priscos plebeiia circesibus excusso auriga:ita ut si staret cucurrisse in capitoliũ equos:sedẽq; ter lustrasse:maximũ uero eodem peruenisse a ueiis cum palma:& corona effuso rutumena:qui ibi uicerat: q̃q̃ nõ eo inficias intermisso etiaz cursu hoc accidere potuisse. Si nõ & ue. inuidiose dictũ quasi tanta esset domus uastitas ut periculum esset ne ueiosquoq; occuparet Cinicus:cinici dogmatis sectator. Clara uoce cinicorũ fuit aperta allatratione uitia corripere. Naupli:fuit is palamedis q̃ ad troiam periit pater quisquidem imeritam filii mortẽ in græcos ultus est:Valerius flaccus:& face sæua in tua mox danaos acturus saxa caphareu; Nauplius. Ma:latin tragœdiia relata υγιαινε πατερ υγιαινε μητερ. i. salue pater salue mater:sic enim inscripta erat atellanica fabula. Demonstrauerat:histrio. Bibentẽ:patrẽ ad Claudiũ alludens:qui ueneno sublatus est:q̃q̃ enim boleto inditũ credatur fuerunt tamen qui aliter datũ opinarentur quasi poculo infusum. Natantem:hoc ad Agrippinã que q̃tum in Nerone fuit naufragio periit. Nouissima clausula:fabulæ. Orchis:saltatio sic eñ legerim potius q̃ orchus ut oẽs codices quos uidimus habent ut latenter taxsiã intelligamus turpẽ senatus assentationem qui canenti Neroni plauderet; nisi orchus pro nerone accipiatur quasi alter in absumendo senatu orchus.

PHI. Histrionẽ. ſ. datũ:q egerat fabulã atellanã. Philosophũ:isidorũ cynicũ:q neronẽ in publico corripuerat. Sũmouit:eiecit. Contẽptu infa. infamiã facile contẽnunt ꝓbrosi hoĩes & dedecorosi:unde & a Iune. dictũ in fœminã impudicã:famã contẽpserat olim: cuius apud molles minima est iactura cathedras. Irritaret:si demonstrasset se dolẽter affici ea talib⁹ obiurgatiõibus:haud dubie irritasset ꝓuocassetq; ingenia eruditorũ ad ꝓbra hoc genus cõminiscẽda in ipsum neronem; sed dũ simulat hæc susq; deq; facere:uel re uera floccipendit: nimirũ relentescunt ingeniosi ab talibus excogitandis:qbus princeps non mouetur. Destituit:deseruit Eutropius. Romanæ urbi execrabilis nero ab oĩbus simul destitutus. Iunio uindice:historia hæc est. Iunius uindex galliæ pretor ĩsurrexit in neronẽ:bellumq; aperte suscepit scriptis ad galbam litteris:qui id temporis erat in hispania quẽ hortabaẽ ad accipiendũ imperiũ:Ruffus uero uirginius qui legionibus potentissimis præerat: cum imperator a suis appellaretur:dicebat se neq; accepturũ imperium neq; permissurũ ut alii daretur: q a senatu electus non foret: hinc uirginii uindicisq; exercitus simul conflixerunt:quo conflictu uindex seipsum interemit: unde rumor uulgatus est imperiũ uirginio omnes dare uelle tunc demũ Galba sibi metuens ad uirginium scripsit eumq; inuitauit ad Romanũ imperium libertatẽq; tuendã:qui ubi cognouit neronẽ occisum esse galbæ perinde ac imperatori obuiã profectus est:hos tris tanq̃ assertores Ro. imperii extinctoresq; Neronis iũcti locauit Iuue. ubi ait quid ei uirginius armis debuit ulcisci magis aut cũ uindice galba. τοτεχνιον:latine signat:articulã oĩs terra nutrit:Nero aũt usurpabat hãc græcã sñiam:ut significaret sibi necessariũ eẽ aliqua uel minimã artiũ edicere: ut destitutus deiectusq; iperio ab illa nutriri aliq; posset:artes eĩ & disciplinæ ubiq; gẽtiũ ubiq; locoꝵ parant artificibus alimenta:hæc eñ sũt ꝑdia & uiatica. q̃ nobis a fortuna adimi nõ pñt q̃ etiã e naufragio pñt enatare:q̃ nos nusq̃ destituunt talia dicebat Aristippus uiatica liberis oportere parari:in q̃ fortuna nõ hz impium:Theophrastus uero ait doctũ ex oĩbus solũ neq; alienis locis peregrinũ neq; in opẽ futurũ:qdã codices hñt uersuz homeri dimidiatũ: quo poeta eximius cecinit nihil alere terrã miserius hoĩe:tãq̃ nero identidẽ usurparet hãc homericam sñiam:q nihil terra nutrit miserius ανθρωπαριου. i. homũculo. Meditaretur:exerceret ĩde meditatiões dicte exercitatiões:& ut inqt Vege. nihil ẽ tã difficile:qd ñ assidua meditatio facillimũ reddat. Priuato necess. tãq̃ si tunc priuatus eẽt futurus uel let cytharœdicã artem ꝓfiteri:cuius q̃stu aleretur:sunt eñ disciplinæ & imprimis lr̃æ in rebus secũdis ornamẽto in aduersis presidio:Diony. tyrãnus cũ syracusis eẽt expulsus dr̃ corinthi aperuisse ludũ lr̃ariũ: puerosq; docuisse. artem quoq; cytharedicam fuisse q̃stuosam testatur Mar. cum ait:artes discere uult pecuniosas:fac discat cytharœdus aut choraules:arion quoq; musica cytharœdicaq; arte prestantissimus grandez pecuniam & uberes questus fecit:auitq; eiusq; artis gratia piandro regi corinthiorum fuit dilectissimus: Desertio neronis Mors uindicis Disciplinæ uiatica Dionysius docuit pueros Arion ex musica opulẽtus

Quidam mathematici. Nominatimq spondebant Nero. ordinationē orientis:hī gn̄aliter loquebant:ut non
Hierosolyma unde hanc magis q̄ illā regionē orientalem sign̄aret:qdaʒ uero noiatim speciatimq dixerunt Nero. hiturum in oriente
Solyma post defectionē oim regnū hierosolymorū:hierosolyma aūt ecclesiastici scriptores hierusalē uocant:dicitur aūt
Quod uolunt credūt hierosolyma:ut ꝓdidit egesippus q̄ primo solyma dicebant:sed cum rex cananeus cognomēto iustus q fuit cōditor solymorū tēplum addidisset:inde hierosolyma nūcupauit:græci.n. ιερον tēplum uocant:autumat Euse. in. ix. euange. ꝑparationis:hierosolyma appellari q̄si hierō solomōis hoc est ædē solomōis. a tēplo:qd̄ solomō hierosolymis pulcherrimū magnificētissimumq construxit.

M. AN. Gestu indecoro plausu. Histrionē: qui fabulam egit. Et phm̄ isidorū cynicum. Contemptu quia uere contemneret partu faceretq eiusmodi obtrectatiōes. Irritaret: cōcitaret. Ingeniosos: ad plura in se scribenda. Destituit orbis. i. hoim consensus: fauor studium. Iulio uindice: de uindicis & galbe defectione tacitus abunde multa τοτεχριον πασα γαιαετρεφει filiolum tota terra nutrit. Maiore uenia. i. minore accusatione. Meditaretur: exerceret.

Quidam mathematicorum.

PHI. Cui spei: quam faciebant plures ex mathematicis: ut. s. sibi pristina fortuna ois restitueretur: natura ei ꝑparatū est; ut id libēter credamus speremusq futuꝝ qd̄ uolumus ac optamus. Vtraq re supra memorauimus neronē accepisse clades alteram in britannia alteram i armenia;q mox britanniā recepit uirtute suetonii pauli: & Armeniā uirtute corbulonis: ex quo interꝑtabatur se restitutuʒ esse in pristinam fortunam: & ita liberatum

quidam destituto ei ordinationē orientis: non nulli nominatim regnum hierosolymoruʒ: plures ois pristinæ fortunæ restitutionē cui spei pronior britannia armeniaq amissa ac rursus utraq recepta defunctum se fatalibus malis existimabat. Vt uero cōsulto delphis apolline septuagesimum & tertiuʒ annum cauenduʒ sibi audiuit: q̄si eo demū obiturus: ac nihil coniectans de ætate Galbæ tanta fiducia non modo senectā: sed etiam perpetuam singularemq concepit fœlicitatem: ut amissis naufragio preciosissimis rebus non dubitauerit inter suos dicere: pisces eas sibi relaturos. Neapoli de motu galliarum cognouit die ipso: quo matrem occiderat: adeoq lente ac secure tulit: ut gaudentis etiam suspitioneʒ preberet: tanq̄ occasione nata spoliandorum iure belli opulentissimarū prouinciarū. Statimq in gymnasium progressus certantes athletas effusissimo studio spectauit. Cœnæ quoq tempore interpellatus tumultuosioribus litteris hactenus excāduit: ut malum his qui descissent minaretur: deniq per octo continuos dies nō rescribere: cuiq̄ non mandare quid aut præcipere conatus: rem silentio oblitterauit.

De reditu eius ad urbem & contumeliis in eum dictis & aliis gestis eius.

Defunctus esse a periculis malisq que fata portendebant. Defunctum: liberatum: Virgi. neqq̄ magnis defuncte periclis. Liui. defuncta morbis corpora dixit ꝓ liberata: defunctum exposuit Donatus Terentia. interpres pro finitum: inde
Oracula flexiloqua. mortui defuncti: qui finierunt peregerūtq; uitæ munia. Septuagesimū & tertiū annū: oracula sæpe flexiloqua & obscura sunt ut inquit Cice. in. ii. de diuinatione: quod & plurimorum exempla notificant tale fuit hoc appollinis oraculum neroni datuʒ: nam cum dixisset neroni cauendum esse annum septuagesimum tertium: existimauit nero id significari: quod ipse eo ætatis suæ anno esset moriturus: sed oraculum: ut mox patuit significare uolebat Neroni metuendum esse galbam: qui agebat. lxx. & tertium æta. annum: quādo exturbato nerone factus est imperator. Quasi eo de. obitu. ueluti moriturus esset: anno ætatis suæ. lxx. tertio: que ætas fuisset aut dubie polychronia. Pisces relaturos: exemplo polycratis samiorum tyranni: quem fœlicem fuisse tradunt; eo quod nihil acciderat ei quod nollet; qui ex consilio Amasis regis ægyptiorum annulum preciosissimum: quo delectabatur
Fœlicitas polycratis. in mare abiecit: ut ita aliquid molestie experiretur in ultrauerum rursus factus est fœlix; cum is ipse annulus in precordiis piscis inuentus esset: quem piscator captum pro munere optulit: historia scribitur Luculenter ab Hero. in
Anulus relatus polycrati iii. cuius & Cice. in. v. de fini. & Plini. in. xxxiii. & in ultimo meminerunt.

Die ipso: Nero matreʒ interfecit per festos quinquatrium dies: qui sunt mensis martii Mineruæ dicati: ibidem post multos annos eodem ipso die nuncium accepit de rebellione galliarum: & Iulii uindicis defectione; tanq̄ ita fata disponerent: ut quo die commiserat matricidium: eo euersionē subiret imperii.

Lente ac secure tulit: scribit Plutar. in galba Neronem audita defectione uindicis simulasse se illum contēnere ac nihili ducere res gallorum: quinetiā ueluti per iocum ad amicos dixisse fertur; non malam sibi pecuniis egenti rebellionem galliarum incidisse: quarum opes cum in seruitutem uenissent sibi prede futuras asseuerauit: galliæ
Excandescentia. enim inter prouincias sunt opulentissimæ & ob id accommodæ ad Imperatorem diuitiis saturandum.

In gym. scilicet neapolitanorum apud quos athletica certamina & agon gymnicus ritu græcanico edebātur.
Thymosis. Interpellatus: interruptus.

Tumultuosioribus: cum tumultu precipitantiaq deportatis: uel tumultuosa nunciantibus.

Hactenus: eo usq eatenus. Excanduit: iratus est: est enim excandescentia ira nascens & modo desistens: que thymosis græce dicitur. Malum mina. sic uulgo quoq dici solet. Liui. in. iiii. malum quidem militibus meis inquit: nisi quieuerint. Descissent: elegantius leges descissent pro eo quod est defecissent rebellassentq. Non man. quod nulli mandata dedit nulli precepit: ut ita hæc tota de rebellione galliarum fama silentio mandaretur.

Edictis uin. cum uindex pretor esset galliæ merito adicta appellat;cum proprie edicta sint leges pretoriæ Cice. Qui plurimum tribuũt edicto ꝑtoris edictũ legẽ annuã dicunt esse. Cõtumeliosis:ꝓbrorũ contumeliarũq; refertis. Epistola:quã ex neapoli misit Romã ad senatũ. Excusato lan. fau. morbus fauciũ ẽ angina & tonsillæ;impitũ medicoꝝ uulgus squinãtiã uocat:cũ hippocrates & Gale. synãchẽ appellitauerint;Pli. tõsillas seiungit (discriminatq; ad angina. M. AN. Cui spei;pristine s. fortunæ in integrũ restituendæ. Britãnia & Armenia:de quarũ alienatione in transcursu auctor:nã quũ Ro. legiones a parthis subiugatæ sunt; ob Armeniã est bellatũ. Defunctum: ad exitum peruenisse. Aetate;Galbæ qui eum uitæ annũ tunc egebat; quũ in hispania imperator consalutus est. Singularẽ unicam & nullo mõ uariabilẽ aut tã longã. ut nulli principum longior cõtigisset. Pisces eas sibi relatos qd policrati samio oim principũ qui sua ætate fuerunt fortunatissimo cõtigisse Herodo. & Pli. tradũt ut anulum in mare piectũ eximii ualoris sardonicẽ ait Plini. fuisse piscis a piscatore oblatus restituitur. Die quo matrem occiderat:nõ illo tpe sed eo anni die quo mater ab illo occisa fuerat.

Edicta pretoria. Angina Tonsillæ Squinantia Synanche

EDictis tandẽ uindicis contumeliosis & frequentibus permotus senatũ epistola in ultionẽ sui reiq; pub. adhortatus est:excusato langore faucium ꝓpter quem non adesset. Nihil aũt æq; doluit q̃ ut citharœdum malum se increpitum:ac pro Nerone Aenobarbum appellatum:& nomen quidẽ gentile:qđ sibi per contumeliam exprobraretur resumpturũ se ꝓfessus est deposito adoptiuo. Cætera conuicia ut falsa non alio argumento refellebat:q̃ qđ etiam inscitia tantopere laboratæ perfectæq; a se artis obiiceretur: singulos subinde rogitans nossent ne quemq̃ præstãtiorẽ. Sed urgentibus aliis super:alios nunciis Romaʒ pretrepidus rediit leuiterq; modo in itinere friuolo auspicio mente recreata: quum annotasset insculptum monumẽto militem gallum ab equite Romano oppressum trahi criminibus:ad eam specieʒ exiluit gaudio cœlũq; adorauit. Ac ne tũc quidem aut senatu aut populo corã appellato quosdã e primoribus uiris domũ euocauit:transactaq; rapti cõsultatione reliq̃ diei ptẽ per organa hydraulica noui & ignoti generis circũduxit oñdẽsq; singula & de rõne ac difficultate cuiusq; disserens:iãq; etiam

Hactenus;ut in apertas minas erumperit. Cõtumeliosis:cõtumeliarum Plenis;eiusq; phamã ꝓscindẽtibus.

PHI. Se increpitũ obiurgatuʒ castigatũq; a uidice;scribit philostratus uindicem uocato ad concionẽ exercitu orationẽ habuisse uirulentã cõtra neronẽ;qui inter alia dicebat illum magis esse oĩa q̃ citharœdum; citharœdum uero multo magis q̃ regem eundem quoq; infamia:furore:auaritia. lasciuia omniq; crudelitate corruptum criminabatur;quod uero matrem interfecisset;id nequaq̃ illi crimini dandum esse dicebat; tanq̃ iure interfecta esset illa quæ tale portentum peperisset. Aenobarbum;similiter alias doluit;nero se domitium a Britannico salutatum fuisse sunt. n. hæc nomina familiæ;quæ nero fastidiebat;posteaq̃ ingentem claudiam per adoptionem fuerat ascitus. Nomen gentile scilicet ænobarbi. Inscitia;inscientia & imperitia. Exprobraret;ꝓbro daret a uindice. Deposito adoptiuo nomine. s. neronis. quod per adoptionem usurpauerat;transiuerat q; in claudiam familiã. Refellebat refutabat; redarguebat;refellit eñ is qui negat ut inqt donatus. Inscitia artis. s. cytharœdicæ;sensus autem hic est cũ nero increpitus fuisset a uindice tanq̃ cytharœdus malus ex hoc argumentabatur maledicta omnia uindicis sibi obiecta esse falsa;cum sibi cytharœdica obiiceretur;in qua sese perfectissimum absolutissimumq; & credi & dici uolebat. Subinde;frequenter. Rogitans;interrogans. Præstantiorem: ipso. s. nerone in arte cytharœdica.

Oratio uirulẽta in neronem. Dictuʒ uindicis. Refellere.

Prætrepidus;ualde trepidans Rediit. s. romam. Friuolo:leui & nugatorio;sunt enim friuola uasa fictilia quassa. Auspicium hic auspicium intellige dictum ꝓ præsagio & prognostico sine ulla auium spectione; cum alias auspitium ab aue specienda dictum accipiatur. Monumento. Sepulchro. Militem galluʒ. Ex hoc Nero cepit fœlix omen tanq̃ ipse Romanus cum romanis ita oppressurus esset gallos cum uindice rebellantes;quemadmodum gallus ille sculptus oppressus trahebatur ab equite Romano. Militem gallum: apud gallos ad militandum omnis ætas aptissima est:& pari pectoris robore senex ad procinctum ducitur: & adultus gelu duratis artubus & labore assiduo multa contempturus & formidanda:auctor Amianus marcellinus in. xv. qui ait gallos uini auidos esse adeo;ut quidem ebrietate continua obtundant sensus. Ad eam speciem;figuram sculpturæ.

Friuola Auspiciuʒ. Apud gallos omnis ætas apta militiæ

Cœlum adorauit;ait æneas uirgilianus,tendoq; supinas ad coelum cum uoce manus.

Aut senatu appellato;neq; allocutus est senatum neq; uerba fecit apud populum;quod promerẽdi fauoris gratia in re ancipiti fuerat factitandum. Euocauit;e coetu separatos uocauit ut cuʒ his consultaret. Organa hydraulica;sunt quædam machinæ ad hauriendam aquam inuentæ;quæ organa hydraulica uocantur;quorũ meminit Victruuius architectus in. ix. & x. sunt & organa hydraulica musica instrumenta quæ per aquam sonantes excitant uoces unde & nomen acceperunt græci enim τουΔορ aquam uocant & αυλην tibiaʒ;ctesibius tonsoris filius hydraulicas machinas primus instruxit; cuius rei Plinius quoq; meminit. in. vii. his uerbis laudatus ctesibius est pneumatica ratiõe & hydraulicis organis repertis. idem in. ix. delphinum mulceri prodidit musica arte & præcipue hydrauli sono;de his musicis instrumentis censoria est illa & digna memoratu apud Amianum peroratio. Deniq; pro philosopho cantor & in locum oratoris doctor artium ludicrarum accitur;& bibliothecis sepulchrorum ritu in perpetuum clausis organa fabricantur hydraulica. Difficultate cuiusq;: haud dubie difficulter miraq; arte mechanica conficiuntur organa hydraulica: unde non immerito laudatur ctesebius inuentor machinarum hydraulicarum. Differens;disputans dissertans.

Hydraulica. Galli auidi uini. Pro philosopho cantor.

prolaturũ omnia in theatrũ affirmauit:si per uindicem liceat

De defectiõe hiſpaniarũ:& galbæ cõtra eum.

Oſtq̃ deinde etiã Galbam & hiſpanias deſciuiſſe co=
P gnouit:collapſus animoq; male fracto diu & ſine uo
ce:& prope intermortuus iacuit:utq; reſipiuit ueſte
diſciſſa capite conuerberato actum de ſe pronunciauit. Con
ſolantiq; nutriculæ: & aliis quoq; iam principibus ſimilia ac
cidiſſe memoranti : ſe uero præter cæteros inaudita & inco=
gnita pati reſpondit:q ſuum imperiũ uiuus amitteret: nec eo
ſecius quicq̃ ex cõſuetudine luxus atq; deſidię omiſit uel im=
minuit. Q uinimo quũ proſperi quiddam ex prouinciis nun=
ciarum:eſſet ſuper abundantiſſimam cœnam iocularia in de=
fectiõis duces carmina:laſciueq; modulata:que uulgo inno=
tuerunt:etiã geſticulatus eſt:ac ſpectaculis theatri clã illatus
cuidam ſcænico placenti nuntium miſit: abuti eum occupa=
tionibus ſuis.

De malis eius propoſitis & de conſulum priuatione:
& conſulatus aſſumptione.



Nitio ſtatim tumultus multa & immania uerum non
abhorrentia à ſua natura creditur deſtinaſſe ſucceſſo
res percuſſoreſq; ſummittere exercitus & prouincias
regẽtibus quaſi cõſpiratis idẽ q̃ & unũ ſentientibus: quicqd
ubiq; exulũ:qcquid in urbe hoim:gallicanorũ eſſet cõtruci=
dare illos ne deſciſcentibus aggregarentur hos ut conſcios.

Prolaturum:producturum oſtenſurum: Per uindicem:a quo id temporis;admonebatur:ſi quid prudentiæ habuiſſet omittere d. bere cytharœdicam artem:& muſica inſtrumenta & arma eſſe tractanda non organa.

M.AN. Citharœdum malum:ita turpia illa citharæ deliramenta animo inſederant ut ne in aperto quidẽ diſcrimine ineptire deſierit. Aenobarbum:de cognominis ratione uide ſupra. Adoptiuo; Neronis appellatiõe quod nomen eſſet ex claudii adoptiõe ſortitis. Inſcitia:quod inſcius eſſet operæ: & ſtudii s ſe circa muſicem na=uati. Militem gallum a ro.oppreſſum quaſi certum futuræ in Gallos uictoriæ Augurium rem ad ſe traxit. Ne tum quidem. quum maxime ordinũ fauore opus erat. Per organa hy=draulicæ:muſicũ inſtrumentũ a ſimi=litudine naualis machinæ dictũ Plini us auctor eſt pneumatica ratione ceſſi bium hydraulica organa in tahenien ſium nauali reperiſſe:& rurſus delphi nas hidraulicorũ organoꝝ concentu demulceri. Prolaturum: repræſen taturum . Si per uindicem quaſi p hunc dicere uoluiſſet publicæ fœlici=tatis interpellatorem.

PHI. Hiſpanias, Galba p octo annos rexit Hiſpaniam taraconenſẽ ubi imperator ab exercitu conſaluta=tus eſt. Nero autẽ auctore plutar cho lotus prandebat ubi audiuit Gal bã cũ Hiſpania defeciſſe:quod adeo

Mẽſã ſub uertit

dolenter tulit ut menſam ſubuerterit.

Male fracto: penitus ĩfracto debili tatoq;.

Intermortuus

Intermortuus:intermortuũ latini dicunt eum:qui inter mortẽ ui=tamq; ex dolore procumbit ſimilis ex piranti. Pli. in. xxii. ui tuli inquit mari=ni adeps inſtillatur naribus intermor tuarum uuluæ uitio. Attalus cũ boe=tios ad ſocietatẽ romanam hortaret; ut apud Liuiũ ait eumenes: In ipſa cõ tione intermortuus haud multo poſt expirauit ; de inanimatis quoq; inter=mortuum dici poſſe teſtis eſt Cicero qui ait in oratioue pro murena:memoriam prope intermortuã generis ſui uirtute renouare. Reſipiuit:ad ſe re=diit reſpirauit refocillatus eſt.

Veſtimẽta diloricari ĩ luctu

Veſte diſciſſa:hoc in dolore fieri conſueuit ; unde legimus ſubinde in ſcripturis canonicis multos diſcidiſſe ueſtimenta ob mœrorem. Similia accidiſſe ab exemplo nutrix alumnum conſola batur:tanq̃ ea fortiori animo ferenda ſint:quæ aliis quoq; cognoſcimus accidiſſe. Viuus:tanq̃ alii principes nõ in uita amittant ſummum imperium ſed cuꝫ morte:attamen legimus multos adhuc uiuentes imperio ſpoliatos fuiſſe: ſicut tarquinios & Diony. ſyracuſanum. Nec eo ceſſi. nec ideo minus: Luxus:luxurioſi: prodigiq; ui=ctus. Proſperi quiddam quedam res proſpera. Abundantiſſimam:ex conſuetudine luxus. In defe. duces uindicem & galbam. Innotuerunt:celebrata inuulgataq; ſunt. Geſticulatus:more hiſtrionum:qui non ſolũ carmina ore depromunt: ſed geſticulante uultu & motu corporis accommodato proſequuntur. Clam illatus furtim & iguorantibus ſpectatoribus.

Scenici

Scenico:ſæpe dictum eſt ſcenicos abſoluto uocabulo hiſtriones nuncu=pari. Augu. ait in. ii. de ciuita. dei quomodo abicitur ſcenicus per quem colitur deus. Placenti:mire oblectanti

Abuti.

Abuti:utimur cum honore:abutimur cum iniuria:ſicuti docet donatus terentianus interpres:in alio ſignifica=tu abuti dicimur his rebus:quæ nobis utentibus pereunt:unde cui legatus eſt uſuſfructus bonorum:illi nõ poteſt uideri legatus uſus penoris neq; uini neq; olei & id genus rerum aliarum:quæ utendo conſumuntur; unde ait ele=gater Boetius cum uſus & ab uſus contraria ſint:cui rerũ uſuſructus legatus eſt:non poteſt uideri legatus abuſus

Vſus Ab uſus cõtra=ria.

Occupationibus ſuis:hiſtorionia ſcilicet:& ſcenica arte:quæ haud dubiæ erant occupationes neronis: cum in his totos dies frequenter impenderet. Tumultus:qui exortus eſt ob defectionem uindicis in gallia:& galbæ in hiſpania. Immania:crudelia & ſanguinaria. Summittere:furtim & clam immittere. Quicquid exulum omnes exules. Hominum gallicanorum:propter initium rebellionis:factum a gallis auctore Vindice: ſcribit

Gallicanæ mentes re=trogradæ

Lampridius gallicanas mentes duras ac retrogradas eſſe:& ſæpe imperatoribus graues:olim a gallicanis homi nibus:occiſus fuit Alexander Romanus imperator una cum matre. Illos:exules. Deſciſcentibus:rebellanti=bus:deſciſcere enim eſt rebellare:& diſcedere a fide prima. Hos:gallicanos homines.

Deſciſcere

M.AN. Et hiſpanias:quibus Galba præſidebat. Male.i.ualde Cice.idq; ad rẽ pertinere credebant ſcri=ptores illos male mulctatos. Nutriculæ:Eglogæ ſiue certe alexandriæ utraq; enim eius nutrix fuit. Aliis pri cipibus:qui ipſius tempora præceſſerant. Similia accidiſſe:prouinciarum:& exercituum defectiones. Præter

cæterosq; principes intellige. Sup abūdātissimā cœnā:uel luxuriose paratā aut qđ magis placet freq̄ntissimo cō uiuio initā. In defectiōis duces:Vindicē & Galbā. Innotuerūt:in uulgus exiere. Gesticulatus:gestu quodā imitatus. Clā:occulte ob tēporū nouitatē ꝑsona dissimulata. Scenico:histriōi in scœna canēti. Aburi cū ociose sibi placere qa sine æmulo certaret;q̄si denūtiarū uellet nisi præsentibus esset curis districtus fuisse se cū illo certaturū iniecturūq; sollicitudinē ingentē. Desciscentibus defectionū ducib9. Hos Gallos ꝓscios ꝑcipes.

PHI. Populariū:popularis dicitur homo eiusdem conditionis generisq;:popularis populo amatus est:& popularis ciuis:popularia humilis ē: popularis uilia: hic intelligimus populares eiusdem conditionis & generis:ut sit sensus neronem destinasse cō trucidare gallicanos hoies: qui erant romæ ueluti fautores gallorū transalpinorū rebellantiū:apud Salustiū populares dicitur participes & conscii cōiurationis. Permittere:zeugma est a superiori:repetendum eni est uerbum illud.creditur destinasse. Per conuiuia necare:sicut olim suillis fūgis tota conuiuia interempta fuerunt una cū Aneo sereno præfecto neronis uigiliū & tribunis & centurionibus. Vrbē incendere.Exēplo Catilinæ:qui destinauerat cum cōiuratis.xii. simul oportuna loca urbis incēdere ut eo tumultu facilior aditus fieret ad cōsulē Ci.cæterosq; qbus insidiæ parabātur opprimendos. Difficilius: dū oēs forent occupati circa feras uicatim discursantes. Popularis quis

popularium suorum atq; fautores. Gallias exercitib9 diripiēdas permittere: senatū uniuersum ueneno per conuiuia necare urbem incendere: feris in populum immissis quo difficilius defenderetur: sed absterritus non tam pœnitentia q̄ perficiendi desperatione: credensq; expeditionem necessariam: consules ante tempus priuauit honore atq; in utriusq; locū solus iniit consulatum: quasi fatale esset non posse Gallias debellari nisi a consule: ac susceptis fascibus quum post epulas triclinio digrederetur innixus humeris famulorum affirmauit simul ac primum prouiciam attigisset inermē se in conspectum exercituū prodirurum: nec qcq̄ aliud q̄ fleturū. Reuocatisq; ad pœnitentiā defectoribus sequenti die lætū inter lætos cantaturum epinicia quæ iam nūc sibi componi oporteret

## De apparatu expeditiōis contra gallos & ex actionibus eius.

IN preparāda expeditiōe: ꝑmā curā hūit deligēdi uehicula portādis scœnicis orgāis: cōcubiasq; q̄s secū

Expeditionem necessariam:ut comparatis copiis militaribus expeditionem bellicā susciperet aduersus gallos desciscentes. Ante tempus ante exactum legitimum consulatus spacium;quod erat annuum.

Honore:consulatu. Vtriusq;:consulis. Fatale:decretum constitutumq; a fatis: q̄ ut inquit Cleantes & interpretatur Sene. ducūt uolentē trahunt nolentem. Fatorum necessitas:ut eleganter ait Apule. ineffugibilis est: unū a bono poeta dictum est ineluctabile fatum. Nisi a consule:more magni Pōpeii: qui olim solus consul sine collega creatus est:ideo autem uoluit nero inire solus consulatum:ut gallias debellaret: ueluti prouinciæ galliarū ab unico tantū consule non autē a duobus consulibus debellari subigiq; possent:sicut fatali decreto cōtineri affirmabatur. Fascibus.s.consularibus:relege quæ in primo commen. annotaui super fascibus uirgisq; consularibus. Ducūt uolentē fata. Necessitas ineffugibilis.

Innixus:firmatus stabilitus sustētatus:a Liuio dictum est rem romanā stetisse innixā Papyrio cursore. Prouinciam:galliam:quæ erat prouincia.po.ro. Pli. scribens de narbonensi gallia inquit Italia uerius q̄ prouincia. Innixus.

Exercituum:qui duce Iulio uindice primi defecerant. Prodirurū:ꝓgressurū. Quā fleturū:tāq̄ lachrymis solis posset reuocare ad officium copias militares & principes defectionis. uerū nesciebat quod ab Apollonio rhetore dictum fuerat:non minus uere q̄ pulchre lachryma nihil citius arescere cum flagitiorum immanitas uincat fletum & complorationem. Cantaturum epinicia:græci uocant epinicia præmium & celebritates ꝓ parta uictoria. επινικιοσ dicitur uictorialis. Tranquillus epiniciā intelligi uult carmina laudationesq; compositas ex uictoria. hanc dictionem usurpat Hieronymus in interpretatione libri secundi machabeorum:ubi sic scriptum ē: & cū epinicia agerent in hierosolymis ubi exposuit nō inepte Nicolaus de lyra epinicia intelligi solemnitates de uictoriis. Deligendi uehicula:ex hoc diiudicare potes q̄ ineptus q̄ mollis:q̄ delicatus fuerit imperator: qui cū primam curam habere deberet rerum militarium:cum primis curiosus erat deliciarum & libidinum iā quod nefas dictu quoq; est organa & musica instrumenta facta erant sarcinæ militares:& ut inquit Senaca in primo quæstionum quicquid mundus muliebris uocabatur iam sarcinæ uiriles sunt minus dico etiam militares. Iam speculum quoq; adhibetur:ex hac obiurgatione est uulgatissimum illud:speculum ciuilis sarcina belli. Cicero taxat uerrem q; dum esset imperator populi romani introducebat intra tentoria solas ferme mulieres & libidinum ministros. Scenicis organis:organa in hoc loco intelligimus musica instrumenta generali uocabulo inter quæ erāt & hydrolicæ:de quibus supra memorauimus:alias organa significant machinas: de quibus Victruuius architectus in.x. scribit hæc inter machinas & organa id uidetur esse discrimen:quod machinæ pluribus operibus in maiores coguntur effectus:ut balistæ torculariumq; præla organa autem unius operæ propositum: uti scorpionis: organorum fabricatores organarii nuncupantur. Iulius firmicus in.iii. mathefeos:ait. Mercurium cum uenere in vi. ab horoscopo loco facere organarios & myropolas:myropolæ autem sunt pigmentarii uenditoresq; unguentorum delicatiorum. Lachryma cito arescit. Epinicia. Organa sarcinæ militares. Organa machinæ organarii Myropolæ

M.AN. Populariū.i.consiliorum quæ ab hoibus suæ gentis fuissent in se inita. Defenderet:urbs.s.ab incendio. Non tam pœnitentia:quia sceleris pœniteret. Quasi fatale:esset ilq; inuadendi consulatus pretextus fuit. Epinicia; carmina nunc & laudationes ad uictoriam attinētia est επινικιον alioqui ꝓmiū:seu celebritas pro habita uictoria ab νικη.i.uictoria. Scœnicis organis:instrumētis qbus in scœna utebātur.

educeret tõdendi ad uirilẽ modũ: & securibus peltisq; amazonicis instruendi. Mox tribus urbanas ad sacramẽtũ citauit: ac nullo idoneo respondente certum dñis seruorũ nũerum indixit. Nec nisi ex tota cuiusq; familia probatissimos ne dispensatoribus quidem: aut amanuensibus exceptis recepit: partem etiã census omnes ordines cõferre iussit: & insuper inquilinos priuatarum ædium atq; insularum pensionem annuam repræsentare fisco: Exegitque ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum: argentum pustulatum

PHI. Tondendi ad uirilem modum: hoc olim factitauit Ipsicratea Mithrydatis coniunx: q̃ totondit capillos in uirilẽ modũ: & equo se armisq; assuefecit: quo facilius laboribus & piculis eius interesset: q̃ uictũ maritum a Põpe. magno per efferatas gentes fugiẽtem animo & corpore infatigabili quasi uirago q̃dam insequuta est in habitum uirilem reformata. Nero dũ dẽt curare quo modo uincat hostes: curat quo modo cõcubinas secum educat detonsas more uirili. Securibus: ut ad imitationem amazonũ ita cõcubinæ armatæ uiderentur: illæ eñ armatæ securibus bella inibant: unde securigeræ a poetis dictæ: & ob Ora. securis optimo epitheto amazonia nuncupata: cuius inuentrix fuit auctore Pli. penthesilea amazon. Peltis: pelta scutum breue est in modũ lunæ figuratũ quo usæ sunt peculiariter amazões in bello hic illd maronianũ. Ducit amazonidũ lunatis agmina peltis. Iphicrates atheniẽsis cum militaria arma imutasset instituit ut peltã p parma ferrent: a quo postea peltastæ pedites sũt appellati: qui ad motũ cũcursũq; erant leuiores. Tribus ur. quattuor solas urbanas tribus fuisse autumat Pli. appellatas a partibus urbis: in quibus habitabant: nam suburrana palatina collina exquilina dicebant: in quas transferri ignominiosum: erat desidiæ pbro. rusticæ uero tribus laudatissimæ existimabãtur: sed hic Trãql. per tribus urbanas significare uidetur omnes romanas tribus: q̃ erant nũero. xxxv. Ad sacra. s. militare: milites eñ iurare solebãt in nomẽ impatoris omniaq; se strenue facturos: quæcũq; iussisset imperator: & militiam nunq̃ deserturos: ideoq; sacramenta dicebãtur. Iuue. cõmoda nunc alia atq; emolumenta notemus sacramentorum. Citauit: consules itidẽ citabant iuniores ut nomina darent in militiam de quo apud liuium multa est mentio. Seruorũ nu. cũ legitimi milites deerant ad seruos cõfugere solebant: sicut in. ii. punico bello factitatũ est: quando ut inquit Li. honesta utilibus cesserunt: quẽ exercitũ utpote ex seruis institutũ Augu. in. iii. de ciui. dei eleganter pudendũ uocat preterea lege militari serui ab oi militia: prohibentur: alioquin capite puniuntur ut scribunt iurisconsulti. quod etiã grammaticus Seruius prodidit in enarratione illius uersus: uetitisq; ad troiam miserat armis. Indixit imperauit denũciauit: indicere eñ denũciare est. unde impatiue feriæ dictæ quas consules uel pretores pro arbitrio potestatis indicunt: & funera indictiua a priscis nuncupata: ad q̃ per p̃conem euocabantur. De funere indictiuo intellexit Tranql. cũ scripsit in Iulio cæsare: funere indicto rogus extructus est. Cuiusq; dñi fa. appellatione familiæ seruos & mancipia intelligi notissimum est. Dispensatoribus: dispensatores fuisse in seruorũ numero familiaq; notum est: & indicat Pli. scribens in. xxxiii. seruus claudii Drusilanus noĩe rotundus dispensator hispaniæ citerioris qnquagenariã lancẽ habuit dicti aũt sunt dispensatores ob æse impendendo: namq; apud ueteres ro. cum asses librales essent apendebantur unũ expensa compendia impendia & dispensatores appellantur: qnetiam stipis ponderandæ pensatores. libripendes dicti auctores. M. V. & PH. Amanuensibus uocabulũ est Tranqlli peculiare: tanq̃ a manu formatũ. sunt enim amanuenses serui q & a manu dicuntur: quorũ opera & manu in scribendo perinde ac scribarum utimur. super q̃ dictione annotauimus plura non indigna memoratu supioribus cõmentariis: sensus est cũ dispẽsatores & amanuenses sint inter cæteros seruos dñis in primis cõducibiles & maxime necessarii: ne hos qdẽ excipi uoluit nero: quin ex his quoq; reciperet in militiam quos iudicaret idoneos. Partem cen. uoluit nero ut unusq̃sq; tam ex ordine senatorio q̃ equestri atq; plebeio per collationem conferret portionem sui census atq; diuitiarũ ad expeditionem bellicam capescendam. Inquilinos ædium: inquilini sunt: qui alienas domos incolunt: quibus cœnacula locare solebant hi: qui faciebant cœnaculariam ut ait iurisconsultus. Insularum: domorum de quibus iam sæpe dictum. Representare: statim annumerare. Fisco. ipsius scilicet principis alias: obseruauimus fiscũ proprie dici principis. ærarium uero populi. Exegit: uel ui extorsit uel ut debitum repetiit: unde & exactores dicti apud cecilium noue dictum esse annotauit. Gel. sic scribẽtem: ego illud minus nihilo exigor portorium. i. nihilo minus exigitur de me portoriũ alias exigere est eiicere & excludere: unde exacti reges dicti p electi. & publicola regũ exactor pro exclusore & electore. Fastidio: insolentia. Asperum. Persi. quid asper utile nũmus habet uidetur aũt nummus asper dici ab eo quod in asperitatem cusus signatusq; est. Pustulatum: argentum excoctum purgatũ q; ad summam bonitatem pustulatum uocari interpretãtur. Martia. argenti tibi libra pustulati: ego existimo pustulatum dici a pustulis: quæ in agento celato in aspredinem quãdam excise uisuntur: sicut pustulæ in corpe oriũtur cum aspredine simmiles illis pustulis: quæ ex urtica uel sudore nascuntur: de quibus luculentũ caput est apud Celsum in. v. de medicina.

M. AN. Peltis: cutis. Ver. Duxit amazonidũ lunatis agmina peltis. M. peltatã amazona appellat. Nullo ido. ad militare munus obeũdum apto. Dñis ser. iis qui seruos hẽrent. Familia: seruorũ nũero. Ne dispẽsatoribus aut amanuensibus exceptis: sed illis etiam adẽptis quorũ opa ciues maxime indigerent: erant amanuenses serui quorũ manu in scribendis epistolis & aliis id genus libellis dñi utebãtur dicũtur & serui a manu quo uerbo idem Tranql. alibi est usus. Census: suarũ fortunarum. Cõferre: in usum belli exhibere. Inqlinos alie. domos incolentes. Priuatarũ ad earũ differentiã q̃ publice locabant. Annuã: ergo integrã. Rep̃sentare: fisco ascribere aut certe numerare. Fastidio morositate. Nũmũ asperũ: recẽter credo peusum. Argentũ pustulatum: purissimum: Mar. Argenti tibi libra pustulati q̃q̃ scio ego nõ deesse qui postulanti legant.

Ipsicratea
Securigeræ
Pelta.
Peltastæ.
Tribus urbanæ.
Noĩa tribuũ urbanarum.
Sacramẽta
Exercitus ex seruis.
Indictiuæ feriæ.
Funera indictiua.
Dispẽsatores unde.
Impendia.
Libripẽdes
Amanuenses.
Inquilini.
Fiscus principis.
Exactores
Exigor portorium.
Exacti electi.
Asper nũmus.
Pustulatũ.
Pustulæ.

anrū obrizum: ut pleriq; omnem collationem palam recusa rent: consensu flagitantes a delatoribus potius reuocanda premia quæcunq; cepissent.

De probris contra eum scriptis: ac aliis gestis eius.

EX annonæ quoq; caritate lucrantium accreuit inuidia: nam forte accidit ut in publica fame alexandrina nauis nunciaretur puluerem luctatoribus aulicis aduexisse. Quare oim in se odio concitato nihil cōtumeliarū defuit: quin subiret. Statuæ ei⁹ a uerticæ curr⁹ appositus ē cū inscriptiōe græca. Nūc demum agona esse & traheret tandē. Alterius collo & ascopera deligata simulq; titul⁹ ego qd potui. sed tu culeū meruisti: Ascriptū & colūnis iam

PHI. Aurū obrizū. scribit Pli. in. xxxiii. aurū uocari obrizum quod excoctum purumq; est: & quo sepius arsit eo magis proficit ad bonitatem: rubetq; simili colore ignis. In scripturis canonicis li. Danielis scriptū legimus & ecce uir unus uestitus lineis: & renes eius accincti auro obrizo: ubi exposuit interprex obrizum aurum dici mundissimum: legimus apud fortunatum interpretē ecclesiasticarū dictionū aurū ophir dici hebraice qd est ualde ꝑciosum quod obrizū apud latinos appelletur. Collationē: census & patrimonii: de collatione iā diximus. A delatoribus reuocanda premia: delatoribus ob delationē criminū premia erant cōstituta: ex quibus qdā quadruplatores dicti: qui quartam partē de proscriptorum bonis: quos detulerant consequebantur; sensus est romani a quibus nero exigebat acerbā collationem: flagitare ceperunt: ut premia illa q̄cūq; acceperant delatores ab illis reuocarentur transferenturq; ad expeditionē neronianā: tanq̄ illa essent abunde suffectura: cū multi quos fouebat nero ex delationibus fierent opulenti & fortunati. Lucrantiū: solent auari locupletiores annonam onerare penuriāq; inducere: dum fructus suos equis ꝑtiis uendere supersedent: dum minus uberes prouētus expectant. In hos ut ait Vlpia. titu. de extraordinariis criminibus poena uaria statuitur hi dardani a iurison. uocantur: qui annonam cariorem facere solent Pli. dixit elegā ter manceps annonā flagellat: sensus autē tranqlli hic est Inuidiam illorū creuisse q lucrari solēt ex annonæ penuria ex eo qd dū expectatur in publica fame naues ex alexādria deportans frumentū: nūciatū est nō frumētum illa naue aduectū esse. sicut ab esuriente populo expectabat: sed puluerē: quo uternī in lucta luctatores neroniani: qdā legunt luctantiū: tanq̄ luctarent exercerentq; palestrā ex caritate publicæ annonæ: dū harena nilotica uixe frumēti illis deportaret. Alexandrina nauis. ex alexandria & ægypto tanq̄ ex horreo frumētario ubi romæ frumenta suppeditabant: qd supra retulimus: & Pli. docet in panegyrico. Puluerē palestritæ luctatoresq; in palestrico certamine corpora respargebant harena: hinc ait Oui. describens luctā Herculis & Acheloi. Inq; uicē fuluæ tactu flauescit harenæ: Mar. græco uocabulo a tactu aphen dixit: sic eñ ait & flauescit aphe. Luca. quoq; in palestra herculis & Anthei harenā usurpatā esse testatur: harena aūt e nilo ut docet Pli. in. xxxv. palestre studiis existimabat accōmodatissima: Inde patrobio ꝑncipis neronis liberto aduehebat: qn & Leonacto & Cratero ac Meleagro Alexādri magni ducibus sabulū hoc palestræ causa deportabatur. Plu. in Alexādro refert cōplures leonacto camelos transferre solitos puluerem ad gymnasia ex ægypto usq;. Aulicis: ab aula imperatoria aulici dicti. Spartianus famulitium aulicū appellat famulos impatorios. Currus apo. In cōtumeliam taxationēq; aurigationis hoc factū ē: cū nero studio immodico agendi currus ut supra dictū est teneret. Agona: certamē. Traderet: corrige traheret; currus eñ trahi dr. Alterius: statuæ Neronis. Scopa deli. supplicium nō tā acerbū q̄ ignominiosū ē qn sontes obnoxā scoparū fasciculo manuali cædūtur: circūducti per fora ut uibices rubentes existāt in tergo: hoc uulgo dicit scopare: quo uerbo usus est Hierony. in esaiæ interpretamento: uerba ex sacro codice hæc sunt. Scopabo babylonem in scopa terens dicit dñs exercituū: ubi annotauimus scopā dici unicos hoc est singulariter. sicut & in hoc loco Tranquilli: q̄uis usus & auctoritas eruditorū uelit ut scopæ pluraliter efferantur: preterea Columella scopulam tanq̄ a scopa diminutiuo uocabulo singulariter ꝓmlit: cuius uerba hæc sunt ex li. xiii. Deinde peniculo detergitur & feruentissima pice infusa nouo alio rutabulo & scopula picatur: sensus aūt Tranqlli hic erit. deligatā fuisse scopam statuæ neronis ad significandū illū dignū eē cōtumeliose scoparū suplicio: qd tñ cū leue sit: dicit scopa: Ego qd potui: q̄si dicere uelit: scopæ nō sūt idoneæ ad neronē puniēdū: q ob parricidia meret insui culleo cū gallo simia & serpēte q poena ē parricidarū. & supplicii genus atrox ꝯgruēsq; neroni matricidæ pāricidæ fratricidæ. Politianus uero uir doctissimus ꝓ scopa legē dū asserit ascoperā: ē aūt ascopera græcū uocabulū significatq;: ut ait Suidas: marsupiū siue crumenā. Fuit igiť ascopera. i. sacculus pelliceus alligatus collo statuæ neronianæ: ueluti symbolū cullei: cū ipe fiat e corio tanq̄ p ascoperā significaretur neronē utpote matricidā cullei supplicium mereri: de quo diximus abunde in augusto: de quo sic ait Quinti. in. vii. qui patrē occidit culleo insuatur: matrem occidit ex quo significatur & matricidam culleo insuendum: cum ex scripto ducatur quod scriptum nō est. obiter annotandum scoparios dici ministros: quorum ministerium est: ut scopis deuerrant pauimenta sordentia.

M. AN. Obrizū: Pli. auriq; expimēto ignis est: ut simili colore rubeat ignis atq; ipm obrizū uocāt. Oēm col. ab eo qd supra cōferre dixit. Præmia reuocāda: adimēda potius delatoribus q̄ sua delatiōe diu ꝑsecuti eēnt & hoc in Neronis inuidiā: q delatores multos dānatis oim ordinū ciuibus eorūq; fortunis ꝓfiscatis ditarat. Lucrātiū: sic omnes codices: quos uidimus hñt: sed neq; sensus: neq; ordo ullus ex ea lectiōe eliciť quare luctātiū legēdum cōtenderim. i. Nero. & aulicorū: q palestram exercebant: tenebatur Nero palestræ studio: ut non multo post dicetur. Puluerem: Pli. nō multum a puluere puteolano distat harena tenuissima non ad sustinenda maria; fluctusq; frangendos sed ad debellanda corpora palestre studiis inde certe Patrobio Neronis principis liberto aduehebatur. Currus: quid per currum praeter aurigandi studium intelligere possumus non uideo nam nero in publicis quoq; spectaculis ut est supra demonstratum aurigandi ꝑitiam ostentauit.

Aurū obrizum.
Ophir.
Quadruplatores
Dardani.
Harena in palestra.
Aphe.
Aulici
Aulicū famulicium.
Scopare.
Scopa
Scopula.
Ascopera.
Scoparii.

gallos eum cantando excitasse: iã noctibus iurgia cũ seruis
pleriq̃ simulantes crebro uindicem poscebãt.

De somniis & prodigiis mortẽ eius præcedentibus.

TErrebatur ad hæc euidentibus portẽtis somniorum auspiciorum & omnium tum ueteribus tum nouis: nunq̃ antea somniare solitus: Occisa demum matre uidit per quietem nauem sibi regenti extortum gubernaculum trahiq̃ se ab Octauia uxore in arctissimas tenebras. Et modo pennatarum formicarum multitudine opperi: modo a simulacris gentium ad Pompeii theatrum dedicatarũ circumiri: arcerique progressu. Asturconem: quo maxime lætabatur posteriore corporis parte in simiæ speciem transfiguratum: ac tantum capite integro hinnitus edere canoros. De mausoleo sponte forib⁹ patefactis exaudita uox est nomine eũ ciens: calẽdis ianuarii exornati lares in ipso sacrificii

Agona: certamen: ad bellum undiq̃ illi cõflatũ allusit. Scopera: sic tranquilliani omnes quos dũtaxat uidimus habent codices sed nil ad culleum quem nero meritus erat scopa: addo qd fabio auctore: ut scalas: sic scopas numero multitudinis dicimus: sed a scoperã legendũ ut ex Politiani uiri clarissimi obseruationibus didicimus ille uetustissimi codicis lectione fretus in quo minus mutilatã esse dictionẽ scribit: cæterum suidæ auctoritatẽ secutus qui ασκοπηρα μαρσιππιον. i. marsippiũ esse ait nos facile in sñiam adduxit: ut pro scopa mendosa dictione: ac ne latina quidẽ a scoperã legamus: ut sit sensus ego quo potui pelliceũ siue minimũ follem tibi induxi: sed tu quia matrẽ pemisisti culleũ es meritus capaciorem dico follẽ: quo insutus in profluentẽ deliciare Cic. ad herenniũ si Ciceròis; id opus ẽ Et leeq parentẽ necasse iudicatus erit ut is obligatus & ob uolutus corio deuehatur in fluẽtẽ. Dionysius bubulũ ait corium ipsi supplicio adhibitũ. Vale. illi astipulat.

PHI. Gallos excitasse: gallus nomen est omonymõ: significat eñ gen-
Omonymon. tem autem & castratũ: & nomẽ est hominis propriũ: nunc allusio est ad nomen auis & gentem gallicanam: nam
Gallus. cum dicere uideatur gallos gallinaceos fuisse excitatos a nerone cantante: cum ipsi soleant cantu ad opera excitare mortales: intelligit gallos hoc est gentẽ gallicanam fuisse excitatã ad defectionẽ: quæ pricipẽ cantorẽ ferre nõ poterat: dedignabaturq̃ seruire pricipi cantori citharœdo q̃drigario. Vindicẽ poscebãt: mordacitas salsa ẽ in noie uindicis: nã cũ uiderent poscere uindicẽ hoc est ultorẽ atq̃ lorariũ: qui uindicaret. i. puniret seruos & plecteret: Symbolicos petebant Iuliũ uindicẽ defectionis ducem ad remp. a tyrannide neronis uindicandã asserendamq̃. Et ominũ omina ꝓpric ad uerba re-
Osmen. feruntur: prisci osmen dixerunt nos omen extrito. s. de ominibus sic scribit Cic. non solum deorũ uoces pithago-
Quidã nõ rei obseruauerũt: sed etiam hominum quæ uocant omina: quæ maiores nostri quia ualere censebant: id circo om-
somniant. nibus rebus agendis qd bonũ faustum fœlix fortunatumq̃ esset præfabantur. Nũquã somniare solitus scribit Pli. in. x. quosdam nũq̃ somniare: quibus mortiferum fuit signum contra consuetudinẽ somniasse: quæstio est magna apud eruditos utrum sint aliqua præscita animi quiescentis & an somniis credendum sit. Extortũ gubernaculum: nauigii rector gubernaculum moderatur: & clauum tenens q̃uis sedeat in puppi qetus maiora tamẽ & meliora facit: q̃ iuuenes faciant. Nero tanq̃ gubernator regebat nauem: sed cũ somniasset gubernaculũ sibi ꝑ uim extortum esse atq̃ detractũ significabatur: q̃ romani imperii quod tanq̃ gubernator diu rexerat: gubernacula sibi per uim extorquerent. Ab occa. q̃ occiderat. In ar. tene. q. d. infernas. Pẽnatarũ; hoc formicarũ somnium portendebat uim multitudinis esse cauendã: cũ formicæ gregatim degant: apud Indos formicæ pẽnatæ sũt canũ
Formicæ enormes. magnitudine minores: uulpiũ uero maiores: q̃ ex cauernis terræ egerunt aurũ: quod indi furantur ꝑuelocibus ca-
Solifuga. melis utentes quorũ odore sollicitatæ prouolant. crebroq̃ lacerant illos fugientes. Pliñ. in. xi. & Herodotus in. iii.
Salpyga auctores in sicilia nõ sũt pennatæ formicæ: est & formicarũ genus uenenatarũ: solifugas Cice. appellat salpygas betica: & ita appellantur a lucano utpote hispano poeta: qui sic scri. in. x. pharsaliæ: quis calcare tuas metuat salpyga latebras: A simulachris gentiũ: somniauit nero q̃ simulacra & effigies earũ gentiũ: q̃ dedicatæ ad ornatum theatri põpeiani uisebantur: seipm circuirent ꝓhiberentq̃ ingredi theatrũ: qd fuit ominosum: põpeii. aũt in ornamentis theatri mirabiles fama posuerat effigies ob id diligẽtius magnorũ artificũ ingeniis elaboratas; inter quas legitur: ut inquit Pli. in. vii. eutice a. xx. liberis rogo illata trallis enixa. xxx. partus. Asturconem; in hispania astu-
Asturcões. ria gens inclyta est genere equoru3: quos asturcones appellant: quibus forma minori ꝑditis mollis est alterno cru-
Tollutim. rum explicatu glomeratio: hi tollutim gradiuntur hoc est uolubiliter: unde & tollutarii dicti a Seneca. Crebro ui. ciues
Tollutarii. M. AN. Gallos: ad galliarũ defectionẽ allusit: illius desidiæ inertiæq̃ cantãdi studio ortã.

q̃ plurimi simulata in seruos ira quũ tortorẽ appellarẽt uindicẽ adesse iubebãt ad spm gallicanæ defectiõis auctorem omẽ referẽtes. Tũ uete. supiore tpe aut ꝑ qetẽ aut aliter uisis. Nouis post defunctionem oblatis. Ab Octa. cõiuge: quã falso adulterii crimine occiderat. Oppleri: cooperi. Arceriq̃ ꝓgressu: ut unũ ad principatus amissionẽ in sõniũ ptineret: alterũ ad ipsius interitum tertiũ tam ad impii q̃ ad uitæ exitũ. Asturconẽ: asturcones ab asturia hispaniæ parte unde optimi ueniunt equi put: qui mollitur alterna crura glomerando explicant.

Mar. Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit ungues uenit a lauriferis gentibus astur equus.

Hinnitus PHI. Hinnitus: hinnire dicitur eq: unde hinitus eqna uox: equus neronis uisus in sõniis emittere hinitum sonãtiorẽ portẽdit exitiũ. Cõtra Dyonysio factũ. ẽ omẽ futuri regni: cũ exaudisset equũ hiniẽtẽ q submersus uoraginib3 extrahi nõ potuerat. Mausoleo: sepulchrũ intelligit: qd augustus cæsar extruxit in cãpo martio de quo
Cit. Ciet. satis multa suo loco mẽorauimus. Ciẽs. uocãs: alias ciẽs dr mouẽs: cit & ciet uerbũ ẽ apud Pliniũ freq̃ntissimũ
Lares coro- ꝑ eo qd ẽ mouet. sic pene omẽ factũ ẽ Didoni: quæ noiari se sitari sensit. a simulacro mariti Sichei uñ ait Oui, Ipse
nis ornabãt sono tenui dixi elisa ueni. Et Maro canit in q̃rto hic exaudiri uoces & uerba uocãtis uisa uiri. Exornati. lares. de las-

apparatu conciderunt. auspicanti Sporus annulum muneri obtulit cuius gēmæ sculptura erat. Proserpiæ raptus. Votorum nūcupatione magna iam ordinum frequentia uix repertæ capitolii claues quum ex oratione eius: qua i uidicem perorabat: recitaretur in senatu daturos pœnas sceleratos: ac breui dignum exitum facturos: conclamatum est ab uniuersis. Tu facies Auguste. Obseruatum etiaꝫ fuerat nouissimam fabulā cantasse eum publice Oedipodē exulem atq̧ in hoc decidisse uersu θανεειν μαναγεσυγγαμος μητηρ πατηρ

De uariis angustiis & cogitatiōibus eius quum esset ab omnibus derelictus.

NVnciata etiam interim cæterorum exercituum defectione litteras prandenti sibi redditas concerpsit: mensam subuertit duos scyphos gratissimi usus: quos homericos a cælatura carminum Homeri uocabat:

ribus affatim diximus in augusto: quorū simulachra cum nero principio anni ex consuetudine exornasset: sua spōte corruerunt: quod: fuit portentosum: feriæ laribus dedicatæ fuerunt. xi. cal. Ianuarii: quibus ædē Aemilius prætor in campo martio curandam uouit: Indicat Pli. in. xxi. coronis ornari solitos lares publicos & priuatos. Auspicanti: auspicia obseruēti: supra diximus nihil publice sine auspiciis nec domi nec militiæ geri solitum. Sporus. significat illum qui neroni ritu fœmineo denupsit. Proserpinæ raptus: talis sculptura præsagiū fuit neroni: quod & ipse ab orco raperetur: sicut rapta fuerat proserpina: quæ fabula notissima est carminibus poetarū & Ciceronis testimonio: qui scribit in uerrinis raptam esse proserpinā ex nemore ennensium: qui locus in media sicilia situs est: & id circo umbilicus Siciliæ nominatur. Proserpinam lunā significari docet. Mar. V. & a proserpēdo dictam quod ut serpens modo in dextram modo in sinistram cœli parteꝫ late moueatur: serpere & proserpere idem dicebant: ut Plautus qui scribit in asinaria: fac me proserpentem bestiam. Votorum nuncupatione moris erat ut calendis Ianuarii solemnis uotorum nuncupatio fieret a principe consulibus ineuntibus magistratum: qui ibant ut ait Li. in capitolium ad uota nuncupanda: huius quoq̧ rei sic meminit cor. tacitus qui & illa obiectabat principio anni uitare thraseam solemne iusiurandum nūcupationibus uotorum non adesse: uota nuncupata dicuntur: quæ consules prætoresue cum in prouinciam proficiscuntur faciunt: ea in tabulas præsentibus: multis referuntur: & pecunia nuncupata dicebatur premissa nominata & quasi testificata in nexu faciendo. Nero cum uellet ex ritu ire in capitolium ad uota nuncupanda habuit hoc dirum præsagium: quod claues uix repertæ sunt tanq̄ dii recusarent uotorum nuncupationem fieri a nerone qui illa non esset soluturus. Recitarentur: per quæstorem. Daturos pœnas: hæc particula erat neronianæ orationis scriptæ in Iulium uindicem auctorem defectionis. Tu facies auguste: hæc diasyrtica acclamatio est: nam cum uideretur dicere hoc o auguste hoc est o nero cæsar tu facies scilicet quod scelerati dabunt pœnas: intelligi uolebant q̧ nero faceret. scilicet exitum dignum suis sceleribus: & ita relatio facta est ad illud uerbum facturos: exkstum ex oratione neroniana recitatum. Nouissimam: ultimam postq̄ nullam amplius egit. Oedipodem exulem: tragœdiæ scribebantur de œdipode excæcato & œdipode exule: quemadmodum post parricidium electus fuit in exilium ex quo in regnum incidit: unde ait ipse apud Senecam in tragœdia cui titulus est œdibus. exul intrepidus: uagans cœlum deosq̧ testor. In regnum incidi: & olim epaminundas thebanus cum a Calistrato oratore atheniensi obiiceretur thebanis œdipus patroctonos. i. patricida: festiuiter dixit nos: fatemur œdipodē fuisse patricidam: uerum ob id scelus illum nos quidem eiecimus: athenienses uero susceperunt: sæpenūero augυria præsagiaq̧ ducta sunt in principes ex huiuscemodi fabulis olim Philippo Alexandri magni patri factum est omen iuscationis: dum cyclopum fabulam audiret secitari. θανεειν interpretatio hæc est mori me iussit uxor: mater pater: hanc sententiam dicebat de se ipso œdipus in fabula: tanquam mori iuberetur propter uxorem: quæ erat mater Locustæ: & per patrem Laium: quem interemerat. Idem uersus neroni cōmodissime aptari potest. qui mori iubetur propter uxorem octauiam. matrem agrippinam: patrem claudium: quos omnes interemerat. Cæterorū exercituum: germaniciani & hispaniensis. Concerpsit: discidit dilacerauit. A. gel. librum statim coram discidit suis manibus & concerpsit.

Raptus proserpinæ. Vmbilicus siciliæ. Proserpina unde. Nūcupatō uotorum. Pecunia nūcupata. Diasyrtica acclamatio. Oedipus patroctonos. Dictū epaminundæ.

M. AN. Mausoleo: quod in martio campo fuisse ostendimus. Auspicanti: auspicia captanti. Sporus: qui Neroni nupsit. Vix repertæ claues: quasi dii nulla essent illius uota excepturi. Tum facies: quod sic interpretandum apparet quasi acclamatū esse ut dicerent. qui circumfusi steterant ita facies Nero: hoc est hunc exitum tuis sceleribus dignum assequere. θανεειν. &c. mori me iusserunt uxor: mater pater. Concerpsit: lacerauit.

PHI. Duos scyphos: scyphus poculum est: ita herculis: ut liberi patris cantarus. Plini. calices appellat atq̧ crystallinos fuisse sic scribens libr. ultimo na. histo. Nero amissarum rerum nuncio accepto duos calices crystallinos in suprema ita fregit illisos: hæc fuit ratio seculum suum punientis: nequis alius ex his biberet.

A cælatura carminum. Homerus in. xi. iliados rapsodia calicem nestoreum describit: qui aureis clauis interpūctus erat duplici fundo quattuor uelut auribus redimitus: ad quarum singulas bine columbæ: aureæ pasci uidebantur: qui tam grauis erat ut repletum uix e mensa alius mouere posset: quem nestor poturus: facile tollebat: nestorida id uasis genus appellauerunt: de cuius forma atq̧ cælatura eustathius multa digna cognitu prodidit: ad hoc poculi nestorei genus allusit Martialis: hi duo longæuo censentur nestore fundi pollice de pylio trita columba nitet. Nero scyphos: crystallinos appellabat homericos ad hæc cælaturæ q̄ de nestorio calice homericis uersibus luculente describitur

Scyphus. Cantarus. Calix nestoreus.

Pyxides. Solo illifit:terræ applofit infregitq;. Pyxidem:pyxides cuiufcũq; materiæ funt ut ait Fabius: pyxidas. quæ
Cœliana per diminutionem pyxidiculæ dicũtur:accommodatas effe ueneno declarat fententia illa apud Lactantium cele
pyxis. berrima:medicorũ tituli remedia habẽt pyxides uenena:Et cicero in oratione pro celio ait eodem licinium effe uẽ
Triens ser- turum atq; his ueneni pyxidem traditurum:& eiufdem pyxidis ibidem fæpe commeminit:unde a quintiliano ce
uiliorum. liana pyxis dicta. In hortos feruilianos:in feruiliorum familia illuftri:unde feruiliani horti dicti: fuit hoc di-
Horti ser- gnum cognitu & memoratu. habebat trientem æreum facrum:quẽ pafcebant auro argentoq; confumentẽ utrũq;
uiliani. cui fumma cum cura magnificentia-

solo illisit: ac sumpto a locusta ueneno & in aureã pyxidem condito transit in hortos seruilianos: ubi præmissis libertorum fidissimis ostiam ad classem præparãdam: tribunos cẽturionesq; prætorii de fugæ societate tẽptauit: sed partim tergiuersantibus: partim aperte detractantibus uno uero etiã proclamante usque adeo ne mori miserũ est: uaria agitauit parthos ne an Galbam supplex peteret: an atratus prodiret in publicum: proq; rostris q̃ta posset maxima ueneratione ueniam preteritorum precaretur Ac ni flexisset animos uel ægypti præfecturam concedi sibi oraret: inuentus est post ea in scrinio eius hac de re sermo formatus: sed deterritum putãt ne prius q̃ in forum perueniret: discerperetur: sic cogitatione in posterum diem dilata: ad mediam fere noctem excitatus: ut cõperit stationẽ militũ recessisse: psiluit e lecto misitq; circũ amicos & qa nihil a quoq̃ recũniabatur: ipe cũ paucis hospitia singulorũ adiit. Verũ clausis oim forib' rñdente nullo in cubiculũ rediit: uñ iã & custodes diffugerãt

q; quot annis facra faciebat: quã ferũt
alias creuiffe alias decreuiffe uideri:ex
eo aut diminutionem aut honorẽ fa-
miliæ fignificari:In feruilianis autem
hortis folitum neronem commorari
docet Cor. tacitus: qui ait miliehum:
a quo detecta eft coniuratio ueniffe in
hortos feruilianos: ibiq; conuentũ ne
ronem edocuiffe quæ audierat de cõ
iuratis. Centuriones prætorii. co-
hortium prætorianarũ:quæ erãt ho-
noratiores & ad cuftodiam principis
Tergiuer- uiciffim excubabant. Tergiuerfanti
fator. bus:diffimulanter abnuẽtibus: eft em
tergiuerfari quafi tergũ uertere:Luci-
lius tergiuerfatorẽ nouo uocabulo di-
xit bouinatorẽ:Lucilii uerfus hic ẽ hic
Bouinator ftrigofus bouinatorq; ore improbus
duro. Vno pclamante:ex centurio
nibus fiue tribunis prætorii. Vfq;
adeo ne mori:hemiftichon eft uergi-
lianum:quod dicit turnus ad fororem Iuturnã in. xii. æneí. ubi oftendit potius moriendum effe q̃ fugiendum:uer
fus maronis hi funt. Vfq; adeo ne mori miferũ eft:uos o mihi manes efte boni qm̃ fuperis auerfa uolũtas. Par-
thos ne itidẽ Põpeius ĩ extrema. fua fortũa deliberauit pthos an africã an ægyptũ peteret ex quo triplices fieri fua
forias poffe Quintilianus oftẽdit in. iii. inftitutionũ:fcribit Plu. in Galba nemini dubiũ fuiffe neronẽ extrerũ defpa
Atratus. tione in ægyptũ fuga cõceffurũ. Atratus:indutus atris hoc eft nigris ueftibus:q color funebris eft cõuenitq; lu
gentibus & ad miam mouendã eft accõmodatus:nephas erat apud prifcos in epulo publico accũbere atratos cõ
Anthraci- uiuas:hinc cicero taxat uatinium:quod in epulo. Q. u. Arii cœnauit atratus:græci anthracinũ uocãt nigrũ atrũq;
nus color colorẽ:ab anthrace qui græce dicitur carbo:& ueftis anthracina erat lugentiũ ficut nr̃o quoq; tpe in luctu ufupab
Amiculũ Varro amiculũ nigellũ appellauit ueftitũ nigri coloris:quo utimur in luctu uerba uarronis hæc fũt:ppiquæ ado
nigellum. lefcẽtulæ & adolefcẽtuli pximi amiculo nigello capillo demiffo fequerẽtur luctũ. Præteritorũ:ut fibi prætéri
Aegyptus ta delicta factaq; cõdonarẽt:cũ præterita magis reprehendi poffint q̃ corrigi:& qđ factũ ẽ fieri infectũ nõ poffit:
ab eqtibus & ut dicebat Plato & repetit Seneca nemo punit quia peccatũ eft fed ne peccetur. Præfecturã ægypti: eqtes ro
obtinebaĩ. mani ex inftituto diui Augufti ægypti præfecturã obtinebant locũ regum:copiafq; quibus ægyptii cohercerẽtur
Nomi ita uifum expedire eft:ut auctor eft tacitus:retinere prouinciam aditu difficilem:annonæ fœcũdam fupftitione di-
Bubaftis. fcordem:præterea ægyptus diuiditur in præfecturas oppidorum:quas nomos uocãt:ficut eft lycopolites aphro
Locus oui- dipolites & bubaftites:eft autem bubaftitis præfectura ut hoc in tranfcurfu declaremus: dicta a ciuitate bubaftis
dii. ubi conuentus quot annis agebatur in honorem dianæ:quam bubaftim uocant auctor Herodotus in. ii. hinc ab
Vel. Ouidio dictum:facraq; bubaftis uariifq; coloribus apis. Vel ægypti: hæc particula hoc in loco accipi uidetur
pro faltem. ot fit fenfus neronem fi flectere nequiuiffet animos romanorum infeftiffimos:agitaffe ut faltẽ fibi præ
fecturã ægypti concederetur:quæ res comparatione regni eft:oppido q̃ pufilla.

M. AN. Duos fcyphos:calices cryftallinos Plinius Nero inqt amiffarũ rerũ nũtio accepto:duos calices cry-
ftallinos in fuprema ira fregit. Tergiuerfantibus neq; pollicentibus neq; apte recufantibus. De trectãtibus:
abnuentibus. Atratus:mœfto & lugubri habitu & qualis reũ fupplicẽq; deceret quidã Attractus legũt q̃fi Ne
ro expectandũ cenfuiffet tantifper:dũ iniectis catenis in medium traheret:quod tam ridiculum eft dicere: q̃ ftul-
tum fuiffet agere. Flexiffet flectere potuiffet ut in priftina dignitate imperio retineretur.

PHI. Scrinio:in quo. f. epiftolæ reponũtur. Seneca in ultimo cõtrouerfiarũ:& fcriniũ in quo erãt miffæ ab
Magifter hoftibꝰ epiftolæ fubftulit:hic magifter fcrinii dictus. Difcerperet:laceraret. Stationẽ militũ:ex more cohors
fcrinii. prætoria ftationẽ p uices agere folebat in palatio:fcribit Tacitus militẽ urbanũ ad deftituẽdũ Neronẽ arte magis
Cum for- & impulfo q̃ fuo ingenio traductũ. Nihil a quoq̃:hoc oſo fubinde cõpertũ ẽ:q; amici cũ fortuna mutãt fidẽ:q
tuna fides. in rebus aduerfis nulli reperiuntur: cum in florentibus cateruatim conuolent: hinc Ambrofius in. iii. hexamerõ
alius auis atauifq; nobilis infignibus amicis abundans:ftipatus clientibus repente aliqua accidentis periculi mo-
le turbatus deftituitur ab omnibus derelinquitur:impugnatur a proximis:amicus certus ut inquit Ennius in re in
Amici cõ- certa cernitur:parantur autem amici beneficentia comitate dexteritate:quorum nulli unq̃ fuit fatis: efto ergo mi
ciliandi. Annibal ficut profecto es propenfus ad amicitias cõciliendas. Singulorũ:amicorũ. Vnde:a quo cubiculo.

direptis etiā stragulis: amota & pyxide ueneni: ac stati Spiculū Mirmillonē: uel quēlibet aliū pcussorē: cuius manu periret: reqsiuit: & nemine reperto. Ergo ego inqt nec amicū habeo nec inimicū, pcurritq; quasi præcipitaturus se in Tiberim.

De fuga eius ab urbe & aliis gestis.

SEd reuocato rursus impetu aliquid secretioris latebræ ad colligēdum animū desiderauit: & offerente Phaonte liberto suburbanū suū inter salariā & nomentanā uiam circa quartū miliariū ut erat nudo pede atq; tunicatus penulam obsoleti coloris superinduit: adopertoq; capite & ante faciē obtenso sudario equū ascendit quattuor solis comitātibus: inter quos & Sporus erat: statimq; tremore terræ: & fulgure aduerso pauefactus audiit ex pximis castris clamorē militū: & sibi aduersa: & Galbæ pspera ominātiū. Et iam ex obuiis uiatoribus quēdā dicētē hi Neronē prosequunt alium suscitantē equid in urbe noui de Nerone. Equo aūt odore abiecti in uia cadaueris cōsternato detecta facie agnitus est a quodā Missitio ptoriano & salutat[9]: ut ad diuerticulū uētū est dimissis eqs inter fruticeta ac uepres per

Direptis stragulis: in tumultu & rerū pturbatiōe hoc fieri solet: ut nō solū stragula: sed tota suppellex diripiat
asporteturq;. Pyxide ueneni: supra diximus Nero rē habuisse ueneni in aurea pyxide recōditū: eamq; a custodib[9] inter di
ripiēdū stragula fuerat amota ex cubiculo. Spiculū: nomen est gladiatoris ut inuetim legas spiculū myrmillonē:
tanq unus tantūmodo significet: de quo sic scri. Plutarchus in Galba quare spiculū gladiatorē Neronis statuis dū
traherent subiectū in foro pdiderunt. Percussorem: cuius manu ferroq; pcussus occūberet: multi eni tradunt in
extrema desperatione quæsiuisse pcussorē: sicut libro primo regū scriptū est Saulē dixisse ad armigerū suū euagi-
na gladiū tuū & pcute me. ne forte ue- Saul adhi-
niant incircūcisi isti & interficiant me buit percus-
illudētes mihi. Brutus quoq; dictato sorem.
ris Cæsaris interfector stratonē adhi-
buit: q ensem subiecit cui moribūdus
incubuit. Nec amicū. s. cuius manu
perire possim. addit Sextus Aurelius
Neronē post istud uerbum subdidisse
Dedecorose dixi turpius peā Chilo La- Dedecoro-
cedæmonius amicitias inimicitiasq; se uixi.
ex necessitate inuicē cōsequi arbitraba- Dictū chi
tur: unde cū audiuisset quēdā dicentē lonis.
nullū se inimicū habere interrogauit Colligere.
an nullū etiā amicū haberet: tanquā al Salaria uia.
terū sine altero esse nō possit. Ad col Nomenta-
ligendū animū: cōfirmandū reficiendū- na uia.
dūq;: colligere eni interdum est refice Nomētū.
re & recreare. Cicero manifesto furto Labana
perturbatus ubi se collegit. Salariaq; balnea.
uiam salaria uia Romæ est: quæ a sale Interula.
nomen accepit: nāq; per illam sal in sa
binos portari cōsueuerat auctor Plini.
in. xxxi. Nomētaria: uia Romana est:
qua itur nomentum: de nomento ait
Martialis: Si uicina tibi nomēto rura
coluntur: est autē oppidum in latio nō procul ab urbe Roma. In agrō nomentano balnea fuerunt: quæ Strabo ap-
pellat labana. Palemon grammaticus in agro nomentano uineas mercatus est fœcunditate præcellentes. De hoc
suburbano liberti Neroniani sic scribit Eusebius in chronicis. Nero cum a senatu quæreretur ad pœnam e palatio
fugiens ad quartum urbis miliarium: in suburbano Liberti sui inter salariam & nomentaoam uiam semet interfe-
cit. Tunicatus: indutus sola tunica: quam uulgo camisiam uocant: quæ & interula uocitatur. Penulam: ue- Penula.
stis est quæ tunicæ superinduitur: de qua alio loco plura penulis intra urbem frigoris causa ut senes uterentur per- Itinerariū
misit Alexander Romanus imperator: cum id uestimenti genus itinerarium aut pluuiæ fuisset: matronas intra uestimētū.
urbem penulis uti uetuit in itinere permisit. Commodus imperator contra consuetudinem penulatos iussit spe- Penulati.
ctatores non togatos ad munus gladiatorum conuenire.

M. AN. Stragulis: cubiculari apparatu. Pixide amota: ut ne mori quidē liceret. Percussorē: qui se ferro cō
ficeret. Nec ami. ha. nec inimi. uocem uere miserabilem: miser sit necesse est qui neutrū habeat: quod uox illa apd
Lælium Cice. declarat quum quidam stulte gloriaretur se inimicū nullum habere responsum est ergo nec amicū
necesse est eni hominis uitam utrunq; sortiri. Salariam & nomentanā uiam: salaria uia: qua in Sabiniam itur di-
ctaq; ut festo placet quia per eam Sabini salem deferebant estq; salaria quoq; porta: quæ olim quirinalis mos colli-
na ut Varro innuere uidetur dicta est. Nomētana uia quia nomentū ducat.

PHI. Obsoleti: sordidi & squalidi. Oratius caret obsoleti sordibus tecti. Inde obsoletissimus uestitus ab Apu- Obsoletissi
le. dictus in floridis p sordidissimo & lugentibus accōmodo. Obtenso: pretento antepositoq;. Fulgure ad- mus.
uerso. Tranquillus omisit id quod alii de nerone prodiderunt; uidelicet q olim discumbenti neroni dapes fulmi Calix excu
ne ictæ fuerunt: mensaq; disiecta: & ut inquit Philostratus: calix manu Neronis excussus est; cum iam ori propius sus manu
admouisset. Ex quo Appollonii tyanei existimatio cū admiratione maxima facta est: qui triduo ante suspiciens in neronis.
cœlum propter id predixerat: erit magnū aliquid & nō erit. Ex proximis castris: pretoria castra intelligit quæ Dictū apol
erant ad extrema urbis tecta collocata. Ominantiū: presagientiū atq; augurātiū. Quendā dicentē. s. audiuit. lonii.
Ecquid: nunqd noui ex usu quotidianæ interrogationis dictū. Equo: quo nero uehebat. Consternato: con-
territo pauefacto conturbato. Detecta reuelata: quā sudario cōuelauerat. Missitio: nomē pretoriani militis: mē
tio quoq; fit a Mar. Missitii cuiusdā rauenatis. Ad diuer. diuerticulū est: ubi iter de uia flectit: & pprie diuerticu Diuerticu-
la auctore donato dicunt in uia domicilia: ad quæ de itinere deuertendū sic. Serui. enarrans illud Virgil. obiiciunt lum.
equites sese ad diuortia nota exposuit diuortia esse diuerticula; diuerticula autem dixit esse semitas transuersas Diuortia.
quæ sunt a lateræ uiæ militaris. Fruticeta: loca plena fructicibus: sicut senticetū uocamus locū sentibus spinisq; re Fruticare.
fertum; fruticare uetus uerbum est & significat pullulare atq; succrescere. Iuue. Et fruticante pilo. Vepres: spi- Vepres.
nas. Vir. & hirsuti secuerunt corpora uepres: inde diminutiuum fit uepricula: quo usus est Cice. in orō. pro Sestio Veprecula.
scribit. uepreculis extracta nitedula ubi nitedula significat exiguum murem. Nitedula.

Arundinetum. Arundinetú:locú arundinibus cōsitú dicimus arūdinetú. Cato præcipit in arūdineto asparagos maxíe serēdos
esse. Semitá. semita ut ait Varro:uia angusta est q̄si semi iter dicta. Ad aduersū:ex opposito & e regione colloca
Semita. tū. Egestæ:extractæ. Clandestinus:furtiuus & occultus:hæc dictio penultimá ꝓducit cōtra usū ꝑperá ꝓnū=
ciantiū. Silius in. vii. punicorū:ceu clādestino traherei ſœdere bellū. Mālius in prio astronomicon: & clādestinus
Clandestinus. surgētia fraudibus arma. Lacuna:fouea:lacunæ ut ait Seruius sunt fossæ:i qbus collecta aq̄ stare ꝯsueuit:ide lacu
nosum deriuat:p similitudiné decētissimā dixit Cice. uide quæso ne lacuna sit in auro:idē in uerrinis:lacunā rei fa=
Lacunæ. miliaris expleret. Manu hausit:po=
culú naturæ manus sunt Diogenes cū
uidisset puerū aq̄s manibꝰ haurientem
abiecit poculū: qd̄ hēbat ex ligno di=
Poculú naturæ. cēs: nesciebá qd̄ natura héret poculū:
de hoc manuali poculo decēter dictū
est illud a Calphurnio in bucolicis:cō
cauat ille manus palmasq; in pocula
uertit. Hæc est Neronis decocta:Ne
ronis principis inuētū fuit decoquere
aquá utroq; demissā í niues refrigera
re ita uoluptas frigoris:ꝯtigit sine uitiis
niuis auctor Pli. i. xxxi. igit Nero mēor
huiuscę aquæ delicatissimæ cuius ipse
fuerat iuentor cū bibiturus foret aquá
lutosā cœnosamq;:doléter dixit & mi
serabiter:hæc est decocta neronis:táq̄ di
cere uellet:heu me miserū: q̄lé aquá bi
bonō est hæc illa decocta: q̄ ego p de
litias uti solebā niuibus refrigeratā: &
hoc pathetica oratiōe ꝓnūciādū est.
Decocta neronis. Diuulsa:discissa lacerata. Sentibus:spi
nis uepribꝰ ide senticosū spinosū dici
Senticosum. mus. Quadrupes: istar q̄drupedis
pedibus manibusq; gradiés introiuit p
angustias Decubuit:iacuit. Modi
cę:alii codices habēt modicella táquá
diminutiuum sit a modico formatum.

arundineti semitá ægre:nec nisi strata sub pedibꝰ ueste ad ad
uersum uillæ parieté euasit. Ibi hortáte eodé Phaonte ut in=
terim in specū egestæ arenæ cōderet: negauit se uiuū sub ter
rá iturū: ac parūp cōmoratꝰ dū clādestinꝰ ad uillá introitꝰ pa=
raret: aquá ex subiecta lacuna potaturꝰ máu hausit Et hæc é
inqt: Neronis decocta. Deinde diuulsa sentibꝰ penula traie=
ctos surculos rasit: atq; ita quadrupes p angustias effosse ca
uernæ receptus in proximá cellam decubuit super lectū mo
dicella culcitra: uetere pallio strato instructū: fameq; & ite=
rum siti interpellente pané quidé sordidū oblatū aspernatus
est. Aquæ autem trepidæ aliquátum bibit.

## De morte eius & gestis in ea.

TVnc uno quoq; hic ide instáte ut q̄primū se ipédēti=
bus cōtumeliis eripet: scrobé corá fieri íperauit: di=
mēsus ad corpis sui modulū: cōponitq; simul si q̄ in=
uenirēt: frusta marmoris & aquá simul ac ligna cōferri: curā
do mox cadaueri flens ad singula atq; identidem dictitans.
Qualis artifex pereo. Inter moras perlatos a cursore Phaō=
tis codicillos preripuit: legitq; se hosté a senatu iudicatum:

Instructum:ornatum:sicut dicimus fundum instructum:& domum in
structam. Interpellante:extimulante lacessente.
M. AN. Sudario:tenui uelo. Ad aduersum:ex aduerso státes. Euasit:p arūdineti semitá & uepres puenit.
Prætoriano milite. Egestæ arenæ:unde arena erat egesta. Introitus pararet:ná ad uillæ murū Progressus nō
cōtinuo est uillam ingressus. Decocta:idest decoctæ loco cupidissime epota. Surculos abrasit:surculos q traie
cta penula inhæserant detersit. Quadrupes:pedibus & manibus obrepens. Strato:super iniecto.
PHI. Panem sordidum aspernatus: in fame panis omnis solet esse suauis & bonus; in quam sententiam est
illud a Seneca prolatum libro ultimo epistolarum. Non habet panem meus pistor: sed habet uillicus: sed ha=
Fames obsonium. bet atriensis: sed habet colonus malum panem inquis expecta bonus fiet: & iam illum tenerum tibi & siligineum
fames reddet: ideo non est ante edendū q̄ illa imperet; profecto optimū obsoniū est fames: sicut suauissima potio
Exemplū darii sitiētis. est sitis. Darius ut inquit Cicero in quinta tusculana cum aquam turbidam ex cadaueribus inquinatam in fuga bi
bisset; negauit unq̄ se bibisse iucundius: nunq̄ uidelicet sitiens biberat. Ptolomeo quoq; pagranti ægypti comiti=
Exemplū ptolomei esurientis. bus non consecutus cum cibarius in casa panis datus esset nihil uisum est illo pane iucundius: nunq̄ uidelicet esu
riens ederat. Socrates dicebat ambulando se obsonare famem. Nero tamen in fame panem cibarium aspernatus
est: nec in siti aquam suauiter bibit; cum iam morte appetente & fatis super caput instantibus nec mulsum nec pa
nis siligineus potuissent palatum oblectare. Oblatum a ministro. Eriperet scilicet per mortem hortabantur
enim. Neronem ut sibi mortem consciscerct: & ita euaderet contumelias imminentes: quibus uiués erat futurus
obnoxius ad libidinem inimicorum. Scrobem:foueam scrobs masculini é generis unde scrobiculus diminuti=
Scrobiculus. ua forma deducit. Collumella. Scrobs clibano similis est: imus q̄ summus patentior: idem scrobiculo facto ad imū
solū præcidit: quidá fœminino genere dicere maluerunt; ut gracchus qui ait: exigua posuit scrobe. Dimensum
Scrobs. metitus mensuratusq;. Modulum:mensuram. Oratius ab imo ad summum totus moduli bipedalis. Frusta:
Modulus. crustas & particulas: diminutiuū frusti est frustulū: hinc aduerbiū frustatim & frustilatim inclinant: q̄ significát
Frustulum p frusta & minutatim. Plau. iam ego te faciá ut hinc formicæ frustilatim differant. Aquá calida aqua lauabátur
Frustatim. cadauera ex ritu priscorū: quē expressit maro in. vi. æneidos: pars calidos latices & ahena undantia flammis expe
Cadauera lauari. diunt corpusq; lauant frigentis & unguunt. Ennius quoq; sic cecinit: tarquinii corpus bona fœmina lauit & unxit.
Ligna: uel ad rogum extruendum uel ad aquam calefactandam. Idētidē frequēter & subinde. Qualis ar=
tifex: cum miseratione pronunciandum: sicut a Nerone flente dictum est suas fortunas miserante; quod ex Impe
Demetrius pōpeianus. ratore maximo factus esset sui funeris curator miserabilis. Cursore phaontis: tanta fuit libertinorum id tempo
ris potentia: ut illis essent plures interdū serui q̄ patronis sicut demetrio Pōpeiano liberto: cui numerus quotidie

seruorū ueluti īpatori exercitus referebaī:quē puduit locupletiorē eē patrono:nō igiī mirū si a phaōtis Liberti Neroniani cursore ait p̄latos fuisse codicilos hoc est pugillares & tabellas:cursores aūt erāt ī nūero famulorū. Elios uerus Rōanus īpator cursores suos uētorū noībꝫ uocitauit:aliō boreā:al.ō noū:itē Aqlonē aut circiū cæterisq; noībꝫ appellās. Quæri:ingri uestigari ad pœnā. Vt puniaī more maiorū:de morte Neronis hæc Eutropius:ab oībus Nero simul destitutus & a senatu hostis iudicatus cū quæreret ad pœnā;quæ pœna erat talis ut nodus p publicū ductus furca eius capiti īserta uirgis usq; ad mortē cæderet atq; ita præcipitaret ex saxo e palatio fugit & ī suburbano liberti sui:qd̄ ē īter salariā & nomētanā uiam ad q̄rtum urbis miliariō se īterfecit:Hactenꝫ Eutropius.

& quæri ut puniaī more maiorū. Interrogauitq; quale esset id gen⁹ pœnæ:& quū cōpisset nudi hoīs ceruicē īseri furcæ corp⁹ uirgis ad necē cœdi:Cōterrit⁹ duos pugiōes:quos secū tulerat arripuit tērataq; utriusq; acie rursus cōdidit:cāt⁹ nōdum adesse fatalem horam Ac modo Sporū hortabaī ut lamētari ac plāgere īcipet:mō orabat ut se aliqs ad mortē capessādā exēplo iuuaret:īterdū segnitiē suā his uerbis īcrepat uiuo deformiter ac turpiter ου πρεπει νερωνι ου πρεπει νηφειν δει εν τοισ τοιυτοισ αγε εγειρε σεαυτον. Iā eqtes appropiq̄bāt:qb⁹ p̄ceptū erat ut uiuū eū attraherēt: qd̄ ut sēsit trepidāter effatus. ιππων οκυποδων αμφι κτυποσ τα ωτα βαλλει. ferrū iugulo adegit iuuante Epaphrodito a libellis. Semianimisq; adhuc irrūpēti cēturioni & penula ad uuln⁹ apposita in auxiliū se uenisse simulāti: nō aliud rn̄dit q̄ sero: & hæc est fides: atq; in ea uoce defecit:extātibus rigentibusq; oculis usq; ad horrorē formidinēq; uisentium: nihil prius aut magis a comitibus exegerat: quā ne potestas cuiq̄ capitis sui fieret:sed ut quoquo modo totus cremaretur. Permisitq; hoc Icelus galbæ libertus:nō multo ante uinculis exolutus:in que primo tumultu coniectus fuerat.

De funere & reliquiis eius.

FVnerat⁹ ē īpēsa ducētorū miliū:stragulis albis auro intextis: qb⁹ usus Kal. Ianuarii fuerat:reliqas Aegloge & Alexandria nutrices cum acte cōcubina gentili dominiorū monumento condiderunt: quod prospicitur e campo martio impositum collo hortulorū. In eo monumēto

Tērata acie:explorato mucrone: ut penetrabilis foret. Cōdidit:reposuit. Fatalē horā:q̄ sibi foret fataliter pereundū.

M.AN. Impēdētibꝫ:imminētibꝫ istātibꝫ. Eripet:subtraheret. Scrobē:fossā. Curādo:lauādo. Qualis artifex.i.q̄ miserabilis:qui uiuus adhuc meū curo funus. Et quæri ad supplicīō reqri. Aciē:mucronē acumē: &

PHI. Exēplo iuuaret:ut (fastigio. aliqs se pfodiēs ipi exēplo foret mortis intrepide subeūdæ. ου πρεπει interp tamētū hoc ē:nō decet neronē nō decet:sobriū eē oportet ī eiusmodi rebus age excita teipm. Præceptū erat.s.a senatu. ιππων.i.equorū uelociū undiq; strepitus aures ferit. Iuguloq; locus maxie mortiferus ē:uni hoi sūt iuguli ut ait Pli.duos āt eē iugulos dextrū & sinistrū docēt eruditi:hic ait Apul.p iugulū sinistrū capulo tenus gladiū ei demergit. Iuuāte epaphrodito:cōsimiliter brutꝫ adiuuāte stratiōe īcubuit ferro & ita occubuit:differit a Trāquillo sextꝫ aurelius: q ait nero.semet ictu gladii transegisse adiuuāte trepidātē manū nō epaphrodito sed sporo illo eunucho sporo:q neroni istar fœminæ denupserat:ab hoc epaphrodito dicti sunt horti epaphroditani:quorū mēminit Frōtinus li.ii.de aquæ ductibus. A libel.q p̄sunt libellis supplicibꝫ īpatoriis hi dr̄ a libellis:sup q̄ locutiōe satis multa ī pxio cōmē.dicta sūt:scri.Lāpri.Alex.Impatorē post meridianas horas subscriptiōi & lectiōi ep̄l'aꝝ dedisse operā:ita ut ab ep̄l'is a libellis & a mēoria sp assisterēt. Ad uulnꝰ:qd̄ iugulo iflixerat. Sero.s.uenisse:& hoc uerbo signare uoluit nero cēturiōis auxiliū eē serotinū & sopuacaneū:cū iā iā eēt moribūdus:nec uitæ spes ulla supesset. Et hæc ē fi.cēturiōes militesq; ī sacramēto militari iurare solēt:se nūq̄ īpatorē deserturos:ideoq; nero destitutus etiā a militibꝫ hoc uerbū nouissimū dixit:hæc ē fides:nimirū signare uolēs cēturionē fidei datæ fuisse p̄uaricatorē:tale ē notū illud heus ubi pacta fides. Defecit.extinctus ē. Extātibꝫ:pminētibꝫ quos oculos hebetiores esse Aristo. & Pli.pdiderūt:& Neroni hebetes fuerūt sed ppe admota nisi cū cōniueret. Rigētibꝫ:duris. Pli.ait Caio pricipi fuisse oculos rigētes. Totus:Iuue.mortē Catiliæ atq; cethegi āpponit Pōpeii neci:pptea qd̄ integri totoq; cadauere ceciderīt cū Pōpeio abscissō caput fuerit manibꝫ seprimi. In quæ.s.uicula. Prīo tumul.q exortus ē nūciata defectiōe galliarū & hispaniaꝝ. Stragulis al.ex lino ɔsutis:apd̄ idos iuenit linū qd̄ ignibꝫ nō absumit: ex quo asbestinō uocaī a græcis:nr̄i uiuū id appellāt ide fiūt tūicæ regō funebres;q̄ corpis fauillā ab reliquo sepant cinere p̄ciosissimū ē adeo:ut æquet p̄cia excellētiū margaritarū. Cal.Ianuarii:pncipio āni noui uestitu cultiore nitidioreq; uti solemus:qd̄ & prisci obseruauerūt:uñ Oui.in.i.fastorū sic ait uestibus itactis tarpeias itur in arces:& populus festo cōcolor ipse suo est. Cū acte cōcu.supra annotauimos actam libertā fuisse io ɔcubiatu neronis:qoā paulū abfuit quin iusto mr̄imonio sibi cōiungeret. Gētili monu.iurīscō.sepulchra gētilia uocāt familiaria:sunt autē q̄ qs sibi familiæq; suæ cōstituit:sicut herediitaria:q̄ qs sibi hæredibusq; suis ɔstituit in talibꝫ sepulchris soli hæredes atq; successores licet sepelire:liberti nec sepeliri nec alios inferre potuerūt:nisi heredes extiterīt p̄rono. Domitiorū:maiorū suorū:natus eni erat nero ex gēte dominia:q̄uis p adoptionē insertus fuisset familiæ claudiorū & iuliorū. Collo:loco eminētiore:quēadmonū & uertex & caput & supcilia locis inaiatis p similitudinē assignant:ita & collō attribuīt: alii codices habent colle:ut intelligamus hortulos collinos fuisse potiusq̄ cāpestres.

M.AN. Exēplo:ut eorū aliqs prius sibi mortē cōsciceret;cuius exēplō secutus īdidē ipe faceret. ου πρεπει. & c̄. nō decet. Neronē nō decet sobriū eē in his;age excita teip̄ꝫ ιππων. & c̄,equorū ueelociū strepitꝫ pulsat aures meas.

Iuguli.

Horti epaphroditani.

A libellis.

Hæc est fides.

Linū asbestinum.

Familiaria sepulchra.

Epaphrodito a libellis: ut a pedibus: ut a manibus sic a libellis ueteres dixere: tuq; seruũ aut ministrum subaudi: Penula ueste. Sero: tarde uenisse. q. d. se iam perẽpto. Et hæc est fides ꝙ sero uenisset qa aiam efflaret uel eer te Centurionẽ mutatæ fidei arguere uoluit. Extãtibus: eminẽtibus. Rigẽtibus: terrifico rigore cõtẽtia. Primo tumultu: statī nũciata galliæ defectiõe. Calẽ. ianua. quo die nitidore cultu sacrorũ cã capitoliũ Rõani ascendebãt: Oui. Vestibꝫ intactis tarpeias itur ad aras. Cũ acte sic legẽdũ ut alio loco admonui nõ accia Tacitus Actẽ libertã a Nerone amata sæpius celebrat: acciã nũquã. Domitiorũ: q̃ familia Nero erat ortus. Colle: eminẽtiore hortorũ parte: qdẽ collo habẽt q nõ probo.

solium Porphiretici marmoris superstanti lunensi ara: circũseptum est lapide thasio.

## De statura & cultu corporis eius.

STatura fuit pene iusta: corpe macloso & foetido: sufflauo capillo: uultu pulchro magis q̃ uenusto: oc'lis cesiis & hebetioribus: ceruice obesa uentre ꝓiecto: gracillimis cruribus: ualitudie ꝓspera: nã q luxuriæ imoderatissimæ eẽt: ter oino p quatuordeci annos lãguit: atq; ita ut neq; uino: neq; cõsuetudine reliq̃ abstineret. Circa cultũ habitũq; adeo pudẽdus: ut comã semp in gradus formatã: peregrinatiõe achaica etiã pone uerticẽ summouerit: ac plerũq;

Solium sepulchri.
Leucostictos porphirites.
Marmor lunense.
Luna metallifera.

PHI. Soliũ: in sepulchro soliũ accipit ꝓ Loculo: in quo cõditũ est cadauer: Qu. curcius scribẽs sepulchrum Cyri fuisse aptũ ab Alexãdro magno sic ait: ipse soliũ in quo corpus iacebat uelauit: idẽ alio loco: septimꝰ dies erat ex quo corpus regis iacebat ĩ solio: de soliũ signatu multiplici diximus suo loco. Porphiretici marmoris: porphyrites marmor est rubẽs: uocat̃ leucostictos cãdidis interuenientibꝰ pũctis Lunẽsi ara: ex marmore lunensi cõstructa: qđ ut auctor est Strabo cãdidũ erat & lucidũ: ex quo colũnæ & isignia Romanæ ciuitatis opa ꝑficiebant: nãq; cũ mari uicina icũbat effossio facile lapides lunẽses euehebant̃ quos e pelago subuehẽdos tyberis excipiebat: hic lũa metallifera a papinio dicta cũ ait ĩ siluis Anne metallis eræ repetit iã moenia lunæ: mamurra ꝑfectus fabrorũ Cæsaris dictatoris ĩ gallia: quẽ Catullus carmibꝰ ꝓbrosis ꝑscidit: ĩ ædibus suis nullã hũit colũnã nisi ex marmore caristio aut lunẽsi. Circũseptũ: circũuallatũ. Lapide tha. thasos insularũ cycladũ una ẽ marmore nobilis: qđ ut iqt Pli. erat maculosũ: de hoc marmore thasio itelligit Papi. illo uersu. Nõ huc admissæ thasos aut undosa caristos. Celebrat̃ iter uina generosa & uinũ thasiũ: cuius meminit Apule. in apologia.

Marmor thasium.
Lentigo cõtraria magicæ.
Hircinum uirus.

Iusta: neq; ꝓcera nimis neq; pusilla. Maculoso: maculis pleno & lẽtigioso: magi hñt hæc ꝑfugia ut dicãt lẽtiginẽ hñtibꝫ numia magicæ artis nõ obseq: forte fuit hoc i nerõe: inqt Pli. i. xxx. q ait nihil mẽbris nerõis defuisse quo minus arti magicæ posset ĩitiari. Foetido: scribit Iulius firmicus in. viii. mathe. illos exudare misere uirus hircinũ foetoris qcũq; habuerit horoscopũ in. xiiii. pte tauri: alii codices hẽt foedo: ut expõas ꝓ corpe deformi. Sufflauo modice flauo uera Antõinus ipator Rõanus dr̃ habuisse tãtã curã flauẽtiũ capillorũ: ut capiti auri Ramẽta resꝑgeret: quo magis coma illuiata flauesceret. Q uã uenusto. uenustatẽ ꝓpe mulierũ eẽ sicut dignitatẽ uirorũ docet Cice. in. i. de officiis. Cesiis: cesios oc'los uocamus glaucos uiridisq; coloris: scri. Aristo. i. i. de aiali. aliis nigros aliis cesios aliis caprisos oculos eẽ qđ morũ optiorũ idiciũ est: qbusdã equorũ oculi cesii hoc ẽ glauci sũt: est aũt color cesius dictus q̃si celius de colore celi: ũñ a latinis ueteribus celia dicta ẽ minerua: q̃ a græcis glaucopis dr̃: sicut sæpissime ab homero dicta ẽ glaucopis αθηνη: hoc ẽ minerua oc'los glaucos hñs: de q̃ in ꝑapeis. minerua flauo lumine

Cesii oculi.
Celia.
Glaucopis
Obesus.
Vẽtriosus.
Consuetudo magna res est.
Snĩa hippocratis.

Hebetioribus: Pli. in. xi. Neroni oculi fuerũt nisi cũ cõniueret ad ꝓpe admota hebetes. Obesa: pigui alias obesus ut annotauit Gel. in carmie neuiano significat maciletũ & gracilẽ. Proiecto. ꝓminẽte talis a plauto dr̃ uẽtriosus græce προγαστωρ. ptinax ĩperator fuisse fert̃ uẽtre ꝓminulo. Luxuriæ: ꝓdigi uictus & mensæ opulẽtioris. Lãguit: ægrotauit. Neq; ꝯsue. aliq̃ absti. cõsuetudo magna res ẽ: & ut ꝓuerbio græco testatũ ẽ altera natura: ũñ q̃rit Aristo. in ꝓblematis encyclis. i. in q̃õnibꝫ circularibꝫ: cur aliq ægrotãt ubi uitã luxuriosã uiuere assueti agere luxuriose cessarũt: ut Dionys. tyrãnus q in urbis suæ obsessiõe aliquãtũ tpis a potu solito destitit rabe ꝓrimus laborauit. An qa inqt ꝯsuetudo res magna cuiq; sit ita q morẽ mutãt solitũ egræ atq; moleste ex ꝯsuetis discedũt: & eodẽ redisse sibi saluberrimũ hñt: pinde q̃si ad suæ naturæ statũ redierit: snĩæ aristotelicæ astipulat̃ maximus hippocratis iterpres Gale. q ait omẽ ꝑmutationẽ omissa cõsuetudine noxiã esse corpibus maxio nocumẽto: ob uim cõsuetudinis dixit hippocrates scribẽs de regimie acutorũ: cibos solitos etiã illaudabiles eẽ innocẽtiores: q̃ isolitos: & si laudabiles fuerit & boni succi: idẽ i aphorismis ꝑcipit dãdũ eẽ aliqd ꝯsuetudini: cũ igit̃ ꝯsuetudo sit potẽtissima: & ut ait Qu. Curcius iterdũ natura ipa potẽtior: nõ ur̃ mirãdũ: si nero cũ lãgueret nõ abstinuit a uictu luxurioso: cuius ꝯsuetudo uersa erat in naturã: cũ alioqn ægrotãtes restituant̃ ad sanitatẽ dieta hoc ẽ uictu tenui & frugalissimo hinc legimus in decretis cano. D. ultima de cõsecratiõe: quosdã morbo articulari & podagræ morbo laborãtes ad simplicẽ mẽsam & paupes cibos redactos cõualuisse: epularũ eni largitas ut inqt Hiero. & corpus frãgit & animũ

Simplex mẽsa ꝓ medicina.
Cincinnatuli.
Epapheresis.

In gradus for. q nascunt̃ orientibus pleiadibus: hi crines inflectũt & cincinatuli sunt atq; comatuli: quorũ coma gradatim formata descendit ut uenustior sit & elegãtior: talẽ comã Mar. uocat epapheresim: e cõtrario Silius laudat in aphricano comam nullis cincinis annulisq; distinctam nec gradibus porrectã: sed ex oi parte æquabilẽ qualis decet uirum: uersus Silii hic est: martia frons facilesq; comæ: nec pone retroq; cæsaries breu or. Pone uert. post uerticem. Cæsar a uertice capillũ reuocabat: Nero post uerticem summittebat deprimebatq;.

pœnitudine rerum ceptarum secessit cluniam cũ desiderio pristini ocii & quietis: auctor Plutar. Consternatus
perturbatus pauefactus conterritus. Destituto: deserto: desolato: derelicto. Superuenientibus nunci. iã æstas
erat: cum pauloante crepusculum Roma uenit Itelus Libertus die. vii qui cognito galbam solum quiescere con-
festim ad eius cubiculũ prexit: qđ ui patefactũ q̃uis reluctantibus cubiculariis introgressus: nũciauit: quẽadmodũ

ondũ defũcto Nerone fuerat a senatu & exercitu imperator appellatus: paulopost cũ nunciaretur inquit necatũ esse neronem nunciis illis credere nolui: sed ipsemet ad cadauer accessi cõtemplatusq; sum neronẽ iacẽtem: biduo post uenit titus cum aliis multis: qui singillatim cuncta denarrauit. Deposita le. s. appellatione: nã ut supra demonstratum est consalutatus imperator se legatum senatus ac po. Ro. professus est: nunc cognita neronis morte Cæsarem appellari se nou recuuit: cum prius neq; Cæsar neq; imperator salutari uoluisset. Paludatus: ornamẽtis militaribus indutus. A ceruí. more priscorum locutus est: qui ceruices pluraliter tantũ dicebant: hortensius singulatiuo numero primus ceruicẽ dixit.

deposita legati suscepit cæsaris appellationem. Iterq; ingressus est paludatus: ac dependente a ceruicibus pugione ante pectus: nec prius usum togæ recuperauit q̃ oppressis qui nouas res moliebãtur ꝑfecto pretorii Nymphidio Sabino Romæ. In germania Fõteio Capitone: in Aphrica Clodio Macro legatis.

De sæuitia & auaritia eiusdem & aliis gestis eius.

PRecesserat de eo fama sæuitiæ simul atq; auaritiæ: q̄ ciuitates Hispaniarum galliarũq;: quæ contantius sibi accesserãt: grauioribus triburis quasdam etiam murorum destructione punisset: & præpositos procuratoresq; supplicio capitis affecisset cum coniugibus ac liberis quodq; oblatam a taracõnensibus e uetere templo Iouis coronam auream librarum. xv. conflasset: ac tres untias quæ ponderi deerant: iussisset exigi. Ea fama & confirmata & aucta est; ut primum urbẽ introiit. Nam cum classiarios. quos

Vsum to. qua in pace domi in foro uti solemus. hinc illud: cedant arma togæ: iure togæ ut inquit Pli. in iiii. epistola. carent illi: quibus aqua & igni interdictum sit. Nymphidio Sabino Romæ: nymphidius sabinus Caligulæ filius dictus est; cũ ille eius matrem nouisset nomine nymphidiã in tabernis medicinariis: hic post obitum neronis sporum: de quo iam multa dicta sunt: dum cadauer neronianũ adhuc cremaret: ꝯtinuo accersitum loco nuptæ habebat: põpeiumq; appellabat: idem romæ clam ꝑ amicos res nouas moliebatur nec non per mulieres quasdam uirosq; senatores qui ei ocul te adiutorio essent: & ut auctor est Plutar. decreuerũt multi: nymphidiũ imperatorẽ declarare: qui dũ sibi molitum imperium in ipso conatu oppressus a militib; iugulat: eiusq; cadauer in medium tractum fuit; ut esset spectaculo per totum diem uidere uolentibus.

Iure togæ carent interdicti.

Sporus delicũ nymphi dii.

M. AN. Appropinquat: galba iam castris propinquo. Destituere: galbam relinq̃re. Ad frau. ad cedẽ. Per angip. angustam uiã inter domos ueteres angiportũ dixere: domos cũ pri portus ꝑrim ĩsulas appellauere uñ etiã porticus dictæ. Morte ui. is cũ Virginio ꝯflixit: ac inter. xx. cæsorũ milia sibi mortẽ ꝯsciuit: Plu. & Tacitus auctores. Ab ur. uun. Plu. scri. vii. die sicellum seruũ quidam scribũt Icellũ ab urbe in hispaniã uenisse nero. mortẽ & ipsiua declarationẽ nũciaturũ. Vsũ to. nã ut paludamentũ belli insigne erat: & eorũ q in armis uersarent. ita toga erat pacis. Niphidio sa. is ut tacitus ait milites ad defectionẽ cõcitando sibi uiã ad iperiũ moliebatur.

Nex capitonis fontei.

PHI. In germania fonteio capitone: capito fonteius in germania per ualentem Fabium & Cornelium aquinum legatos legionum interfectus est: cum familiam compararet Cor. Tacitus ait capitonem fuisse auaritia & libidine fœdum ac maculosum: quam occisum fuisse qui queri non poterãt: tamen indignabantur. In africa clodio macro. Clodium macrum in africa haud dubie turbantem atrabonius procurator iussu galbæ interfecit.

Præcesserat fama sæuitiæ & auaritiæ: male sperandum est haud dubie de eo pricipe: qui sit crudelis & auarus. cũ dos prima & regũ insigne sit clementia: ideoq; rex in apibus aut aculeum non habet aut si habet illo non utit: ut principes admoneantur aculeum non esse exerendum sed recondendum: & liberalitas cum primis decet principes eosq; apud cunctos mortales facit fauorabiles: cum nullum uitium sit tetrius auaritia maximeq; in principibus & rempu. gubernantibus: & econtrario nihil liberalitate amabilius: esto ergo mi Annibal & clemens & liberalis: sic tibi beneficentia imprimis cordi facito tibi liberalitate. clientes ex deuotis deuotissimos ex fidis fidissimos persuasio magnorum uirorum est donatio: non inepte dixit. M. Antonius apud Rabirium poetam: hoc habeo quodcumq; dedi: iam pridem noui te animo magno preditum & generositate prestantem: tuos comiter liberaliterq; tractantem: non deparcum sed benignum & benignitatis munia callentem: perge quo cœpisti: facito: ut opibus glisentibus liberalitas quoq; propagetur: cuius nomen adeo amabile est atq; iucundum ut princeps munificus laudetur foueatur ametur colatur ab omnibus. Sordidus uero apud cũctos fit obibilis itaq; haud immerito Auaritia auaritiæq; fama prænuncia nocuit maximopere Galbæ apud populum Ro. osorem principia auariris: cum uel saltem ueniens ad capessendum imperiũ debuisset esse indulgentissimus munificentissimusq; ad colligendam beniuolentiam popularem. Scito alũne mi Clarissime principem nunquam magis nomina: nunquam magis debitores facere q̃ cum donat. Cõtantius: longiori conetatione & mora. Sibi accesserant: suas partes secutæ fuerant. Oblatam coro. au. hoc ad auaritiam Galbæ indicandam pertinet: qui coronam sibi dono datam a taraconensibus hispaniæ populis conflauit redegitq; iu massam: & cum tres unciæ in conflatura defuissent fortassis diminutæ per intertrimentum: ad explendum legitimũ pondus librarũ. xv. (tot ei corona cõstare dicebatur) iussit exigi illud pusillum trium unciarum pondnsculum: quod defuerat ab ipso artifice: qui coronam in massam proflauerat: q autem conflatores aurificesq; soleant furtim ex auro surripere: declarat exemplum illud pulcherrimum quod de archimede memorant Victru. & Priscia. qui ingenii excellentia quadam deprendit: quomodo aurum furatus fuisset opifex coronarius de corona: Ea fa. s. sæuitiæ atq; auaritiæ. Classiarios: milites qui in classibus depugnant: classiarii dicũtur. Cor. tacitus centurionem classiarium uocat ad differentiam

Clementia in principe

Aculeus recondẽdus.

Liberalitas decet principem.

Hortamentum ad Annibalẽ Bentiuolum.

Priceps nomina facit cum donat

Classiarii.

Nero ex remigibus iustos milites fecerat: redire ad pristinũ statum cogeret: recusantes atq; insuper aquilã & signa pertinacius flagitantes non modo immisso equite disiecit: sed decimauit etiam. Item germanorum cohortem a Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam: multisq; experimentis fidelissimam dissoluit: ac sine ullo cõmodo remisit in patriã: quasi Cn. Dolobellæ iuxta cuius hortos tendebat proniorem. Illa quoq; uere ne an falso per ludibrium iactabantur apposita lautiore cœna ingemuisse eũ. Et ordinario quidem dispensatori breuiarium rõnum offerenti paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse. Cano autem Coraulæ mire placenti denarios quinq; donasse prolatos manu sua peculiaribus loculis suis.

De aduentu eius ad urbem.

QVare aduẽtus ei⁹ nõ perinde grat⁹ fuit: idq; ꝓximo spectaculo appuit: si qdẽ atellanis notissimũ cãticũ exorsis uenitione sim⁹ a uilla cũcti simul spectatores

eorum qui erant in legionibus: a L. classici milites dicuntur: sensus est: nero olim ex remigibus legitimos milites classiarios fecerat: quos galba ad officium remigandi redire coegit: Ad pris. sta. officium remigandi. Aquilã & sig. ut legitimi milites uiderentur deposcebant aquilam & signa militaria: q̃ milites sequi solent: quod alibi ex-
Decimare. plicatum est. Immisso equite. immissis equitibus. Disiecit: dissipauit. Decimauit: decimare est decimũ quẽq; capitali supplicio afficere: super quo uerbo plura diximus in. ii. cõmen. ait. C. Cassius apud Tacitum: ex fuso exercitu cũ decimus q(u)isq; fusti feriretur: etiam strenui sortiũtur. Germanorũ co. a cæsa. instit. supra dictum est in augusto & Caligula queadmoduz germani fuerũt custodes corpis ipius principis: habebanturq; inter armigeros. In patriam: germaniam.
M. AN. Ponteio capitone: Agnus & Fabius ualens legati legionum capitonẽ in germania ut Tacitus scribit obtruncarunt uerum quo crimine parum constitit fuerũt qui crederent ideo occisum: quia familiam captaret alii quia legatis bellũ suadentibus nõ facile esset assensus. Clodio macro: is haud dubie turbare prouinciæ statum aggressus ab arebonio garutiano procuratore: galbæ iussu ut Tacitus ꝓdidit ẽ oppressus. Sibi accesserant: suo imperio acquieuerant. Oblatã dono datam. Exigẽ a conflatore reposci. Classiarios pro assiduis & diligẽtibus ciuibus classiarii accipiũtur: qa ii q in classibus essent: ordinibo dico a Seruio Tullo institutis parati essent ad oẽm reipu. necessitatem: sed nisi pro iis accipe qui nauali negocio operam reipu. exhibuerant quos utiq; Nero ex remigibus iustos milites fecerat. Ad pristi. sta. remi usum. Aquilam flagitantes: ut uelut legitimi milites sub signis eẽnt. Itermisso equite: immissis equitibus disiecti: sunt miserabili occisione: Plutar. est auctor. Decimauit: decimum quemq; supplicio affecit. Commodo: munere præmio: immunitate.
PHI. Cn. Dolobellæ: hic esse uidetur ille dolobella qui a multis fouebat̃ ut a galba adoptaret̃: sed ut ait Plu-
Dolobella. tar. Dolobellã galba non probabat: dolobella uero diminutiuũ est dolabræ. Columella in v. dolabella eduenies expurgare quicq̃d emortuũ est: itẽ semp circa crus dolabella demouẽda terra est. Tendebat: tentoria habebat Virg. hic dolopum manus hic sæuus tẽdebat Achilles. Ingemuisse eũ maximũ auaritiæ: indiciũ hoc ẽ; q ꝑnceps
Mensa ꝑn-cipis lautior. ingemiscat & dolenter ferat: si lautior cœna apposita fuerit a dispensatore: debet eñ principis mensa nitidior esse & opulentior q̃ priuatorũ: nõ q dem luxuria diffluens sed affluens cibis lautioribus: meritoq; dixit Augustinus & in canonicis decretis. di. xli. repetitũ est: nõ cogantur diuites pauperum cibis uesci: utantur consuetudine sua: utan
Diuites utã tur ꝑciosis. tur pretiosis dent pauperibus uilia. Ordinario dispensatori: quemadmodũ ordinarii consules dicũtur ita & ordinarius dispensator appellatus tanq̃ legitimus & primarius: a contrario ordinariũ hominẽ ueteres appellauerunt
Ordinarius homo. scurram & improbũ q minime ordine uiuat. Breuiarium rõnum: sũmarium acceptæ expẽsæq; pecuniæ. Paropsidẽ leguminis: solẽt ueri ꝑncipes Luculentis muneribus remũerari dispensatorũ suorũ diligentiã. Galba uero
Paropsis. porrexit dispensatori pro exhibita dispensationis sedulitate uasculũ leguminis: quam paropsidem uocant: cuius
Legumina unde. mentio fit in euangelio: & a Iuue. dictum est: quam multa magnaq; paropside cœnat. Legumina: a legendo dicta quoniam uellendo leguntur non subsequantur: quidam ut gallicani legaria appellant. auctor Varro in primo
Legaria de re rustica. Cano coraulæ: canus tibicẽ ut inquit Plutar. inter cœnãdũ tibia utebatur: eratq; auditu pergratus
Canus tibicem. galbæ: qui ubi tibicinẽ laudasset essetq; ipso delectatus iussit afferri sibi arcam ligneam: unde denarios quosdã acceptos cano in manibus dedit: dicens ex priuatis non ex publicis pecuniis illos donare: uidetur hic esse ille canus
Plaudere. de quo Marti. plaudere nec cano plaudere nec glaphyro: coraulam autem tibicinem dici supra memorauimus.
nec cano. Denarios: denarius erat argenteus & ut ait Pli. in. xxxiii. ualebat pro denis libris æris: sicut quinarius pro quinq;
Denarius. Mar. Varro. in argento nummi denarii dicti: q denos æris ualebant sentit Plutar. non argẽnteos denarios sed au-
Quinarius reos nummos fuisse: quos galba dedit cano tibicini. Loculis: capsulis nummariis: de loculo locello & locula-
Venitio. mento plura alibi. Non perinde: non multum: Cor. tacitus introitum Galbæ in urbem infaustum fuisse prodi
Simus. dit atq; formidolosum. Exorsus: uidetur legendũ exorsis ut iunctim legas attellanis exorsis. Venitione: uerba cantici hæc sunt: quod illo tempore erat notissimum nunc penitus ignotum: & si solerter introspicere uelimus non solum mendosa hæc uerba esse diiudicabimus: sed etiam pene barbarica: quid enim est uenitione: quam habet coagmentationem: quem sensum accommodatum in uetusto codice ita scriptum legi: uenit Ionesius a uilla tanq̃ in cantico atellanico fieret mentio cuiusdam nomine ionesii hominis rusticani & perinde auari sordidiq;: unde cum recitaretur in spectaculo: ueluti de galba dictum spectatores acceperunt: ego ut dicam quod sentio sic opinor legendum: uenitio simus uilla: aut nomẽ proprium sit uenitio dictus simus a pressis naribus: sicut a poeta

capellæ simæ cognominantur:in cantico eñ inducebatur: quidam nomine uenitio simus qui a uilla in urbem ex argumento fabulæ repedabat homo sordidus & deparcus;cuius nomen cum a uerbo ueneo uideatur posse inclinari;merito spectatores traxerunt id in contumeliam principis auarissimi sordidissimiq;tanq̃ ipse alter uenitio simus a uilla uenisset in urbem ad imperium capessendum;galba tamen fuit naso adunco ut infra apparebit. Reliquam partem:cantici atellanici. Versu repe.s. uenitio simus a uilla. Nequaq̃ tam grata:sensus est illa egregii principis laudabiliter facta non tam placebant Romanis:q̃ displicebant q̃ fiebant turpiter & reprehensibiliter: non tam ab ipso galba q̃ ab his:quorum arbitrio nõ tã regebat q̃ regebat.

consentiente uoce reliquã partem retulerunt:ac sæpius uersu repetito egerunt

De gestis per eum in initio principatus.

MAiore adeo & fauore & auctoritate adeptus ẽ: quã gessit imperium:quamqnam multa documenta egregii principis daret:sed nequaquam tam grata:erant: quã inuisa quæ secus fierent. Regebatur triũ arbitrio:quos una & intra palatium habitantes:nec unquam non adherẽtes pædagogos uulgo uocabant. Hi erant. T. Iunius legatus eius in Hispania cupiditatis imensæ. Corneli⁹ Laco ex assessore prefect⁹ prætorii arrogãtia socordiaq; irollerabilis libert⁹ Itell⁹ pauloante ãnulis aureis: & Martiani cognoĩe ornat⁹: ac iã sũmæ eq̃stris gradus cãdidat⁹: his diuerso uitiorum genere grassãtib⁹ adeo se abutendũ pmisit & tradidit:

M.AN. Gn. Dolobellæ:se posi tus inq̃t Tacitus per hos dies Gn. dolobella in coloniã aquinatã neq; arcta custodia:neq; obscura nullum ob crimen sed uetusto nomine:& ꝑpinquitatem Galbæ monstratus: Tendebant:tabernacula habebant promiorẽ propensiorem dolorem ex sũptuosiore apparatũ conceptum gemitu prodidisse. Porrexisse:dono obtulisse. Cano:nomen ꝑprĩũ. Coraulæ in choro tibia canẽti. Manu sua qđ non solũ auari principis fuit ob tenuitatem muneris sed etiam sordidi:Plu. quiq; aureos denarios fuisse ait: quos ex arca:quã sibi iusserat afferri deprõptos:dixisse se non de publicis sed priuatis pecuniis eos dare. Non perinde:non multũ. Venitione sumus a uilla quia a ueneo uenire poterat nomen factum idcirco in Galbæ contumeliam acceptum qui ob auaritiam omnia uenialia haberet.

Quid faciat malos principes.

PHI. Regebatur trium arbitria. quæritur ab eruditis quæ res malos principes faciat. in primis ut inq̃t Vopiscus licentia impune peccandi:amici preterea improbi:satellites detestandi:eunuchi auarissimi: aulici uel stulti uel detestabiles:& rerum publicarum ignorantia. unde Dioclitianum dixisse ferunt:nihil esse difficilius q̃ bene imperare:cum se quattuor uel quinq; colligunt atq; unum consilium ad decipiendum imperatorem capiunt. & ita sæpe bonus uenditur imperator:dum regitur arbitrio improborum amicorum. Notum est illud quod idonei scriptores prodiderunt meliorem esse temp. In qua princeps malus est ea:in qua sunt amici principis mali:siquidem unus malus potest a multis bonis corrigi multi autem mali non possunt ab uno quãuis bono ulla ratione superari. Igitur galba probus quidem & moderatus erat suapte natura ut dixit nymphidius sed cum minime suis cogitatibus uteretur deprauatus est improbitate Titi Iunii & Laconis:a quibus non regebatur sed destruebatur. unde censuit Nymphidius mitti oportere legatos ab exercitu ad galbam. qui edocerẽt se ex amicis hos solos duos amouisset iucundiorem se omnibus desideratioremq; uenturum; hoc exemplo disce agendum mi Annibal ita degere ita formare actiones tuas ut regas tuos non sequaris. ut tibi pareant non imperent. debet enim rector regere nõ regi:debet ductor ducere non duci:debet dominus dominari non seruire. nolo repudies consilia tuorum. nolo monitiones aspemeris. sed minime par est sũmatem uirum mancipatum esse his:qui cuncta per fumos uendunt:qui penes se uolunt esse regimen rerum omnium:in quorum manu cuncta subinde uisuntur:quibus præter nomẽ dominantis nihil alius deest:quominus re ipse dominentur. ita fit ut principes cum aliorum sint domini. fiant serui ministrorum:qui sub quodam ueluti prætexto moderationis furtim grassantur immo sæpissime palam rapiunt spoliant uexant principe uel ignorante uel mussiante:qui segnis & dissolutus si extiterit cõtemnitur estq; ludibrio

Difficilimum bene imperare. Cõsilium nymphidii monitio ad Annibalẽ. Princeps regat non regatur.

Pædagogi galbæ

Nec unq̃ non. Iugitur & semp. Pædagogos. quemadmodum pædagogos dicimus educatores ductoresq; puerorum:quibus continenter adhærent:ita pædagogi uulgo uocitati sunt hi; qui instar pædagogorũ regebant galbam & illi tanq̃ discipulo semper adhærebant. Huius rei meminit Sex. Aure. his uerbis galba trium amicorũ cõsilio.i. Iunii Corne. & Iteli cuncta disponens adeo ut inter palatinas ædes pariter & uulgo pædagogi dicerent.

Hi erant Titus Iunius & Cor. laco:de his sic scri. Tacitus. inualidum senẽ galbam Titus Iunius & Cor. laco alter teterrimus mortalium:alter ignauissimus odio flagitiorum oneratum contemptu inertiæ destruebant. apud Plutarchum pro. T. Iunio legitur Ouinius. Ex assessore. apud iurisconsu. ti. est de offi. assessoris:ubi ait Paulus. oẽ officiũ assessorũ in his fere causis cõstare:in cognitiõibꝫ postulãtibꝫ:libellis edictis:decretis:epistolis assessores ab assidendo dicti & loco consiliariorũ sunt:unde ait iuriscõ. consiliariis eo tempore:quo assident negotia tractare in suum quidem adiutorium nullo modo concessum esse:in alienum autem non prohiberi. Alexan. ro. impator assessoribus salaria instituit:q̃uis sæpe dixerit eos esse promouendos qui per se remp. gerere possent non per assessores ab assessore fœmininum est assestrix:Afranius dimittit iam assestrice me ad se uocat. Præfectus prætorii. Cor. ta. potentia principatus diuisa in Titum Iunium consulem & Cornelium Laconem pretorio præfectum. Socordia. ignauia. Cato socordiam pro. stultitia posuit. Libertus Itellus:Cor. Tacitus. nec minor gratia Itello galbæ liberto:quem annulis donatum equestri nomine Martianum uocitabant. Plutar. quoq; memorat liberto Itello annulos aureos a galba datos. aitq; Martianũ uocatum habuisse primam in libertis potestatem. Ac iã summæ equestris gradus. supra docuimus candidatos dici non solum petitores magistratuum sed aliarum quoq; re

Assessores. Assestrix. Socordia. Martianus Itellus.

ut uix sibi ipi cõstaret: modo acerbior priorꝗ mõ remissior ac negligentior ꝙ conueniret principi electo atq; illius ætatis: Quosdam claros ex utroq; ordine uiros suspitione minima inauditos condẽnauit: ciuitatẽ romanã raro dedit: Iura triũ liberorũ uix uni atq; alteri: ac ne his qdem nisi ad certum prefinitũq; tempus. Iudicibus sextam decuriam adiici precantibus: non modo negauit: sed etiã concessum a Claudio beneficium: ne hyeme initioq; anni ad iudicãdum euocarentur: eripuit. De gestis eius & de liberalitatibus Neronis per eum correctis.

Existimabatur etiã senatoria & eq̃stria officia biennii spacio determinaturus nec daturus: nisi inuitis ac recusantibus. Liberalitates neronis non plus decimis concessis per qnquaginta equites ro. ea cõditione reuocandas curauit exigendasq;: ut si qd scænici aut xystici donatũ olim uẽdidissent: auferret emptoribus: qñ illi absũpro ꝑtio soluere neqrẽt. At cõtra nihil nõ p comites atq; libertos ꝑtio addici: aut donari passus ẽ gr̃a: uectigalia immunitates:

rum: sicut candidatus fidei a hieronymo: candidatus eloquentiæ a Quintiliano dictus. Itidem nũc Tranquillus
Cãdidatus libertũ Iellũ candidatũ uocat summæ equestris gradus petentẽ adcẽtemq; summã census equestris: quæ erat sex
tertiorũ quadrigentorũ. nõ placet ut candidatus referatur ad petitionẽ magistratus. simpliciter ordinãda cõstru
ctio est candidatus summæ equestris gradus. Scribit Seneca uigesimo tertio epistolarũ hoĩem esse multarũ rerũ
candidatũ. Grassantibus. sæuientibus cũtibusq;. Vt uix ipsi constaret. dicitur homo sibi ipsi constare: qui
suæ mentis cõpos seruat in agẽda uita cõstantiã: quã Cic. imprimis tenendã esse prescribit. & sicut id maxime de
cet. ita maxie dedecet esse incõstantẽ;
sicut erat galba; cuius morũ instituto
rũq; mutatio fiebat ex arbitrio trium
improbissimorũ. Quã cõueniret
principi electo. nullũ pricipẽ decet ne
gligentia atq; socordia in rebus agen
dis: tãto minus illũ: q sit & electus &
senex: cũ utraq; res accerrimus sit sti
mulus in principe ad oĩa uigilãter &
prudẽter obeũda. nã qcũq; eligitur is
plane existimatur circũspectior. seni
Prudentia in sene. uero in ꝑmis prudẽtia assignatur. unde
ait Plautus in trinũmo. sapiẽtiæ ætas
Mẽtis oculus florescit oculus corpis desflorescit. cõdimentũ est. sapiẽs ætati cibus ẽ. &
ut ingt elegãter Plato in symposio tũc
mẽtis oculus acute incipit cernere cũ
primũ corpis oculus deflorescit.
M. AN. Nec unq̃ nõ semp. Asses
sor: hulus erat presidi assidere: ac cõ
sulere fere in illisq; cõstant cognitiõibꝰ
libellis: edictis decretis: epistolis: fœ
mininũ assestrix Afranius dimittit. as
sestricẽ. Itellus: is unus erat ex tribꝰ
quorũ nutu oĩa administrabãtur potentia principatus inquit tacitus diuisa. in. T. Iuniũ consulẽ: Corneliũ laconẽ
pretorii prefectũ: nec minos gratia itellõ galbæ liberto: quẽ annulis donatum equestri nomine martianum uocita
bant. Iam summæ equestris: tam diues ut equestrem possideret censum. Candidatus: candida toga ad ma
gistratũ petendũ progredi ausus. Electo: qui electione nõ hæreditario iure ad imperii fastigiũ peruenisset.
Inauditi nõ puniẽdi PHI. Ex utroq; ordine. senatorio & eq̃stri. Inauditos. cõtra legẽ & maiorũ cõsuetudinem: qui nemiñẽ in
dicta causa inauditũq; cõdẽnabant. Egesippus in. i. ait. lex inauditos uetat exitio dari. Raro dedit raro enim ciuẽ
romanũ aliquẽ externũ faciebat. Iura trium liberorũ: quẽadmodũ bononiæ qui decẽ liberos habet imunis est a
publicis oneribus: ita apud ro. numerus triũ liberorũ immunes faciebat quod ius sæpe ab imꝑatoribꝰ mũeris am
Ius trium natorum. plissimi loco impetrabatur. unde gloriatur Martia. sibi a Domitiano tributũ esse ius triũ natorũ. Galba uero diffi
culter hanc indulgentiam imperatoriam tribuebat. in primo cõmen. annotauimus non pauca super hac re: q̃ re
Quinta decuria. petere poteris cũ uoles. Præfinitũq; tꝑs. cum alii in perpetuum hoc munus consequerentur. Galba dabat ad
tempus. uerbi gratia: ut hic ius triũ natorum haberet per trienniũ: ille per sexenium. Sextam decuriam iam di
Inuitos nõ ambientes collocãdos in r. p. ximus quemadmodũ iudicum decuriæ quattuor fuerunt primo: quibus Caius princeps decuriã quintã adiecit.
nũc cũ iudices galbã precarentur ut sexta decuria adiiceretur: quo minori tedio laboreq; in iudicando afficerẽtur;
non solũ nõ cõcessit. sed etiam uoluit: ut ad iudicandũ uenirent euocati gẽralibus hyemis diebus & calẽdis ianua
riis: cuius temporis uacationẽ iudicãdi olim impetrauerant a Claudio: sed Galba irritum fecit claudii beneficium.
Senatoria. q per senatores fieri solent. Eq̃stria. quæ ab æquitibus obeũtur: Nisi inuitis ac recusantibus. cũ
opinione galbæ sentiebat Alexan. ro. imꝑator: qui dicere solebat inuitos nõ ambiẽtes in remp. esse collocãdos. ita
apd Li. Fabio recusãti cõsulẽ fieri dat a ppl'o ꝯsulatus. Liberalitates nerõis reuocãdas. Nero bis & uicies mille
sextertiũ donatiõibꝰ effuderat. galba a singulis eorũ: qbꝰ donauerat nero: iussit donatiões repeti: decia tñ pte libera
litatis apd quẽq; eorũ relicta. Exẽpli gr̃a: ut q ex liberalitate nerõis accepat cẽtũ sextertia: is restitueret nonaginta: & de
cẽ tñmõ retineret. uerũ ut igt elegãter Cor. tacitus: uix illis decimæ portiões superãt hisdẽ erga aliena sũptibꝰ: qbꝰ
sua ꝓdegerãt: cũ rapacissimo cuiq; ac ꝑditissimo nõ ager aut fœnus: sꝫ sola instrumẽta uitiorũ manent. Per qnq̃gin
ta eqtes. Cor. tacitus ait trigita eqtes roma. fuisse prepositos huic exactiõi: qđ nouũ officii genus fuit & ambitu ac
xystici. numero onerosum. Scenici aut xystici: histriones & athletæ: de xysticis affari scripsimus in li. annotationũ ubi
Athletæ. hic locus a nobis explicatur. & in augusto super xysto & xysticis satis ac super memorauimus. Auferret empto
ribus. Plutar. hãc historiã referẽs sic ingt. quas largitiões uero dederat scenã & palestrã agentibus: eas galba uehe
mentius repetit: preter decimẽ partẽ. deinde parua tenuiaq; accipiẽs (Nã qui receperãt eas largitiões plurimi cõsũ
pserãt hoies in diẽ uiuẽtes) illos qui ab his emerãt inqrebat: & qđ habuissent exigebat. quæ res cũ ultra modũ pro
grederet galbæ infamiã: Tito Iunio inuidiã atq; odiũ cõciliauit. Quãdo illi. i. scenici & xystici. Soluere neq
rent. In hanc sententiã Tacitus. attamẽ grande gaudiũ q tam pauperes forent qbus donasset nero: q̃ quibus ab
stulisset. Nichil nõ. oĩa. Pretio adipisci. corrige addici ut sit sensus galbã pmisisse cũcta addici. i. uẽditari ꝑ
cio aut gr̃a donari p libertos: & eos a qbus regebatur sup hoc uerbo addico uñ & addicti suo loco plura retulimus

pœnas innocentiũ : ĩpunitatẽ noxiorũ. Quin etiã po.ro. deposcente suppliciũ Haloti: & Tigillini: solos ex oĩbus. Neronis emissariis: uel maleficentissimos incolumes prestitit. Atq; insuper Halotũ procuratione amplissima ornauit: ꝓ Tigillino etiã sæuitiæ populũ edicto increpuit.

De inuidia militum contra eum: & rebellione exercitus Germaniæ.

PEr hæc prope uniuersis ordinibus offensis: uel precipua flagrauit inuidia apud milites. Nam quum in uerba eius absentis iurantibus donatiuum grandius solito prepositi pronũciassent: neq; rem ratam habuit: & subinde iactauit se legere militem non emere consuesse. Atq; eo quidẽ nomine oẽs qui ubiq; erant exacerbauit. Cæterum pretorianos etiã metu & indignitate cõmouit remouẽs subinde plerosq; ut suspectos: & Nimphidii socios: sed maxime

Pœnas innocẽtiũ. cõtraria sunt hæc; pœne innocentiũ: ĩpunitas noxiorũ: & cũ innocẽtibus ĩpunitas debeaꝛ: nosiis uero suppliciũ; galba dũ gratificaꝛ libertis prepotentibus; permittit; ut pretio uel gratia innocentes puniãtur nocentea absoluantur. Vectigalia scilicet passus est addici ait Plutarchus; ouinium qui titus Iunius a tranquillo tacitoq; nominatur; pretio uendidisse remissiones tributorum; ideo cuncta fuisse uenalia; qui uidens senẽ galbam fortuna implebatur tanq̃ ea simul & oriente & occidente.

M.AN. Illius ætatis; que quo grauior erat; eo salubriora in illo requirebantur consilia. In auditos: in dicta causa. Iura triũ liberorũ; ius triũ natorũ dabaꝛ sæpe filios nõ habentibus hoc q fuisset assecutus quũ aliqd populo uiritim diuidebaꝛ ꝓ tribus quasi liberis accipiebat alimẽta; id ab initio institutũ in laudẽ oratorũ q trigemini in curiatios albanos ꝓ ro. ĩpio pugnarunt. Mar. Q ꝺ natũ uetat fieri pmitte uideri: Natorũ gẽitor credar ut eẽ triũ. Adiici ꝑcãtibus; ut aucto decuriarũ numero iudicãdi onere leuarẽꝛ. Nõ euocarenꝛ sed uacationẽ muneris haberent. Senatoria & eq̃stria q̃ senatoribus & eq̃stris ordinis hoĩbus deberi solerent. Nõ plus decimia. Plutarchus ait preter decimã ptẽ oẽs Neronis liberalitates repetitas; sed qꝺ pplo decimæ ab imparoribus darenꝛ apte in caligula tranqllus demõstrat. Auferreꝛ emptoribus & hæc cõditio qua Neronis liberalitates reuocari iussit. Impunitatẽ noxiorũ & si ꝑ inde hoc erat atq; illud qꝺ ꝓxime dixit leges uiolare minus tamẽ hoc inuidiosum in quo clementiæ q̃dã representabaꝛ imago; ut in altero seuitiæ.

PHI. Emissariis. emissarii uocantur conciliatores furtorũ quæ a magistratibus cõmittuntur; atq; internuncii. Anctor Pedianus asconius. unde & M. tullius emissarios uerris appellat conciliatores furtorũ uerris internunciosq; stuprorũ; sic enim ait in quĩta in uerrẽ. dubitaturũ queq̃ existimas; quin illis emissariis hæc tibi oĩs pecunia quæsita sit. idẽ alio loco. magni sua putabant interesse publice potius q̃uis magno emi; q̃ in aliquẽ istius emissariũ incidere. In libro. i. regum mentio fit emissariorũ; ubi sic scriptũ est. Ait rex emissariis; qui circũstabant eum. pliñ. emissariũ appellat palmitem; qui emissus ex deputatione infertur imis scamnis ac ꝑ singulos annos ad superiora scandat. de quo sic ait in. xvii. relicto semper duramento in singulis tabulatis & emissario uno qui subeat usq; quo placuerit. ut autẽ uerba hæc pliniana percipias; scito scamna dici in arboribus ramos & brachia ꝑ quæ uites ascẽdunt scamnum. quoq; in alio significatu agricolæ uocant. ut docet Columella in. ii. crudũ solum & immotũ minimeq; aratro ꝓscissum duramentũ autẽ significat brachiũ uitis. Idem Columella in. v. quaternisq; brachiis q̃ duramẽta qdã uocãt diuidaꝛ in totidẽ ptes. alio noie duramia nũcupanꝛ. Tabulata uero in arboribus sunt rami trũciq; sobolem ꝓmittentes. quod docet idem columella in. vi. cũ ait falce formãda & tabulata instituẽda sunt. hoc. enĩ nomine usurpant agricolæ ramos trũcosq; promittẽtes. De his tabulatis intellexit Virgi. in. ii. georgicoꝝ scribens assuescant summasq; sequi tabulata ꝑ ulmos. ubi exposuit Seruius marontianus interpres: tabulata esse ramoa effusiores & in plana tẽdentes nõ ad altiora crescentes. Nõ inuitus interdũ digredior ad id genus diuerticula; quæ recreare solent nõ minus lectorẽ qua scriptorẽ lassescentẽ. de emissariis ut domuz tepedemus Amianus marcellinus sic inquit. ꝑ emissarios quosdã fallẽdi pstringendiq; gnarus psatũ sciscitabaꝛ cõsilia. Halotũ. fortassis hic ille est halotus spado; quo pregustatore qnidã tradiderũt datum esse uenenum Claudio in arce epulanti. Pro Tigillino. po. roma. deposcebat tigillinũ ad mortẽ; quem uocabat magistrũ ac pædagogum tyrannidis. & ut auctor est Plutarchus: nullius spectaculi cupiditate tam tenebatur; q̃ ut tigillinum uideret iudicio circumuentum; quinetiam in theatro & stadio assidue petebat tigillinum damnari: unde increpitus est edicto galbæ dicentia non diu uicturum tigillinum tabido morbo iam tabescentẽ; deprecãtisq; ne exacerbarent facerentq; tyrannida ex ĩperio. sed de tigillini moribus & morte mox dicetur in othone. Apud milites. in primis urbanos pretorianosq;. Iurantibus. militibus. Absentis. anteq̃ ex hispania romã uenisset ad imperiũ ingens capescendũ. Prepositi. prefecti huic negocia & ueluti procuratores galbiani. Donatiuum pronunciasset. scribit cor. ta. milites urbanos ad res nouas pronos agitatos esse: postq̃ nõ dari donatiuũ sub nomine galbæ promissum intellexerunt. Se legere militem. Corne. ta. accessit galbæ uox pro rep. honesta ipsi anceps legi a se militem nõ emi. significabat autem hac uoce galba milites per uirtutem eligendos: non autem per largitionem conciliandos: de hac uoce sic Plutarchus Emisit galba uocem dignam imperatore quippe qui diceret morem fuisse deligere nõ emere milites. ubi hoc illi audierunt graui in eum audio sunt accensi: uidebatur enim non ipse solos eos priuare sed legem ferre & docere reliquos imperatores. Centum pretorianos. lege potius cæterum q̃ centum. Subinde mouens. a militia. Et nymphidii socios. cum nymphidium interemptũ galba audisset interfici iussit eos quoq; quicum illo coniurauerant; unde omnes pene nymphidii socii perierunt: in quibus etiam Cingonius fuit qui orationem composuerat qua nymphidius uteretur ad milites in sententiam suam traducendos.

Emissarii.
Emissarius palmes.
Scamna arborum.
Duramẽtũ.
Duramen.
Tabula.
Tigillinus petitur ad supplicii.
Legi militã nõ emi.

Fremebat superioris germaniæ exercitus. Milites qui prius sub uirginio fuerant:tunc sub Flacco erāt in germania dignos se exīstīmabant maxima remuneratione ac premiis ob eā pugnā. qua aduersus uindicem gallosq; pugnarant. Itaq; nihil ex liberalitate galbæ cōsequuti nullam cōsolationē nullam exhortationē admittebant. Flaccū ipsum pro nihilo reputantes utpote rerum imperitū & dolore pedum conflictatum. superioris autē germaniæ dixit ad differentiā inferioris germaniæ. Marcellinus in descriptione galliarum collocat primam & secundā germaniam ueluti prouincias gallicanas:ptolomeus quoq; in cosmographia bifariam partitur germaniā in magnā & paruam; nomine magnæ significatur uera germania: quæ in superiorem diuiditur & inferiorem. nomine autem paruæ germaniæ designat partē galliæ narbonensis in qua est massilia.

fremebat supioris germaniæ exercit⁹:fraudari se premiis nauatæ aduersus Gallos & uindicem operæ. Ergo primi obsequiū rupe:ac se calen. Ianuarii adiici sacramēto nisi in nomē senatus recusarunt:statimq; legationem ad pretorianus cū mandatis destinauerunt: displicere imperatorem in hispania factū. Eligerent ipsi quem cuncti exercitus cōprobarēt

De adoptione Pisonis per eum facta.

QVot ut nunciatum est:despectui esse non tam senectam suā:q̃ orbitatem ratus Pisonem frugi Licinianum egregiumq; iuuenem:ac sibi olim probatissimū testamentoq; sp in bona & nomen adscitum repente e media salutantium turba apprehendit:filiumq; appellans perduxit in castra:ac pro concione adoptauit ne tunc quidem donatiui ulla mentione facta. Quo faciliorem occasionem M. Saluio Othōi prebuit perficiendi conata intra sextum adoptionis diem.

De prodigiis p̃cedentibus infelicem exitum imperii eius

m Agna & assidua monstra iam inde a principio exitum ei: qualis euenit: portenderant. quum

M.AN. Emissariis. pedianus emissarium interpretatur eū qui cōciliator furtorū & rapinarū esset que a principe sine domino patrarent in hūc ferme sensum lāpridius romæ inquit nil aliud egit nisi ut emissarios haberent qui sibi bene nasatos perquirerēt Mar. quod eius uerbi ratione attinet nasutum non nasatum pronunciauit; Nasutus sit usq; licet. Maleficētissimis: pessime de oibus meritis. Pro tigillino:tigillini tacitꝰ & Plutarchus meminerūt. Iuuenalis pone tigillinū Donatiuum:donum quod a principe siue imperatore militi dabatur. Præpositi; qua res Galbæ tum Romæ procurabant. Subinde sæpius PHI. Præmiis nauatæ ope iam dictū est quēadmodū Iunius uindex gallos cōcitauit primus ad rebellionē aduersus neronē. tunc uirginius q legionibus potētissimis in germania preerat cōflixit cōtra uidicē:quo certamie circiter uigīti milia gallorū occiderūt:uidex uero sibi mortē ꝯsciuit. hic in sepulchro uirginii Ruffi scriptū legebat hic situs est ruffus:cæso q uidice quōdā impiū asseruit nō sibi sed patriæ. Obseqū rupe. primi ceperūt esse iobediētes & ab officio decessere. M. T. putat a terētio p̃mo dictū esse obsequiū. uñ in li. de amicitia uerbū id terētianū uocat. sed Dōatus falsitatis Cice. arguit cū & Plautus & Neuius āte Terētiū dixerit obseqū. Cal. ianuarii addici sacramēto recusarūt. Cor. ta. paucis post calē. ianuarias diebus pōpeii ꝓpinq ꝓcuratoris e belgica lr̃e afferūt superioris germaniæ legiōes rupta sacramēti reuerētia aliū ipatorē flagitare & senatui ac po. ro. arbitriū eligēdi ꝓmittere quo seditio mollius accipet. cū igit̃ cal. ianuarii a Flacco ad iusiurādū cogerēt;qd̄ p ipatorē iurare mos erat:illi accedētes galbæ imagies euerterūt demolitiq; sunt iurati aūt ut ingt Plutar. iusiurādū p senatū ppl̃ mq; ro. soluti sūt

Hic situs est Ruffus.

Obsequiū an bene. Cice.

Prætorionos. milites urbanos. Flaccus auctore Plutar. detulit ad p̃torianos metuere se iobediētiā exercitus germaniciani ut defectionē. Impatorē in hispania factū nimirū galba significat:q a legiōibꝰ i hispania factus fuerat impator. germaniæ milites a galba dificiētes. Vitelliūq; eligere ipatorē destināntes dixerūt:nōdamus cūctis hoibꝰ nos iberis eē lusitanisq; potiores q ipatorē eligamus. subsequētibꝰ tp̃ibus ipatores nō pauci imparūt militari p̃rogatiua electi euocatiq; ad ipiū. Despectui. cōtēptui despicatui. Nō tā senectā suā. cor. ta. ait ætatē galbæ irrisui fuisse ac fastidio. Quā orbitatē. q filiis esset orbatus. Papinius: orbitas oī fugiēda nixu. Plutar. perritus galba q nō mō obseniū uerūetiā qa careret filiis ꝯtēptui foret:ꝯsultabat sibi adoptare adolescētē aliquē ex illustribꝰ:eūq; declarare ipii successorē. Pisonē frugi licinianū. galba cognito tumultu exercitus germaniciani nō āplius distulit adoptionē:& cū qdā amicorū p dolobella:Iunius p marco othone ꝯtēderēt:pisonē liciniū accersiri iussit seu ꝓpria electiōe:siue ut qdā tradiderūt lacōe istāte. erat aūt hic piso. M. Craſ. & Scribōia gēitus nobilis utriq;:uultu hituq; mor; antiq; & extimatiōe recti seuerus:Ingenio ad uirtutē oēꝫ accōmodato. hūc galba adoptauit in castris tāq̃ sibi ipio successurū ferūt pisonē ex adoptiōe nullū exultātis ai motū ꝓdidisse. apuerūt ꝓdigia q̃ signabāt adoptionē hāc ifaustā futurā nāq; dies ille fœdus ibribꝰ fuit:tōitrua & fulgura & cœlestes minæ ultra solitū portēdere uidebāt eā adoptionē diis imortalibꝰ nō ꝓbari. Frugi. alibi mēorauimus pisōes cognoiatos eē frugi ab eo. Lu. pisone:cuius memit Ci. i. iii. qōne tusculana. Ei nomē adscitū asūptū. q adoptat̃ i nomē adoptātis adsciscit̃. hic ait galba apd̄ tacitū:mihi egregiū erat si te adoptarē Cn. pōpeii. M. craſ. sobolē i penates meos adsciscere. Ac ꝓ ꝯtiōe adoptauit. Galba apd̄ freqntē militū ꝯtionē ipatoria breuitate adoptari a se pisonē ꝓnūciauit more diui augu. & exēplo militari:quo uir uirꝫ legeret. Nec dōatiui mētiōe facta. nocet nimia seueritas iterdū p̃ncipibꝰ:auaritia uero sp nā ꝯstat ut ait Taci. potuisse ꝯciliari aios militū quātulacūq; pci senia liberalitate. uñ ai militares i galbā p idignationē irritati sūt:q nullo dōatiuo nullaq; largitiōe eos adoptiōis cā ꝓsecutꝰ foret. Perficiēdi co. de occupādo ipio & galba trucidādo:d quo pau. post p̄ libꝰ. Portēderāt. signauerāt. uñ portēta dicta sicut a mōstrādo mōstra:oia āt portēta ꝯtra naturā dicius eē sꝫ nō sūt. nā ut igt elegāt Aug. i. xxi. de ci. di. portētū nō fit ꝯtra naturā sꝫ ꝯtra quā ē nota naīa

Piso adoptatꝰ a galba.

Piso frugi.

Impatoria breuitas.

Portētū nō fit cōtra naturam.

M.AN. Aduersus gallos florētissimæ uirgini legiones ipsis ut Plutar. ait ducibus inuitis aduersus uindicis copias conflixere quibus deletis Vindex sibi mortem consciuit. Obsequii officium parandi facillitatem. Ad prætorianos:qui romæ erant in hispania aperte galbam demonstrabant. Orbiratē quia liberis careret. Pisonem frugi licinianū fuit hic Cras. filius ut racitus scri. eiusc credo quē in Clau. Crassum frugi appellauit ut appeat frugi cognomē esse:siquidē Crassi in licinia gente fuerunt. Quo qua donatiui fraudatione.

per omne iter dextera sinistraq; oppidatim uictimæ cæderētur:taurus securis ictu cōsternatus rupto uinculo esse dum eius inuasit:Elatisq; pedibus totum cruore pfudit:ac descēdētē spiculator ipulsu turbæ lācea ppe uulnerauit. Vrbē quoq; & deinde palatiū igressū excepit terra tremore:& assimilis qdā mugitui son⁹ secuta sunt aliquāto maiora & tristiora:mōile margaritis gēmisq; cōsertū ad ornādū fortunā suā tusculanā ex oi gaza secreuerat:id repēte qsi augustiore dign⁹ loco capitolinæ Veneri dedicauit:ac pxia nocte sōniauit spēm fortūæ qrētis fraudatā se dono destiato mināriq; erepturā & ipam quæ dedisset. Q uūq; exterrit⁹ luce prima

PHI. Per omne iter. qd. f. fecit ex hispania romā pgens ad nomen ingens capescendū: Oppidatim per singula oppida. Securis ictu cōsternatus. notandū est ut inquit Pli. in. viii. deos nō placari hostia trahente se ab aris Lucanus inter presagia pharsalicæ cladis memorat fugam uictimaq; ab immolariōe. Igit taurus cū ex ictu uictimarii consternatus hoc est pterritus pauefactusq; inuasisset uehiculuz galbæ totūq; cruore pfudisset omen illi fecit futuræ cædis. de tauro cōsternato ex ictu securis extat illud maronianum qualis mugitus fugit cū saucius aram taurus & incertam excussit ceruice securim Olim flaminio consuli immolanti uitulus iam ictus ex manibus sacrificantiū se proripuit: multosq; circūstantes cruore respersit. Id a plerisq; in omen magnæ calamitatis acceptū:qua paulopost affecti fuere romani ad lacū trasimenū:ubi flaminius occubuit. Rupto uinculo. piaculuz est ut inquit Seruius in sacrificiis aliquid esse religatū:solutasq; fuisse hostias pdidit. cur ergo ait Tranql. taurū rupisse uinculū. hoc plane refert ad in tpis momētū:qd sacrificiū ancedit:āte qd hostiæ ligabant:ut Iuuenalis idicat sep pcul extēsū petulās quatit hostia funē. Essedū. carrucā galbæ siue uehiculū. Elatis. sublimatis eleuatisq;. Descendētē. f. galbā e uehiculo. Spiculator. satelles quos antiqtas laterones uocitabat. a spiculo aūt telo romanico spiculatores dici notū est & nos supra mēorauimus. Lācea. M. uarro lācea uocabulū hispanicū eē refert a lācea dici lācearii q lāceā gestāt. cū lāceati dicant lāceæ ictu pcussi. Iulius Firmicus ait:q lāceari morient habētes horoscopū in. xx. parte tauri. idem alio loco ait lāceatus moriet. qcūq; habuerit horoscopū in decia. vii. parte aquarii. Tremore. terræmotu. Vergi. unde tremor terræ. Seneca. in. iiii. quæstionū naturaliū. nō sine causa tremorē terræ dixerūt maiores nostri:qui cōcussioni & inclinationi dissimilis est:quædā terræ nunq̄ tremuerūt. sicut ægyptū nō tremuisse maximi auctores prodiderunt. nunq̄ urbs roma tremuit ut nō futuri euentus alicuius id prænūcium esset:ut ait Plinius. Igitur cum terra tremuerit galba ingresso urbē romā fuit id plane præsagium futuræ calamitatis. Assimilis mugitui sonus. anteq̄ terra moueat solet ut Seneca inquit in. vi. questionū mugitus audiri uentis in abdito tumultuātibus. uñ est illud a Vergilio scienter simul & eleganter dictū. sub pedibus mugire solū: Pli. quoq; noster in. ii. precedit iquit comitaturq; terribilis sonus alias murmur similis mugitibus aut clamori humano armorūue pulsantiū fragori:astipulatur Plinio Senecæq; Amianus:qui ait. necesse est uelut taurinis reboare mugitibus fragores fremitusq; terrenos. tale ostentum factum est galieni principatus:auditū enim tonitruū est:ut inquit Iulius capitolinus:terra mugiente. Margaritis gēmisq;. In cōmentariis ppertii retulimus quēadmodū margaritæ a gēmis sepant. q & Pli. & iurisc ō. pdiderūt. Monile. muliebri mūdo legato scæuola rñdit monilia nō cōtineri:in qbus gēmæ & margaritæ insunt:monilia cōtexta gēmis nō inelegāter gēmosa dicūt ab Apuleio in. v. de asino aureo. Fortunā tusculanā. supra dictū est quēadmodū galba simulachrū fortunæ:de qua somniauerat inuētū ante fores deportauit tusculū coluitq; mēstruis supplicatiōibus unde a tusculano dicta tusculana. obiter annotādū fortunā aureā in cubiculo principū coli solitā quā olim antonius pius ipator cū grauari se uideret trāsferri ad. M. antoniū iussit:qd haud dubie signū fuit transfari iperii ad illū uelut successorē ita destinatū. auctor helius Spartianus:q alio quoq; loco scribit seuerū impatorē statuisse geminare hāc fortunā regiā: quæ comitari principes & in cubiculis poni solebat:ut sacratissimum simulachrum utriq; relinqueret filiorum. sed cum uideret se purgeri. morbo sub hora mortis iussisse ut alternis diebus apd filios impatores in cubiculis forma Poneret. Gaza. psæ ut ait Pōponius mella gazā ærariū uocāt. & inde nomē est gazæ oppido palestinæ cū cābyses illuc belli & opes & pecuniā intulisset. Seruius ait noīe gazæ diuitias significari. Virgilius dixit in. v. æneidos:& gaza lætus agresti excipit:ubi exposuit Seruius:opibus rusticanis:nam gaza omnis fructus est:de gaza & gazophilatio iam satis ac sup. Id scilicet monile. Augustiore uenerabiliore & sanctiore. Capitolinæ ueneri. quæ in capitolio colebat. Speciem. effigiem. imaginē. Q uerentis. lamētantis. Dono destinato:monili margaritis gēmisq; confecto. Q uæ dedisset:fortuna nimirū galbæ dederat iperiū:ergo minabatur se imperiū & iperatorias opes erepturam. cum & ipsa fuisset a galba monili fraudata:& ira par pari repensuram.

Solutæ hostiæ.
Spiculatores.
Spiculum.
Lancearii.
Lanceati.
Tremor terræ.
Mugitus ex terræmotu.
Terra mugiens.
Monilia gēmosa.
Fortuna in cubicło principum.
Gaza ærarium.

M.AN. Consternatus:& perterritus pauore actus. Essedum:uehiculum quo Galba uehebatur. Elatis pedibus in currum proiectis. Spiculator qui præsidii causa circa illum steterat. Tremore:horendo motu. Assimilis:mugitui:neq; id prodigiosum pli. de motu terræ præcedit inquit comitaturq; terribilis sonus alias murmur similis mugitibus aut clamori humano:armorū ue pulsantiū clamori pro qualitate materiæ excipientis formaq; uel cauernarum uel cuniculi per quē meat Treuellius tonitruum ut audiū ū terra mugiente nō ioue tonante. Tusculanam:quē tusculi colebant. Q uæ dedisset:imperium scilicet & reliquos successus.

ad expiandum ſomnium premiſſis qui rem diuinam appara-
rent: tuſculuȝ excucurriſſet: nihil inuenit præter tepidam in
arafauillam atratūq; iuxta ſenem in catino uitreo thus tenē-
tem & in calice fictili merum. Obſeruatum etiam eſt calen.
ianuarii ſacrificanti coronam de capite excidiſſe. Auſpican-
ti pullos euolaſſe adoptionis die: neq; milites allocuturo ca-
ſtrenſem ſellam de more poſitam pro tribunali oblitis mini-
ſtris: & in ſenatu currulem peruerſe collocatam.

## De cæde & morte eius & aliis geſtis.

Rius uero q̃ occideretur ſacrificantem mane aru-
ſpex identidem monuit: caueret periculum nō lon
ge pcuſſores abeſſe. Haud multo poſt cognoſcit

PHI. Ad explandū ſomniū. moris fuit apud veteres romanos: vt ſomnia quæ videbantur portendere dirita
*Ad cōiecto* tē facto ſacrificio piaculari expiarent: quæ vero erāt obſcura ſolebant ea deferre ad coniectores hoc eſt interpretes
*rē ſomnia.* ſomniorū explicanda atq; interpretanda. Cicero defert ad coniectorem quēdā ſomniaſſe ſe ouum pēdere ex faſcia
lecti ſui cubicularis. tales alio nomine ſomniatores dicunī: de quibus in deuteronomio legimus non audies uerba
*Sōniatores* ſomniatoris. Atratum. ueſtimento nigro atriq; coloris inductum: qui color eſt lugubris ut iam dictum eſt. ſenex
itaq; aratus uiſus portendebat exitium ſeni galbæ. In catino uitreo. Catinū uitreum & calix fictilis malum omen
fecerunt principi galbæ: cū uaſa tam
*Aratus.* uilia nō cōueniant ſacrificiis īperato
riæ maieſtatis: & quia erant præpoſte
ra. ſolent enim catina eſſe fictilia: cali-
ces uero uitrei. legimus tñ apud Plini
um. in. xxxv. qđ in ſacris nō murrinis
criſtalinis ue ſed fictilib9 ſympulis pro
*Sympulis* libabaī Innocētius. ſunt autē ſympula
*libabatur.* calices fictiles & uaſcula: quibus ute-
*Sympula.* bantur in ſacrificiis ut ait Varro: a ſu-
mendo ſympula dicta q; his uinum
ſumebant minutatim De ſimpullo ait
Iuuenalis ſimpulū ridere numæ: quā-
uis nō pauci perperā legāt ſimpuuiū:
Apuleius catinū & ſimpullum ſacrifi
ciis adhiberi ſolita oſtēdit in apologe
tico ſic ſcribēs paupertas pplo romano
*Symplator* impiū a pmordio fūdauit: pq; eo i ho
*Symplōes.* diernū diis īmortalibus ſimpullo & catino fictili ſacrificat. Symplator uero: ut id in tāſcurſu annotemus: dī ami-
*Caliculi.* cus ſponſi qui cū eo per conuiuia ambulat: Symplones dicebātur conuiuæ. Calice diminutiuum calicis eſt ca-
liculus. Seneca per quam eleganter appellat caliculos uaſcula illa qbus præſtigiatores quibuſdā præſtigiis impo
nunt oculis ſpectatorū & ueluti præſtringunt aciem contuentium. merum autem & thus adhiberi ſolita ſacrifi-
ciis: nemo eſt qui ignoret. & a nobis in ſuperioribus ſatis multa mentio facta eſt thuris & meri ſacrificalis. Romu-
lus lacte nō uino libabat. Numæ Pompilii lex ex imputata uite libari uina diis nefas eſſe ſtatuit. L. papyrius dimi-
*Pocillum* caturus aduerſus ſamnites uotum fecit ſi uiciſſet ioui pocillū uini. thus uero quod in ſacris adoletur duplici uin-
*uini.* demia colligitur: quarum prior eſt circa canis ortū. ſecunda eſt uerno tempore. Inciditur enim cortex arboris thu
*Thus.* riferæ qua maxime uideatur eſſe prægnans tenuiſſimuſq; laxatur hinc plaga: inde proſilit ſpuma pinguis. Māmo
*Vindemia* ſum inquit Pliū. in duodecimo præcipua gratia eſt: cui a ſimilitudine māmarum nomen eſt: Maſculum uocauit
*thuris.* Virgi. quod ex rotunditate guttæ pependit. aliqui putant maſculum a ſpecie teſtium dictum. Plautus diminutiu
*Māmoſuȝ* uo uocabulo uſus thuſculum dixit in aulularia. Coronam de capite excidiſſe hoc portendebat ita apicem impe
*Maſculū.* ratorium de ipſius capite caſurum. Auſpicanti. galbæ auſpicia captanti. Pullos euolaſſe. ſupra annotauimus
*Thuſculū* ſignum fuiſſe infortunitatis: quotienſcunq; pulli gallinacei e cauea liberati in auſpiciis non paſcebantur: & pariter
*Pulli e ca-* euolabant olim Hoſtilio mancino conſuli in hiſpaniā ituro accidit hoc prodigiū: cū ſacrificiū facere uellent. pulli
*uea euola-* cauea emiſſi in proximā ſyluam deuolauerunt. ſummaq; diligentia quæſiti reperiri nequiuerunt. auſpicia hæc tri-
*runt.* ſtia fuiſſe exitu probatū eſt: uictus enim Hoſtilius mācinus a numantinis & caſtris exutus cuȝ ſpes nulla ſeruandi
*Mācinus* exercitus eſſet: pacem cū his fecit ignominioſam: quā ratam eſſe ſenatus uetuit. auctores Valerius libro primo. Li
*uictus a nu* uius. xlv. ab urbe condita. Adoptionis die. hunc fœdum fuiſſe imbribus & ominoſum ſignat Tacitus.
*mātinis.* Neq; caſtrenſem ſellam de more poſitam præſagium calamitatis fuit q; ſella caſtrenſis p obliuionē miniſtro-
rum nō fuit appoſita galbæ ante tribunal: cum milites alloqui uellet eo die quo Piſoneȝ adoptabat. Curulem per-
uerſe collocatam. Sella currulis ob eam cauſam appellata eſt: q; in curru ponebatur quo in curiam ſoliti erant uehi
honoris gratia: qui currulem magiſtratū geſſiſſent: ut Caius baſſus in cōmentariis ſcriptum reliquit. & ab Aulo
*Curulis.* Gellio repetitum eſt in tertio noctium atticarum. Sella currulis præpoſtere in ſenatu collocata omen fecit Galbæ
*Vmbritius* imminentis infortunii immutatæq; fortunæ. Aruſpex idētidem monuit: umbritius ſignificatur: qui ſacrificanti
*aruſpex.* galbæ pro æde apollinis triſtia exta & inſtantes inſidias ac domeſticū hoſtem prædixit audiente othone: qui proxi
mus aſtabat: idq; ut lætum & ſuis cogitationibus proſperum interpretante. auctor Cor. tacitus. uidetur hic eſſe il
le umbricius: quē pli. in. x. aruſpicum in ſuo æuo periti ſſimū fuiſſe prodidit de quo fortaſſis ſenſit poeta ſatyricus
inducens umbritium in ſatyra ſermocinantem. Idētidem. frequenter.

M. AN. Expiandum: ſacrificio purgandum. Atratum: pullis ueſtibus amictum quod ad infœlicitatem
Galbæ exitium pertinuit. Thus & merū: his duobus ueteres ſacrificare ſolitos cōſtat & in primis iano ut Oui.
uidetur innuere mox ego cur q̃uis aliorum nomina placem Iane tibi primuȝ thura merumq; fero. Pullos euo-
laſſe quod & C. hoſtilio mancino ſacrificanti accidiſſe Valerius prodidit quippe cui auſpicanti cum pulli cauea
emiſſi in ꝓximā ſiluā effugiſſent nec requiſiti uſpiam extitiſſet futura p id clades denūciata eſt. Adoptionis die
quo piſonem adoptauit. Neq; milites: ordo eſt obſeruatum etiā oblitis miniſtris: neq; ſellam de more pro tribu-
nali appoſitam illi milites allocuturo. Peruerſe: auerſa fronte. Aruſpex: umbricium aruſpicem cū fuiſſe plut.
ait: etius. Iuuenalis credo & pli. meminere: is mane Galbæ in palatio ſacrificanti conſpectis extis magnæ pertur-
bationis ſigna periculumq; ex dolo eius capiti imminere dixit.

PHI. Teneri castra. otho digressus a galba sacrificãte a tribus &. xx. speculatoribus cõsalutatus iperator sellæq; festinanter ipositus aggregatis in itinere totidẽ militibus perrexit in castra pretoria: in quibus stationẽ agebat Iulius martialis tribunus: isq; habitus animorũ fuit: ut pessimũ facinus auderent pauci plures uellent: oẽs paterent. Eodem. in castra pretoria. Plerisq; suadentibus. marius celsus & lacon uehementius incitabant galbam ut in castra pgeret. cõtra dissuadebat. T. Iunius: & ita galbã duæ sententiæ distinc baneũ Titus Iunius intra domũ manendũ esse censeret opponẽda seruitia: firmandos aditus: neq; eũdũ ad iratos. e contrario festinandũ uidebat̃ cæteris: anteq̃ã cresceret inualida adhuc cõiuratio paucorũ trepidãtiũ.

teneri castra ab Othone: ac plerisq; ut eodem quãprimum pergeret suadentibus: posse eni auctoritate & presentia præualere: nihil amplius q̃ continere se statuit: & legionariorũ firmare presidiis: qui multifariã diuerseq; tendebant: Loricã tamẽ induit lintheã q̃q̃ haud dissimulans parũ aduersus tot mucrones profuturã: Sed extractus rumoribus falsis quos conspirati ut eũ in publicũ elicerent de industria dissiparãt: paucis temere affirmantibus transactũ negociũ oppressos q̃ tumultuarentur: aduenire frequentes cæteros gratulabundos: & in omne obsequium paratos. His ut occurreret prodiit tanta fiducia: ut militi cuidam occisum a se Othonẽ glorianti: quo auctore respõderit. Atq; in forũ usq; pcessit: ibi equites qbus mandata cædes erat quũ p publicũ dimota paganorũ turba equos adegissent uiso procul eo parũper restiterunt: deinde rursum incitati desertũ a suis contrucidarũt.

Mul tifariã: multis diuersisq; locis. Tẽdebant. tẽtoria habebãt. Loricã linteã. Cor. tacitus. sumpto thorace galba irruenti turbæ neq; ætate corpore insistens sella leuat̃. lineis aũt thoracibus pugnasse priscos homerus pl̃i. q; testant̃. celebrat̃ ad historicis thorax ille lineus quẽ habuit amasis rex ægyptius cuius singula fila trecentũ sexaginta quinq; filis cõstare prodidit Pli. in. xix na. historiæ. liuius in. iiii. mentionẽ facit thoracis linthei: qui dicatus erat in tẽplo iouis feretrii legimus apũ æmiliũ probũ loricas linteas p loricis aheis datas esse atheniẽsibus militibus ab Iphicrate: qui multa in re militari cõmutauit. erant etiã libri apud anti. lintei: quos auctores idẽtidẽ citãt historicq in æde monetæ repositi fuerũt. Pli. quoq; in. xiii. testis est: publica monumẽta plũbeis uoluminibus puata uero linteis pfici septa aut cæris: liteata: legio sannitũ celebrat̃ a Liuio in. x. dicta nõ ab eo q; liteis thoracibus fuerit armata: sed q; itra locũ liteis cõtectũ adigebant̃ iurare diro quodã carmine in execrationẽ capitis familiæq; & stirpis ppositonisi issent in prelia: quo iperatores sui duxissent: aut si ex acie fugissent. ea legio ab integumẽto psepti: quo sacrata sannitium nobilitas erat: appellata est lintheones uocant textores lintheorum. Alexander Ro. auctore lãpridio instituit uectigal lintheonum seri. Iulius fir. uenerem in diurna genitura facere linteones. Item luna a mercurio defluens ad martem facit lintheones pellarios & coriarios. heliogabalus luxu diflocns linteamen lotum nunq̃ attigit: mendicos dicens qui lintheis lotis uterentur. Extractus. euocatus elicitusq;. ut e palatio prodiret.

Loricæ. Linthea.

Thorax amasis.

Libri lintei. Linteata legio. Linteones. Linteamẽ lotũ nõ attigit helliogabalus.

Romoribus. rumor: ut plutar. ait: tumultuarius multis psuasit othonem in castris occisum. mox ut in magnis mendaciis fieri solet interfuisse se quidam & uidisse affirmabant: credula fama inter gaudentes & curiosos. multi arbitrabantur: ut refert tacitus: cõpositum auctũq; rumorem fuisse ab othonianis: qui ad euocandum galbam læta falso uulgauerant. Transactum negotium: finitam esse seditionem occiso othone.

Lingua feroces.

Aduenire. repete paucis affirmantibus. ait tacitus nemo scire & omnes affirmare. Gratulabundos. tum uero nõ populus tantum & imperita plebs in plausus & immodica studia ruebat: sed equitum pleriq; & senatorum posito metu incauti refractis palatii foribus accurrerunt: & se galbæ ostentarunt: præreptam sibi ultionem querentes: cum tales ut ait tacitus forent ignauissimi. in periculo nihil ausuri lingua tantum feroces.

O cõmilito qs iussit. Pagani.

Prodiit. egressus est e foribus palatii. Militi cuidam glorianti. Iulium atticum speculatorem significat: qui galbæ obuius in palatio factus cruentum gladium ostentans occisum a se othonem exclamauit: ad quem intuens galba o commilito inquit quis iussit: insigni animo ad coercendam militarem licentiam auctores plutar. & tacitus. Dimota paganorum turba. nomine paganorum significatur plebs & turba urbana: que militaris est: nã pagani & milites inter se opponuntur: tãquã pagani oẽs dici possint: qui numero militũ nõ sunt: id quod in. ii. cõmentario latissime explicauimus ex auctoritate iuriscõsultorũ: apud quos peculiariter in hoc significatu pagani accipiuntur. Cor. tacitus hanc historiam memorans ait igitur milites Roma. quasi uologecem aut pachorũ auito arsacidarũ solio depulsuri: ac nõ iperatorẽ suũ inermẽ senẽ trucidare pgerent: disiecta plebe. pculcato senatu truces armis rapidis equis forũ irrũpunt. idem de paganis in hac significatione sic refert. unde & seditiosa colloquia & inter paganos corruptior miles. Desertũ a suis atilius Virgilio imaginẽ galbæ deiectã solo affixit: eo signo desertum fuga populi forũ est: & cũ undiq; iaculis ensibusq; lectica galbæ ipeteret: oẽs diffugerunt preter unũ centurionẽ noie sempronium: qui nullo priuatim beneficio a galba affectus; sed honestati maiestatiq; iperatoriæ opem ferens solus stetit ante lecticã: sublataq; uite cẽturiali iubebat milites irruentes parcere imparori. & cũ diu repugnasset tandem corruit. tunc galba trepidatione lecticariorũ piectus est sella ac puolutus iuxta lacũ curtii: ibiq; multis uulneribus cõfossus est: de pcussore a quo iugulatus est nõ satis cõstat. qdã terentiũ euocatũ: alii decanium fuisse prodiderunt. Crebrior fama pdidit camurium quintedecimæ legionis militem impresso gladio iugulũ eius hausisse. cæteri crura brachiaq;: nam pectus thorace lintheo tegebat̃: fœde laniauerunt. pleraq; uulnera feritate & sæuitia trunco iam corpore adiecta. caput fabius occultasse fertur.

Oẽs deserunt galbã. Vitis cẽturialis.

Percussor galbæ. Nex galbæ

M. AN. Teneri castra: ab othone occupata pretoriaq; castra itellige in que sella muliebri otho euectus imparator fuerat salutatus. Firmare: corpus suũ munire qd titus iunius ut faceret psuasit. Legionarii milites: illyrici

exercitus quod Tacitus docet:tendebant hi in uipsaniа porticu aut certe militibus classicæ legiõis qđ nõ probo cõ stat eni cõtinuo othonis studiis accessisse. Lintéá loricá:thoracibus lineis a nõnullis ad Troiá pugnatũ Homerus tradidit Pli. delino:cur nõ & prœliis ĩtersit ut & naufragiis idẽ auctor est. Amasis regis ægypti lineũ thoracẽ in Rhodo insula fuisse cujus singula fila ex. ccclxv. filis cõstarent. Oppressos:Othonẽ & alios tumultus illius auctores. Militi cuidá:Iuliũ atticũ spiculatorẽ hunc fuisse tacitus scri. qui cruentũ gladiũ ostẽtás occisum a se Othonẽ exclamarit cui Galba quis iussit respõderit. Cõtrucidarunt:Corne. & plut. multis aut illum uulneribus circa crura & brachia cõsauciatum ob thoracẽ quo erat reliquũ corpus munitũ a camerario. xv. legiõis iugulatũ qdá terentiũ eũ fuisse aiunt: alii Archadiũ alii Fabium cognomento fabulum.

De gestis per eum in morte:& de funere & cadauere eius.

SVnt qui tradant ad primũ tumultũ proclamasse eũ: quid agitis cõmilitones:Ego uester sũ: & uos mei: donatiuũ etiá pollicitum. Plures auté prodiderunt obtulisse ultro iugulum:& ut hoc agerent ac ferirent:qñ ita uideretur hortatũ. Illud mirum admodũ fuerit:neq; presentiũ quẽq̃ imparatori auxiliũ ferre conatũ:& oẽs qui accerserẽtur spreuisse nunciũ. Excepta germanicorũ uexillatiõe. Hi ob recens meritũ ꝙ se ægros & inualidos magnopere fouisset: in auxiliũ aduolauerunt sed seruis itinere deuio ꝑ ignorantiá locorũ retardari. iugulatus est ad lacum Curtii:ac relictus ita uti erat: donec gregarius miles a frumẽtatione rediens adiecto onere caput ei amputauit: & qñ capillo præ caluitio arripere nõ poterat:in gremiũ abdidit. Mox inserto per os pollice ad Othonem detulit: ille lixis calonibusq; donauit: qui hasta suffixum nõ sine ludibrio circum castra portarũt: acclamantes identidẽ:Galba cupide fruaris ætate tua:maxime irritati ad talẽ iocorũ petulantiá ꝙ áte paucos dies exierat in uulgus. laudanti cuidá formá suam:ut adhuc floridam & uegetam respondisse eũ ετι μοι μενοσ εμ πεδον εστιν. Ab his patrobiĩ Neroniani libertus cẽtũ aureis redẽptũ

PHI. Donatiuũ etiá pollicitũ. repete sunt qui tradant ut ait tacitus: quidá prodiderũt suppliciter interrogasse quid mali meruisset: precatũq; esse paucos dies exoluendo donatiuo. Obtulisse ultro iugulũ. idem Cor. ta. plures obtulisse ultro pcussoribus iugulũ agerẽt ac ferirent:si ita reip. uideret.

Agerent ac ferirent. Accerserent. euocarent inuitarenturq; ad auxilium Galbæ ferendũ. Excepta germanicorũ uexillatione. preceptũ fuerat amulio & domitio sabino primipilaribus ut germãicos milites ex atrio libertatis accerserẽt. & cũ reliqui milites othoni adhærerẽt germanica uexilla diu nutauerunt: ꝙ eos ægros ipensiore cura galba refouebat:

Vexillationes. auctor tacitus. uexillationes autẽ alas equitũ dici existimat Vege. in. ii. de re

Vexillarius militaria uel ꝙ quia uelis hoc est flamu

Vexillum. lis utant ordo ro. militiæ ut inqt Li. in

Deuium. viii. sexagenos milites: duos cẽturiões

scortum. uexillariũ unũ hẽbat. ꝑterea qdá erant

Historia de ordĩes q ex tribꝰ uexillis cõstabant uexillũ cẽtũ octogĩta tres hoĩes erát. uexillũ flámeũ ut tadit marcell. erat signũ

lacu curtio: belli. Itinere deuio. extra uiá militarẽ collocato. ita Cic. pplos quosdá deuios uocat:lõge positos a uia militari ab Horatio scortũ deuiũ dictũ a uia publica remotũ. Ad lacũ curtii. in foro. Ro lacus ẽquẽ Curtiũ appellarũt a metio curtio sabino:q certamie iter sabinos Rõanosq; exorto in paludẽ sese strepitu sequẽtiũ trepidáte equo ꝑiecit. auctor Li. in prĩo ab urbe cõdita. idẽ in vii. causá aliá huius nois memorat táquá curtius lacus sit noiatus a mar. Curtio. Ro. q armatus equo insidens se in specũ immisit quo mediũ Ro. forũ in imensam altitudinẽ collapsũ fuerat. M. V. utráq; historiá memorat in prĩo de lin. latina:ad ditq; tertiá quádá aliá huiusce nois causã. refert ta iuxta curtii lacũ fuisse galbá ex sella ꝑuolutũ:ibiq; iugulatũ. Gregarius mi. manipularis & uilior. ait Ta. gregariũ militẽ uiatica sua & balteos tradidisse. fabius autẽ significat:q auctore Plutar. galbæ caput in amictu cõprehẽsum primo oc

Caput galbæ in láccea cultabat:mox a sociis admonitus ut rem fortiter gestá ostẽtaret:illud láceæ affixit:& ita q̃tiẽs senis principis facieꝫ

Nec pisonis. lancea cruore ꝑfusaꝫ quatiebat. otho galbæ capite uiso exclamasse fert. hoc nihil est o cõmilitones mõstrate mihi pisonis caput:quod & ipm paulopost allatũ est:cũ piso ꝑ foribus tẽpli uestæ fuisset trucidatus. nullum caput tam

Calones. insatiabilibus oculis ꝑlustrasse dicit otho q̃ pisonis:cuius ut inimici & æmuli cæde lætari ius fasq; credebat. Abie

Lyxæ. cto onere. fasciculi frumẽtarii. Inserto ꝑ os pollice. plutar. ut modo retulimus sentit ipsum gregariũ militẽ láccea

Vegetum. suffixum galbæ caput cursitando detulisse ad othonẽ. Lixis calo. seruis militaribus. deutriſq; supra affatim dictũ est. calones eni ligna militibus subministrát. lixæ uero aquá. in hác sentẽtiá Ta. caput galbæ ꝑ lixas calonesq; suffixum laceratũq;. Circũ ca. por. Cor. ta. prefixis contis capita gestant inter signa cohortiũ iuxta aquilá legionis certatim ostẽtátes cruentas manus:q occiderát:q interfuerát:q uere q falso q pulchrũ & memorabile facinus iactabant. Idẽtidem. frequenter. Aetate tua. senio & hæc est acclamatio subinde repetita in galbæ ludibrium.

Vegetam. uigentem uiuidam atq; robustam. Liuius sed uegetum ingenium in uiuido pectore uigebat. ετι μοι latine ad uerbum sic interpretatur. etiam robur mihi firmum est.

M. AN. Donatiuũ pollicitũ. i. suõ militi donũ representaturũ Corneli. paucos dies exoluẽdo donatiuo precatũ scribit. Neq; presentiũ quẽq̃:Plu. auctor est a sempronio centurione accerrime defensum. Germanorum uexillatione germanorũ manu ex atrio libertatis:ut Taci. tradidit accersita:habuit uexillũ ut Liui. docet milites centum tres atq; lxxx. Gregarius miles:Plu. fabulũ cesi Galbæ ad Othonẽ caput detulisse ait qui ut diximus & iugulũ illi aparuisse a quibusdá est creditus. ουτοσ μοι μονοσ εμπεδοσ εστιν hic mihi solus firmus est.

PHI. Ab his. s. lixis & calonibus:q caput galbæ ꝑ ludibriũ circũtulerát hasta suffixũ. Patrobii ne. li. ꝑ probi

Patrobius. us Nero. libertus fuerat a galba punitus:ut ait Ta. huius patrobii libertus:cuius nomẽ nõ tradit: in ultionẽ uindi

ctáq; p̃roni abiecit laceraruitq; caput Gal. añ tumulũ p̃robii q̃ postera die crematũ fuit mixtũq; cũ reliquo corpe Plutar. uero dicit non a liberto probii redẽptũ fuisse caput galbæ: sed a militibus dono datum tradit Seruis patrobii & uitellii q̃ illi accipientes: ubi multifariam eccidissent & ol contumelia affecissent abiecerunt in eum locum in quo eos necant: quos cæsares supplicio dedunt: uocatur aũt is locus sextriciũ. huic p̃robio Neronis pricipis liberto aduehebatur ad studiũ palestræ arena ex nilo tenuissima ut refert Pli. in. xxxv. Eo lo. añ tumulum patrobii dixit. Taci. Patronũ: patrobium: nec mirũ uideri debet libertũ alienũ habuisse & ipsũ libertos: cũ libertinorũ potẽtia fuerit tãta: ut principes q̃ erant dñi liberorũ: fierent serui libertorũ. Dispẽsator ar. Cor. Ta. galbe corpus diu neglectum & licẽtia tenebrarũ pluribus ludibriis uexatũ dispẽsator argius ex primariis seruis humili sepultura in priuatis eius hortis cõtexit. Plutar ait galbæ corpus othone pmittẽte sublatũ ab heluidio prisco: q̃d noctu argius libertus sepeliuit.

eo loco ubi iussu galbæ animaduersum in patronum fuerat: abiecit. Sero tandem dispẽsator Argius: & hoc & cæterum truncum in priuatis eius hortis aureliæ uiæ sepulturæ dedit.

De statura corporis & de membris eius.

STatura iusta fuit capite caluo ocl̃is ceruleis: adunco naso: mãibus pedibusq; articulari morbo distortissi=

Aureliæ uiæ: aurelia uia Romana est a sole dicta: ut q̃dam putant: a quo aurelia quoq; familia ex sabinis oriunda est nominata cui publice a Po. Ro. datus est locus: in quo sacra faceret ausẽli ex quo auseli primo dicebantur ut ualesii & papisii. mox aurelii sunt appellati: de aurelia uia meminit. Cic. in inuectiuis cõtra catilinã cũ ait demõstrabo iter aurelia uia pfectus est si accelerare uolẽt ad uesperam consequentur ab eodẽ fit mentio fori aurelii sic scribẽte in cati. q̃q̃ qd ego te iuitẽ a quo iã sciã eẽ pmissos: q te ad forum aurelium prestolarentur armati. Capite cal. supra memoraui caluitii & caniciei causas: q̃dã aialia naturaliter caluescunt: ut strucio cameli. in insula mycono calui hoies gignuntur. Cæruleis: glaucis: quales diuo Augu. fuerũt: oculi glauci siue cærulei dolosum & audacẽ signãt & ad malitiã inuigilantẽ. auctor Alber. mag. in. i. de aialibus

Adunco na. græci adũcũ nasum hñtẽ grypõ uocãt: hinc demetrii filius syriæ regis grypos cognomiatus: cuius meminit Iusti. in. xxxiiii. epito. psæ amãt hoies hñtes adũcũ nasum: quia cyrus: quẽ supra reges oẽs i primis dilexerunt: fuit adunco naso: corrigendus est obiter error interp̃tis plutarchi apophtegmatõ: q alioqn eruditissimus sniam Plutar. hanc: quã retulimus inuertens sic interpratur. psæ amãt hoies adũco naso: qm̃ cyrus hac potissimũ forma reges esse delectaretur: sed uerba ipsa Plutar. græca lõge dissentiunt ab hoc interp̃tamẽto: q̃d ut euidẽtius elucescat ipsa uerba græca subiiciemus: q̃ hæc sunt. πεσαι τοοργυπωνερωσιΔια τοκυρομαγαπηθεριτα μαλιστα τοορβασιλεωρ γεγορεραι γριποριο ειΔοσ. latine ita interp̃tati sumus. psæ amãt hoies hñtes adũcũ nasũ pp̃terea q̃d cyrus regũ lõge dilectissimus fuit adũco naso. hic est Plutar. sẽsus. hec uera ex græco ducta trãslatio: hoc exigit decor historicus: ut ideo psæ amẽt hoies adũco naso: q̃a talis fuit cyrus: quẽ maxime dilexerunt. Articulari mor. articularis morbus dr̃ is q infestat articulos: de quo sic scribit Cel. in. iiii. de medi. in manibus pedibusq; articulorum uitia frequẽtiora longioraq; sunt: quæ in podagris chiragris ue esse cõsueuerũt q̃dã cũ toto anno a uino & uenere sibi tẽperassent: securitatẽ totius uitæ ab articulorũ doloribus pseruti sunt Enni. poeta dũ nimis uino indulget articulari morbo periit. quintus serenus. Ennius ipse pr̃ dum pocula siccat iniqua Hoc uitio tales fertur meruisse dolores: terentia uxor M. Cice. laborauit doloribus articulorum articulationem uocat Pli. articularem morbum: quẽ non solũ hoim sed ẽt arborũ esse pdidit: q tradit in. xvii. articulationem uitibus morbũ esse peculiarẽ: cuius iniuriæ oẽs in articulis sentiuntur. Morbi produntur esse hereditarii: quod & auctoritate clarissimorũ medicorũ cõprobatur. scri. n. Gale. doctissimus Hippocra. interp̃s podagrã & arteticam ex hæreditate comitari: pp̃terea q̃d sperma i parẽte maculosum necessario pedes filiorũ debilitat. addit Auicẽ. non solum podagra: sed & phthisim & leprã tradit p successiones. si mars auctore Fir. materno fuerit dñs geniturææ faciet caducos pneumonicos & podagricos. dñr aũt pneumonici: ut id quoq; trãseũter attingã: laborantes pulmone: qui latine dici possũt pulmonarii: sicut a Colu. ouis pulmonaria dicta est: cuius pulmo afficit̃. Pli. in. xxvi. memorat podagrã morbum eẽ pegrinũ nã si italiæ inqt fuisset ãtiquus latinuz nomẽ iuenisset. rarior solebat esse patrũ auorũq; memoria insanabilis nõ est credendus: qppe qm̃ in multis & spõte desinit & in pluribus curatur cecinit tñ Oui. nõ tã ut poeta q̃ ut uates & medicus tollere nodosam nescit medicina podagram. publius mimographus exorta q̃stione q̃d nam esset molestũ ociũ: dixit podagrici pedes. Sextus Põ. olim correptus dolore podagræ mersit in triticũ sese sup genua leuatusq; siccatis pedibus mirabili mõ hoc postea remedio usus ẽ. scri. maxius medicorũ Hippo. i apho. neq; eunuchos neq; pueros inuestes neq; fœmias podagrizare. uel ut latinius loq̃r podagricos fieri. tñ Galenus asserit podagrosos fieri & eunuchos & fœmias ex icõtinẽtia & uictu luxurioso. Se. quoq; libro epl̃arũ moraliũ. xv. fœmias ait tpe suo pedibus egras fieri ex crapula & igluuie: & ita iqr maximũ medicorũ mẽdacẽ faciũt: q uelut ex oraculo dixerat fœmias neq; podagricas neq; caluas fieri scribit Iabolenus iurisco. ad ædiliũ edictũ: eũ q podagra uexetur nec his quidem diebus quibus morbus uacaret: recte sanum dici.

M. AN. Ab his: calonibus: & lixis. Patrobius Neronianus: sic. n. habent oẽs Tranq̃lliani codices: sed patrobius q̃ fuit Neronis libertus a Galba est occisus. Plutar. de Neronianorũ inquit suppliciis improbos occidit in quibus fuit Elius polycletus: Petinus & Patrobius. Cornelius Tacitus caput eius inquit per lixas calonesq; suffixum laceratumq; ante patrobii tumulum libertus is Neronis fuerat & a Galba punitus: quorum utriusq; uerbis aperte datur intelligi patrobium Neronianum a Galba occisum quod si sic est eius caput mercari nõ potuit: quare sic locum emendandum duximus ut patrobii Neroniani libertus legatur non patrobius Neronianus: ut patrobii libertus in ultionem patroni siue domini: ut Plutar. ait Galbæ caput lacerandum redemerit Plutarchi lectio id manifeste demonstrat. Galbæ inquit caput patrobii uitelliq; seruis dono dederunt q̃d illi accipientes omni

Sextricium quid.
Aurelia
Auselii
Aurelii
Forum aurelium
Myconii calui
Cerulei oculi
Grypos
adũco naso.
Cyrus adũco naso.
Error interpretis plutarchi.
Articularis morbus.
Ennius periit articulari morbo
Articulatio in arboribus.
Morbi hereditarii
Pneumonici.
pulmonarii.
Podagra morbus peregrinus
Quod molestum ocium
An fœminæ podagricæ

contumelia affecerunt. Et hoc:cornelius postridie q̃ cadauer est concrematum caput fuisse illi adiunctum ait.
Aureliæ uiæ:ex tribus portis quæ in ianiculo sunt:media in summo iugo sita aurelia dicta est;hodie a proxia diui æde pangratiana dicitur. Ceruleis:subuiridis coloris Seruius ceruleũ esse ait quod est inter uiride & nigrũ
Articulari morbo:qui in manus & pedes indifferenter crassatur:Cel.in manibus pedibusq; articulorũ uitia freque̅tiora longioraq; sunt:que in podagris chiragrisq; esse consuerunt.
PHI. Calceũ perpeti:hoc referẽ ad articulationẽ pedum. Libellos euoluere:hoc ad articularẽ morbuꝫ manuum est referendũ. Excreuerat gibbus:Mars in.vi.ab horoscopo loco facit claudos & gibbosos.itẽ habentes horoscopum in.iii.gradu siue parte scorpii erunt gibberosi. Fascea.s.linea.hic uerbũ ẽ fascear. quo Spartianus de Antonio pio scribens utitur.cũ ait.sed cũ esset longus & senex incuruareturq; tiliaticiis tabulis in pectore positis fasciabaẽ. ut erectus incederet.a fascia aduerbium uetus ẽ fasceatim ut a zona zonatim. Martianus orbem terræ diuidit in quinq; fascias:quod ait melius esse q̃ zonas.

Gibbosi horoscopus.
Fasceari fasceatim
Fasceæ zonæ.
Cibi plurimi capax

mis ut neq; calceũ perpeti:neq; libellos euoluere aut tenere: oino ualeret excreuerat ẽt in dexteriore latere eius gibbus. uel caro:prepẽdebatq; adeo ut ægre fascia substringeretur

De cibo potu luxuria eiusdem.

Cibi plurimi tradiẽ:quem tempore hiberno etiam ante lucẽ capere cõsueuerat:iter coenam uero usq; eo abũdanti:ut congestas super manus reliqas circũferri iuberet:spargiq; ad pedes stantibus. Libidinis i mares pronior & eos non nisi præduros exoletosq; ferebãt in hispania. C. Icellũ e ueteribus concubinis de Neronis exitu nunciantem: non modo arctissimis osculis palam exceptum ab eo:sed ut sine mora uelleretur oratum atq; seductum.

De tpe & ætate ei⁹:& gestis p senatũ post mortem.

p Eriit tertio & septuagesimo ętatis ãno:Impii mense septio. Senat⁹ ut primũ licitũ fuit statuã ei decreuerat

Cibi plurimi; quicunq; habuerit horoscopuꝫ i tertia parte aquarii erit edax & multum cibũ capiens:ut inqt maternus. legimus apud Liui.in.viii. papyrium cursorem fuisse cibi uiniq; plurimi capacissimũ.talis erat Galba. Tempore hiberno. Scribit Hippo. in aphorismis:uentres hibernis uernisq; tẽporibus eẽ calidiores ideoq; plus edendum esse illo tempore conuenit:& minus:sed meracius bibendum:quod etiam refert Cel.in primo.
Abundanti scilicet cibo. Congestas:cumulatas. Reliquias scilicet cibariorum. Plautinus parasitus ait sibi inuentre esse cellam:ubi reliquiarum reliquias recondat. Super manus:ministrorum. Ad pedes stantibus ministros significat ab eo:q; coenantibus dominis ad pedes stabant. quos Martialis subobscure designat illo uersu:mixto lagenam replet ad pedes uino. Seneca libro tertio de beneficiis. seruus qui coenanti ad pedes steterat narrat quod inter coenam ebrius dixisset. nolim hoc in hoc loco intelligas significari illos qui erant a pedibus illud enim aliud est:de quo supra satis ac super. reliquias autem coenaruꝫ diuidere solemus ministrãtibus ex quo ait Seneca in undecimo epistolarum:quemadmodum coena peracta reliquiæ circumstantibus diuiduntur:sic peracta uita aliquid porrigi his:qui totius uitæ ministri fuissent. Preduros:etiam hispidos & ueticipes & ualde duratos. Scribit Iulius Firmicus uenerem in secundo ab horoscopo loco constitutam facere homines:qui puerorum amoribus implicentur. Exoletos. Adultiores:sunt enim dicti exoleti:qui olescere idest crescere desierunt: alias exoletus significatur abolitus & desuetudine uetustescens. ut exoleta uerba dicuntur a Seneca:& exoleti scriptores a Quintiliano. Ferebant:uulgo dicebant tradebantq;. C. Icellum. hunc annulis aureis a galba donatum fuisse supra memorauimus. Concubinis:non minus pueri q̃ puellæ fuerunt in concubinatu obscoenorum. Vnde & concubinos & concubinas iuxta dici testantur eruditi:inter quos Quintilianus:q ait. Nostras amicas nostros concubinos uident a Martiale quoq; dictũ est cum concubino nocte dormiet prima. Arctissimis osculis:talia oscula nimirum sunt amatoria.nam ut inquit Lucretius. Amatores quod petiere præmunt arcte faciuntq; dolorem corporis:& dentes illidunt sæpe labellis:osculaq; affigunt. Velleretur. qui patiebantur muliebria ut essent glabriores molliores ue pilos uellebant:partim psilotro partim uolsellis:quæ sunt instrumenta uellendis pilis accommodata hinc Scipio æmilianus pro maximo probro obiectauit sulpitio gallo homini delicato:quod foeminibus subuulsis:hoc est femoribus depilatis ambularet. Quintilianus in primo ait:Velli & comam in gradus frangere non carere repræhensione. idem in octauo tradit. Corpora uulsa atq; fucata esse foedissima. scribit Iulius Firmicus q qui nascentur pleiadibus orientibus hi demptis pilis corpus in foeminam transferent. ita euirantur mares ita libidinibus insanis:ut inquit Cypria. in uiros uiri procurrunt. itidem Galba orauit Icellum ut uelleretur cumq; seduxit ad libidinem preposteram & infandam: que omnibus bonis merito inuisa est & execrabilis. Seductum. separatim seorsumq; abductum constuprandi causa.

Ad pedes stabant
Reliquiæ ministris diuidũtur.
Exoleti
Concubini
Vellebant psilotro & uolsellis
Foeminibus sub uulsis.
Corpora uulsa

M. AN. Congestas:in unũ collectas. Super ma. ipsius aut alterius ministrantis. Reliqas reliq̃s escu lẽtos ptes. Exoletos:ipudicos iã adultos. C. Icelũ. libertũ de quo supra. Velleret:ifernis pubus depilcaret.
PHI. Tertio & septuagesimo:polychronios græco uocabulo uocant:& Macrobios:qui sunt longæui: sicut oligochronios:qui parum uiuunt:suntq; modice uitæ. Mercurius cum Marte in diurna genitura facit oligochronios: econtrario habentes horoscopum in coniunctione spinæ capricorni erunt polychronii. & his dictionibus ueluti peculiaribus scatet Iulius Firmicus in libris matheseos galba itaq; periit polychronius hoc est longæuus. nam ut ait Psalmographus prophetes αιημεραι τωρετωρ ερατοισ εβΔομηκορτα ετη. idest dies annorum nostrorũ in ipsis septuaginta anni. εαρ Δε ερ Δυραστειαισ ογΔοηκορτα ετη και το πλειορ αυτωρ κοπος και πορος. Si autem in potentatibus octogita anni & ãplius eorũ labor & dolor. scribit Macrobius

Polychroni
Oligochronii.

cum decas heptadi:hoc est cum denarius numerus septēnario iungitur idest cum anni.lxx. conficiuntur:q; hæc creditur a physicis Meta uiuendi:& hoc uitæ humanæ perfectum spacium terminatur;quod quisquis excesserit Meta uiuē ab omni officio uacuus soli exercitio sapientiæ uacat. Rostratæ columnæ superstantem. celebratio statuarum di. in columnis antiqua est:ut inquit Plinius libro.xxxiiii.sicut Caio menenio supra columnam statua dicata est;qui Statuæ in deuicerat priscos latinos columnarum autem ratio nihil aliud significat;quam eos attolli dignos esse supra cæteros mortales. columnis. Rostratam autem columnam uocat;quasi rostris insignitam:sicut & coronæ rostratæ dicuntur;qd Striatæ columnæ

rostratæ columnæ superstantem in parte fori qua trucidat[9] est:sed decretū: Vespasianus aboleuit percussores sibi ex hispania in iudæam summisisse opinatus.

## C.SVETONII TRANQVILLI LIBER OCTAVVS: Otho Siluius Imperator.

### De progenitoribus Othonis. C.I.

m Aiores Othonis sunt orti oppido ferētino: familia uetere:& honorata: atq; ex principibus hetruriç. Auus Marcus Siluius Otho patre equite Romano matre humili: incertum enim

rostris nauium erant decoratæ;quid si legas striatæ columnæ;namq; striatas columnas prisci dixerūt eas quç Striæ Striari. striis distinctæ sunt:sunt autem striæ quasi canaliculæ & sulci:qbus quodam columnarum genus excauatur de quibus sic scribit Vitruuius in tertio de architectura.colūnarum striæ faciendæ sunt. xxiiii. ita excauatæ:ut norma in cauo striæ cum fuerit conlecta:circumacta ancomibus striarum dextra;ac sinistra tangat acumen. idē ait columnas striari.xx.striis oportere.si cupis noscere exemplum striatarū columnarum:contemplator columnas illas;quibus ædes uestræ inclytissimæ fulciuntur;illæ enim striatæ sunt striis uenustissimis.non infestiuiter Apuleius frontem striatam uocat contractam caperatamq;:& quasi sulcos facientem præ tristitudine.ab eodem conchula epitheto perquam eleganti striata nuncupatur. Decretum:quo senatus honorem statuæ Galbæ decreuerat. Aboleuit.ratum esse noluit obliterauitq;. In iudæam:ubi ipse præerat legionibus;quibus bellū Frons striata. iudaicū administrabat. Sūmisisse.furtim & dissimulāter imisisse more isidiātiū.

### OTHONIS VITA.

Maiores Othonis.Hic est secundus illorum imperatorum;quos Apollonius thyaneus thebanos appellauit;quod sicut illi tempore admodum breui græciæ tenuerūt principatum:ita isti paucissimis admodum diebus dicam an mensibus Romani imperii habenas moderati sunt cum Otho nonaginta quiq; Tragyci dies tantummodo iperauerit; tales nimirum sunt tragici tyranni qui repente inducuntur in scenam:re- Tyranni pente educuntur; docent affatim uos istec exempla nihil esse instabilius periculosiusq; potestate tyrannica: quæ non uera ui subnixa est;ut merito dictum sit gladios seta pendentes ceruicibus:imminere tyranicis;hastas undiq; spicula undiq; formidari;sed anteq̄ enarrationem Othonis ingrediamur quoddam quasi elogium præponemus quod de Othone summatim breuiterq; conscripsit Sextus Aurelius;cuius uerba sunt hæc;siluius otho splendidis ortus maioribus ex oppido ferentino imperauit menses tres;uita omni turpis maxime adolescentiæ;hic a Vi Elogium tellio primum apud placentiam:dehinc apud bebriacum uictus semet gladio transfixit anno ætatis trigesimosep de othone. primo;adeo amabilis militibus ,ppriis.ut pleriq; corpe eius uiso suis manibꝰ iterierit. Oppido ferētino. Plinius ferētinates collocat ī prima italiæ regione;in q̄ & Roma est. ferentini oppidi meminit Oratius in primo epistolarum;ferentinum ire iubebo Liuius in.x.ferentinum fuisse oppidum samnitum tradit:monumento namq; tutū quod Decius mus proconsul oppugnando cœpit prædamq; militi concessit. de origine Othonis Tacitus Ferentinū hæc. Origo illi municipio ferentino. pater consularis auus prætorius maternum genus impar nec tamen decorum. Ex principibus ethruriæ coniectare hinc licet ex ethruria familiam Othonis oriundam cōmigrasse in oppidū ferentinum. Matre humili obscuro loco nata & hæc non mater Othonis significatur sed mater M.AN. Seductum:in secretiorem locum ad obscœnum usum abductum. Vt cauit Othoniam primum licitum est. quasi dicat ubi Othone sublato.integrum fuit senatui honores quos uoluit Galbæ decernere. Rostratæ columnæ;in rostri speciem formatæ aut certe excisæ. Qua trucidatus est ad lacum curtii eum iugulatum Tranquillus Tacitus & Plutar.tradidere. Decretum;honorem quem illi senatus decreuerat.

Aboleuit;sustulit antiquauit ex quo apparet decretam illi fuisse statuam.sed nondum publico loco cōstitutā.

MARCI Antonii Sabellici ad Augusti.Barbadicum sereniss. Venetiarum principem paraphraseos in Othonem parænesis octaua.

m Aiores Othonis. Quid boni in publica aut priuata uita egerit Otho præter unum Barbadicæ dux inclytæ non reperio;potuit enim si nefarium bellum trahere uoluisset pluribus locis parentem omnium terram ciuili sanguine foedare;sed uno aduerso prælio uictus sibi manum intulit;cætera uita foedis libidinibus coiquinata honesto potuit inuolui silentio;sunt quidem immoderate libidines in omni fortuna turpes sed in ea quæ eminentissima sit multo turpiores. At tu quo gratior esset principatus tuus has animi pestes ab initio contemnere didicisti sapientissime princeps;proq; his moderationem & beneficentiam complexus;facile es consecutus ut tantum tibi laudum communi predicatione in omni uirtutum genere tribuāt q̄tū eos cuiq; sāctissimā istā gubernādi rōnē tibi & aliis futuris principibus p manus tradiderūt. Maiores igit̄ ut ad Trāq.redeā numero tm̄ multitudinis dicimus q añ tritauos fuere;ifra illos iterdū cōi noie pr̄es q̄le est quū dicimus memoria patrum:est.n.pater a græco πατηρ quasi παρτρα ut qdā aiūt.i. oia seruat suidas απο του ετ παρα τρι του προσωπου του παρακειμενου τας μαικας αποβαλλοντος. l. ab ea parte quæ ē tertia p̄sona p̄teriti passiui huius uerbi spiro qđ est semino sub hoc noie iurecōsulti qdā putāt cōtineri; nō solū genitores:

sed auos ut dixi proauos abauos attauos tritauos & ut eos q ultra sunt maiores appellemus ita qui post trinepotes futuri sunt minores. Sūt orti:elegáter orti dixit.i.feretini nathi otho.n.nō ortus sed oriūdus in fuit. Ferētino:est id latii oppidū haud multū ab urbe Roma latina uia:ut stra.ait situm. Hetruriæ gentis miror cur hetruriæ dixerit quū ferentinū in latio sit:sed princeps gētis hetruscos fuisse accipias q auctores suis fuerint ferentinum migrandi:nisi henniæ gentis & non hetruriæ aliquis dicat esse potius legendum:quod non inepte omnino PHI. An ingenua.igenui sunt ut alibi explicatū e:q stati ut nati sūt liberi (ob locorum ppinqtatē dicerēt.

an ingenua:p gratiā liuiæ augustæ in cuius domo creuerat senator est factus:nec p̄turæ gradū excessit. Pater. L. Otho materno genere p̄claro:multarūq; & magnarum ppinquitatū tā carus:tāq; nō absimilis facie Tiberio pricipi fuit:ut pleriq; pcreatū ex eo crederēt. Vrbanos honores p cōsulatū Africæ & extraordinaria imperia seuerissime administrauit. Ausus ēt est in Illirico milites quosdā:q motu Camilli ex pœnitentia præpositos suos quasi defectionis aduersus Claudiū auctores occiderant:capite punire p quidē ante principia se coram: quamuis ob id ipsum pmotos in ampliorem gradū a Claudio sciret. Quo facto sicut gloriā auxit ita gratiā minuit:quam tamen mature recuperauit: detecta equitis Romani fraude:quem prodentibus seruis necem Claudio parare compererat. Nāq; & senatus honore rarissimo statua i palatio posita psecutus ē eū & Claudius allectū iter patricios collaudans amplissimis uerbis:hæc quoq; adiecit. Vir. quo meliores liberos habere ne opto quidē. Ex Albia Terentia splendidissima fœmina duos tulit filios. L. Ticianū & minorem Marcum cognominem sibi:tulit & filiam quam nondū nubilem Druso Germanici filio despondit.

• De natiuitate Othonis & eius adolescentia.

Ingenui sūt siue ex igenuis parētibus editi siue ex libertinis:tradūt iurifcō.si qs ex matre nascat libera patre uero seruo: igenuū nihilominus nasci uideri:igenuos Liui.dici sentit q patrē auūq; ciere possunt. Propingtatū: cognationū:& affinitatū.propinquos.n.uocamus pximos.& necessarios:uñ iclinata

Propinquitas. Propiqtas. Ex eo.tiberio. Honores.magistratus. Vrbanos:ut puta ædilitatē p̄turā cōsulatū:q magistratus in urbe gerunt. Extraordinaria:quæ extra ordinē dari solent.

Motu ca.in claudio cōiuratio Camilli scriboniani fuit explicata:q dalmatiæ legatus bellū ciuile molitus legiones multas fortissimasq; ad sacramenti mutationē pellexerat:quē mox exercitus pœnitudine affectus interfecit:se seq; sacramento prioris militiæ cōtinuit:quosdā ex his pater othonis capite puniuerat:cū in illyrico ageret imperiū extraordinariū. cū illi occidissent suos p̄positos tanq̄ auctores rebellionis:ex quo significat hois seueritatē:q nec qdē principalē idignationē ueritus est. Et quidem ante

Principia in castris principia.a loco seueritas: uel potius crudelitas atrocior facta est: cum ante principia ausus sit punire milites a Claudio ob fidem factos honoratiores.sunt autem principia loca militaria in castris:quæ Dona.dubitat an in extremo agmine sint an in medio:ubi enarrat illud ex eunucho:hic ego post principia inde omnibus signum dabo principia autem nominari uidentur a militibus:quibus principibus est nomen: quorum post hastatos pugna

Principes milites erat ut radit Liui.in.viii. Vege.uero principes uocari ait milites:qui in prima acie dimicabant; a quibus loca in castris principia nuncupata sunt quorum meminit Taci.his uerbis sabini uxor mala cupidine uisendi situm castrorum per noctem militari habitu ingressa cum uigilias & cætera militiæ munia eadem lascitia tentasset; in ipsis principiis stuprum ausa:idem alibi ait.legati eorum in squalore mœstitiamq; compositi per principia per contubernia conquirentes accendebant animos. Promotos in am.gra.quemadmodum olim cæsar dictator ab octauis ordinibus ad primum pilum traduxit scæuam centurionem:tanq̄ de se optime meritum:ita Clau.pmouerat in ampliorem maioris dignitatis gradum homines:tanq̄ de se bene merentes:quos morte mulctauit othonis pater. Sicut glo.au.tanq̄ gloriosum facinus fecisset capite puniendo eos milites:qui suos prepositos occiderant. Gratiā:apud Clau. Prodētibus:idicātibus reuelātibusq;. Seruis:illius.s.eqtis Ro.q claudio isidiabat.

M.AN. An ingenua libero:ne loco an libertino genere procreata. Propinquitatum: affinitatum siquidem propinqui non solum qui prope sūt sed affines ēt dñr.uñ & propinquitas affinitas. Vir. Et cōsāguinitate ppinquū. Procreatū:genitū. Camilli mo.de Camilli defectiōe i Clau.diximus. Añ pri.pricipia; ut Vege.uidetur innuere dicūtur principales milites ut tribuni centuriones.dicti quasi principiorum noia. Ob id ipsum q tanq̄ auctores defectionis obtruncassent & hoc est quod ausus dixit. Promotos honestiore militia ornatos. Gloriam:apud alios: Gratiam:apud principes.

PHI. Statua i palatio posi.quēadmodū loca ab hoibus honorarent:ita iterdū locus honoratior p̄bet hoi ornamētū. Ná statua i palatio a senatu posita othoni patri fuit hoi maiori honestamēto & claritudini: q̄ si i alio loco & ab aliis posita fuisset. Vir quo me li.tali pœne laudatiōe psecutus ē Augustus drusū germanicū:cū p̄scatus ē cęsaris suos illi similes futuros. Ex albia terētia:fortassis hæc erat ex familia albiorum:quę cēset poeta cādidissimo albio Tibullo:ad quē scribēs Ora.inqt. Albi nostrorum sermonū cādide iudex. Tulit:pcreauit. Co

Cognomines. gnominē sibi.i.Othonē appellatū sicut ipe.L.otho noiabat.cognomies.n.sūt q eiusdē sūt nois:sicut a Plau. duę sorores baccides noiatę elegáter uocátur cognomies:sic.n.ait:qd agūt duę germanę meretrices cognomies:& a Vir.dictū ē in.vi.enei.Gaudet cognomine terra:ubi exposuit Serui.gaudet sui nois similitudine. Nondum nubilem.uiro imatuam annis nōdū plenis:e cōtrario est illud. Iá matura uiro iá plenis nubilis ānis. Druso. hūc dixit in superioribus a Tiberio necatum fame alimentis subductis:adeo ut tomētum e culcitra mādere tētauerit.

Prodigus ac procax:Cor. Taci. namq; otho pueritiam incuriose adolescentiam petulanter exegerat. Mercuri⸗us in. v. ab horoscopo loco si fuerit uespertinus faciet prodigos:qui erogationibus profusis dissipent; quicquid repositum fuerit. Flagris obiur. flagellaretur;flagra autem; & flagella:& flammam dici aflagitatiõe autumat Dona. cum flagitatio cum strepitu fiat;unde & flagellare idest personare deducitur. Namq; hæc omnia sine stre⸗pitu crepituq; non sunt. apud spartanos pueri in ara flagellabantur;quam rem græci Διαμαστιγωσιν nostri diflagellationem dicunt. Inualidum. imbecillum & infirmum & ob id iniuriæ obnoxium. Obuiorum:eo⸗rum;qui sibi obuii fiebant. Potu⸗lentum. ebrium uinoq; madentem ta⸗lis erat Otho;quales Solomon in pa⸗roemiis fugiẽdos monet;qui nõ dor⸗miunt nisi supplantauerint; neronem quoq; hoc idem factitasse supra pro⸗ditũ ẽ. Distento sago. hoc ludicri supplicii genus frequens est apud pa⸗catiores;qui culcitra aliaue uestimen⸗to plurium manibus distento in su⸗blime iactare consueuerunt uel homi⸗nem uel canem ludibrii causa;de hoc Martialis. Ibis ab excusso missus in astra sago. Libertinam aulicam; quemadmoduz aulici dicutur uiri in aula imperatoria uiuentes:Ita aulicæ fœminæ in famulitio iperatorio nu⸗merantur. Gratiosam; fauorabi⸗lem & gratia pollentem. quales in au⸗lis principium frequenter repeiunt si uenus domia fuerit genituræ faciet gratiosos & amabiles:ut inqui Firmi⸗cus maternus i. iiii. matheseos. Di⸗ligere;amore scilicet uenerio. Quã⸗uis anum;anilis ætas minime amabilis est:cum uenus senioribus non conueniat. hinc illud periclis o elpenice ue⸗tula es. Decrepitam:decrepitos dici senes:ab eo q crepant. idest resonant & assiduæ clamant existimat Dona⸗tus;sunt enim clamosi senes:alii uero decrepitos dictos esse tradunt a crepero uocabulo antiquo quod significat anceps & dubium;tanquam senes in dubio uitæ constituti sint;quorum anima:ut inquit Seneca habitat i primo ribus labris:& ut ait Varro. si homo bulla est tanto magis senex.

Horosco⸗pus prodi⸗gorum.
Flagra
Flagella
flagellare
Diamasti⸗gosis.



OTho imperator. iiii. calen. Maii natus ẽ. Camillo Arũ⸗tio. Domitio Aenobarbo consulibus. a prima ado⸗lescẽtia prodigus ac procax:adeo ut sæpe flagris ob⸗iurgaretur a patre:ferebatur & uagari noctibus solus: atq; i⸗ualidum quẽq; obuiorum:uel potulentũ corripere: ac distẽ⸗to sago impositum in sublime iactare. Post patris deĩde mor⸗tem libertinam Aulicam gratiosam: quo efficatius coleret: etiam diligere simulauit. q̃uis anum ac poenæ decrepitam: p hanc insinuatus Neroni facile summum inter amicos locum tenuit congruentia morum:ut uero quidam tradunt: & cõ⸗suetudine mutui stupri. Ac tantum potentia ualuit ut dam⸗natum repetundis consularem uirum ingens præmium pa⸗ctus priusq̃ plane restitutionem ei impetrasset: nõ dubitaret in senatum ad agendas gratias introducere.

De amicitia eius cum nerone & aliis gestis eius.

O Mnium autem consiliorum secretorumq; particeps die quem nero necandæ matri destinauerat ad auer⸗tẽdas suspitiões coenã utriq; exq̃sitissimẽ comitatis dedit. itẽ

Ludicrum sagi suppli⸗cium
Vetula es
Decrepiti
Creperum
Senex bul⸗la.

Insinuatus. quasi per insinuationem quandam conciliatus ĩroductusq;. Iulius. Firm. in. viii. amictus regi cor⸗poris pulchritudine insinuatus. Congruentia morum. Cor. Taci. gratum Neroni fuisse Othonem memorat æmulatione luxus. Idem alio ait;q otho flagrantissimus in amicitia Neronis habebatur: sicut autem dispares mores dissotiant amicitias. Ita similitudo morum glutinum est tenacissimum ad amicitiam sociandam; & sicut boni mores conciliãt probos:ita mali improbos. Ex hoc ut uerissime memorat. Ma. Tulli. in Lelio neq; boni im⸗probis:neq; improbi bonis amici esse possunt:cum inter eos maxima sit morum studiorumq; distantia. Igitur othonem neronemq; facile coniunxit similitudo morum improbissimorum:quia malum est ut inquit Liui. ma⸗lo aptissimum. Itidem Tigillinus famosissimus intima familiaritate fuit deuinctus Neroni ob libidines & uitia: quibus solis gloriatur:quid multa:non ne hac tempestate flagitiosi non pauci plus possunt pollentq; apud prin⸗cipes flagitiosos:q̃ probi & bonitate conspicui.

Ex similitu⸗dine morũ amicitia
Malũ ma⸗lo aptissi⸗mum.

M. AN. Rarissimo:raro nec temere cuiq̃ decerni solito. Vir. L. Otho. L. Ticianum Terentianum li⸗bẽtius legeri qd alter filiorũ maternum tulerit cognomen. Paternũ Cognomine:qui eiusdez nominis co⸗gnomines dicuntur. Plinius a quibus in italia hortos cognomines eorum uenetos credi postulat.

Druso: quem Tiberi. in ima parte palatii fame necauit. Quarto calendas maii: octauo & uicesimo aprilis die. Potulentorum nimio potu & temulentia titubantium. Distento sago: ueste militari: sic Mar. Ibis ab excusso missus in astra sago. Aulicam gratiosam:ab aula aulicam gratiosam dixit; quia gratia polleret apud Neronem. Per hanc:aulicam hoc esse quidam existimant:quod Iuue. oblique in satyris scripsit Quos euehit optima summi Nunc uia processus uetulæ uesica beatæ. Tacitus contra Otho inquit pueritiam in curiose adolescentiam petulanter exegerat gratus Neroni emulatione luxus.

PHI. Mutui stu. mutuam libidinem colebant:uterq; stuprator erat:uterq; stupratus uicissatim. De rep. duobus tantum casibus dicimus repetundarum & de repetundis;cuius rei in primo commen. copiosa facta est enarratio. Non dubita. in sena. ex hoc plane demonstratur quanta subnixus potentia fuerit otho:qui ausus est introducere in senatum ad gratias agendas eum:qui damnatus erat repetundarum:tanq̃ restitutum in pristi⸗nam dignitatem absolutumq;:cum tamen neq; adhuc restitutionem nec absolutionem impetrasset. ueruz adeo confidebat suæ potentiæ:ut speraret se cum uellet restitutionem impetraturũ. hoc aũt bñficiũ uẽdidit accepta in⸗genti mercede quam pactus erat cum reo. Ad auert. suspi. ne agrippina aliqd suspicari posset. Utriq. ma⸗tri & filio. Exq̃sitissime comi. ad affabilitatẽ sermocinationis & elegantiã nitoremq; apparatus referri potest.

Repetun⸗darum.

Popeam Sabinam tunc adhuc amicam eius abductã marito demandatãq̃ interim nuptiarũ sibi spẽ recepit. Nec corrupisse contentus: adeo dilexit ut ne riualem qdẽ neronẽ æquo tulerit aĩo. Creditur certe nõ modo missos ad arcessandã nõ recepisse: sed ipsum ẽt exclusisse quõdã pro foribus astantẽ: miscentemq̃ frustra minas & p̃ces: ac depositum reposcentem. Quare diducto matrimonio se positus est per cãm legatiõis in Lusitaniam: & satis uisum ne pœna acrior mimum omnẽ diuulgaret: qui tamen sic quoq̃ hoc disticho enotuit. Cur Otho: mentito sit quæritis exul honore. Vxoris mœchus cœperat esse suæ. Prouinciam administrauit quæstorius per .x. annos moderatione atq̃ abstinentia singulari.

De spe eius ad imperium: & aliis gestis eius.

Ut tãdẽ occasio ultiõis data ẽ: conatib᷒ galbę prim᷒ accessit: eodẽq̃ momẽto & ipe spẽ ipi coepit magna q̃dẽ: & ex cõditiõe tẽpo᷑: sʒ aliquãto maiorẽ ex affirmatione

Nero in amorẽ popeæ ardescens

Popea principale scortum.

Popeam sa. otho sabinam popeam pellexit iuuenta ac luxu ad adulterium: mox adulterio iunxit matrimonium: cuius formã elegantiãq̃ dũ apd principem immodice laudarẽt: ut auctor est Taci. cũ accẽdit ad eãdẽ appetendã: sæpe auditus est otho cõsurgẽs ex cõuiuio Neronis se ire ad illã cui cõcessam dictitabat nobilitatẽ pulchritudinẽ uota oĩm & gaudia fœlicitũ. talibus irritamentis nero in amorẽ popeæ ardescens ut illius amore solus poti retur. othonẽ amandauit in hispaniam sub p̃textu legationis. idẽ Taci. alio in loco popeam sabinã elegãter appellat principale scortũ uelut principis amicã: quam Nero apud othonẽ cõsciũ libidinũ deposuerat. donec octauiã uxorem amoliretur. mox suspectũ in eadẽ popea in prouincia lusitania specie legatiõis seposuit. Eius neronis. Abductã mari. ruffo Crispo eqte Roma. ex quo filium genuerat. Demandatam: sibi tanq̃ depositum a Nerone commissam. Nõ modo mis. nero cum quosdã misisset ad othonẽ q̃ euocarent popeã: ad seq̃ deducerent exclusi fuerunt ab othone qui ẽt dr̃ ausus esse excludere quondã ipsum neronẽ: & ut ait Tac. ipsa popea acri neronis amore ad superbiã abutẽs dictitabat se nuptã esse othoni: illiq̃ deuinctam: qui animo & cultu magnificus foret: cum nero assuetudine ancillæ nomĩe Actes deuictus nihil traxisset ex cõtubernio seruili nisi abiectum & sordidum. Accersẽdam: euocandam. Depositum: popeam sabinam: quam instar depositi fidei othonis commiserat. tradit Pluta. quod huic loco consentaneum est: olim popeam exclusisse neronem othone absente: siue ut societatum uoluptatem auferret: siue quod cæsaris nuptias grauiter ferret: cum nequaq̃ fugeret amatoris usum propter immodicam libidinem: ut autem scri. iuriscon. est depositum depositori reddendum a depositario: quotiescũq̃ repoposcerit: & ut ait iuriscon. non debet res deposita deterior reddi. Diducto. separato diuulso abducta popea. Sepositus: itidẽ Taci. sepositũ fuisse othonẽ p̃ speciẽ legatiõis dixit. In lusitaniã Taci. dicitur familiaritate fuers post congressum & comitatum Otho: & ad postremum ne in urbe æmulatus ageret: prouinciæ lusitaniæ præficitur. Plutar. refert lusitaniam othoni datam esse a nerone Senecę suasu & monitu: quo in primis beniuolo & amico utebat᷑. Ne pœna acri. parũ abfuit: quin otho iterficeretur: fuitq̃ absurdũ quod nero qui & uxorem occiderat & sororem ob popeæ coniugium: pepercerit othoni. Mimum omnem totius fabulæ scenam: quæ exorta erat de amore popeæ inter neronem & othonem partiario. Quæ minus & rumor fabulæ scenicæ persimilis. Enotuit diuulgatus est. Sit exul. scribit Plutar. othoni satis cõpertũ fuisse: quod lusitaniæ præfectus fuerat constitutus: ut sub nomine imperii uelaretur exilium.

Nero exclusus.

Popea exclusit neronem

Seneca amicus othõis

Amor partiarius

M. AN. Consuetudine mu. stupri: idem Taci. Nero ait popeam Sabinam principale scortum: ut apud conscium libidinum deposuerat: non tam in alienas fœminas. q̃ arcanarum inter se libidinũ intelligas uel certe ad id allusit quod alio loco idem auctor de lapso nerone in amorem liberte cui uocabulum acte fuit simul assumptis in conscientiam Othone & Claudio senetione. Ingens premium pactus: si eum abolita damnationis ignominia in pristinam dignitatem restitueret. Restitutionem priusq̃: patres restituendum censuissent. Ad agẽ. gratias: principi & patribus quasi iam confecto negocio. particeps Otho consiliorum: eque de necanda matre nero cum eo communicarat. Vtriq̃: neroni & agrippinæ. Exquisitissime comi. multa comitate refertam.

Tedio presentiũ. uidetur Tacitus astipulari huic sententiæ: cũ ait sextiliam uitelliorũ matrẽ nullis fortunæ ille cebris in gaudium euectã domus tantũ aduersa sensisse: idem eiusdem mortis meminit nulla insimulatiõe filii uitellii: sic enim inquit erat illi & fessa ætate parens: quæ tamen paucis ante diebus oportuna morte excidiũ domus preuenit: & nihil e principatu filii assecuta: nisi luctum & bonam famam. A filio: uitellio principe. hic tamẽ matrem in capitolio complexus in principio sui principatus augustæ noie decorauit. Haud sane difficulter: tanquã sceleratus filius non inuitus porrexerit uenenũ matri: quã sublatam extinctamq; esse cupiebat. Desciuerũt: defecerunt rebellaruntq;. Exercitus mœsiarũ: scribuit Tacitus tertiam decimam legionem prebuisse: exemplũ cæteris duabus mœsiæ legiõibus: ut descisecerent a uitellio & transgrederẽtur in partes uespasiani. in pannonia uero legiones tanquã galbianæ dolorem iramq; bebriacensis pugnæ retinentes: haud cõtater uespasiano accesserunt: & ut ait Tacitus mœsici ac pãnonici exercitus iuncti Dalmaticum quoq; militem traxerũt. mœsia autẽ prouincia iungitur pãnoniæ: quas mœsias pluraliter dixit: sicut hispanias & gallias & germanias pluratiue nũero uocitamus. in mœsia sũt dardani mœsi thraces põtoq; cõtermini scythe.

Mors matris uitelli.

tedio presentium & imminentium metu uenenũ a filio impetrasse haud sane difficulter:

De apparatu exercit⁹ cõtra Vespasinũ & aliis gestis eius.

OCtauo imperii mense desciuerũt ab eo exercitus mœsiarũ atq; pãnoniæ. Itẽ ex transmarinis iudaicus & siriacus: ac absentis pars in presentis uespasiani uerba iurarunt. Ad retinendũ ergo cæterorum hoim studiũ: ac fauorem nihil non publice priuatimq; nullo adhibito modo largitus est. Delectum quoq; ea conditione in urbe egit: ut uoluntariis non modo missionẽ post uictoriam: sed etiam ueteranorum iustæq; militiæ cõmoda polliceretur. Vrgenti deinde terra mariq; hosti: hinc fratrem cum classe ac tyronibus & gladiatorum manu opposuit: hinc & bebriacẽses copias & duces: atq; ubiq;: aut superatus: aut proditus salutem sibi: & milites sestertium a Flauio Sabino Vespasiani fratre pepigit: statimq; pro gradibus palatii apud frequentes milites cedere se imperio: quod inuitus recepisset professus:

Mœsia prouincia.

Iudaicus & syriacus: iudaico exercitui præerat. Vespasian. syriaco mutianus: q uespasianũ ipulit ad impiuz capessendum. Pars in absentis; exercitus mœsici pãnonicique: utpote remotiores iurarũt in uerba Vespasiani absentis: iudaicus uero exercitus iurauit in uerba præsentis: mutianus autẽ adegit milites syriacos in uerba Vespasiani. Nihil nõ: omnia. Nullo modo: nulla mensura & tẽperamento.

Delectũ: militarẽ. Volũtariis. qui ultronei & sua sponte se uitellio obtulissent. Missionẽ; honestã intellige quæ emeritis stipendiis ab impatore indulgeri solet. Vrgenti hosti: cũ flauiani duces a uespasiano præmissi ex omni parte instarent: cũ litteræ edictaq; uespasiani ad oẽs legiões sollicitãdas p diuersa loca pmitterẽtur. tandẽ irruptione hostium atrocibus undiq; nũtiis exterritus uitellius cecinnã ac ualentẽ expediri ad bellũ iubet. Hic; ea maritia expeditiõe. Fratrẽ: L. Vitellius significat: q fuit par uitiis fratris: & principatu eius uigilantior: q cũ exercitu erat terracinæ. Hinc: ex terestri. Bebriacenses copiis & duces: cecinnã ualentẽq; significat: quos expeditionẽ aduersus flauianos sũmere iussit una cũ illis copiis militaribus: qbus apud bebriacũ othonianos pfligauerat: sed ut ait tacitus nõ uigor corpibus: nõ ardor pristinus animus militũ inerat: quos urbanæ delitiæ subneruauerunt: itaq; uideres fluxa uitellianorũ arma segnes equos impatientẽq; militẽ solis puluerum & tempestatum.

Frater uitellii terracinæ.

Fluxa uitellianorum arma.

Vbiq; aut supatus: apud Cremonã in pmis supati sũt Vitelliani ab Antonio prio: q erat accerrimus uespasiani ptiũ ppugnator cũ exercitu in italiã præmissus: tũc Cremona colonia direpta fuit & incẽdio ɔsũpta: adeo ut solũ ueneris templũ steterit ante mœnia: cohortes etiã quas uitellius habebat narniæ: sese dediderũt ducib⁹ flauianis.

Cremona incensa.

M. AN. Cata: Catus ab Oratio p docto a Cicerone pro sapiente accipitur: sed & calidus: ardens ingeniosus catus dicitur: unde uideri potest: Catæ nomen factuz: q̃q̃ altera syllaba aspirata ad differẽtiam fortassis nomẽ ubiq; notatum reperio. Impetrasse: præcibus a filio contendisse: ut se ueneno tolleret. Haud difficulter: quasi dicat libens homo impius id matri præstitit. Mœsiarũ: quia duplex mœsia supior & inferior. Ex trãsmarinis: q trãs mare erãt. Pars in absenti uerba: ut mœsiaci exercitus qui longe aberant. Fratrẽ: Luciũ. Vitellium Aut uictus: nam circa Cremonã bis Vitelliani uicti: & rursus Cremona ipsa direpta.

PHI. Aut proditus: in primis cecinna proditor fuit: qui transiuit in partes Vespasiani cum exercitu uitellio relicto. Fabius quoq; ualens apud insulas stœchadas a paulino captus est. qui mox urbini in custodia fuit interfectus: galbæ pditor. Vitellio fidus & aliorũ perfidia illustratus. a Lucilio basso pditam fuisse classem rauẽnatẽ tradunt: trierarchosq; inuasisse imagines uitellii iam in uespasianũ inclinãtes. Classe quoq; misenẽsem Claudius Centurio ad defectionẽ traxit crebra transfugia Vitellianorum uisebantur. A flauio sabino hic eo tempore: quo bellum inter Vitellianos & Flauianos gerebatur: Romæ erat præfectus urbis senecta inualidus: quem Vitellius quãuis Vespasiani fratrem minime uiolauerat. Salutem & milies sestertium: Antonius primus & Varus Flauiani duces obtulerunt Vitellio salutem & pecuniam & secreta campaniæ: si deposita armis se ac liberos suos Vespasiano permisisset. Præterea Vitellius & Sabinus Vespasiani frater crebris sermonibus de pace ponendisq; per cõditionem armis agitauere. sæpe domi collocuti sunt: postremo in æde apollinis pactionem fecere adhibitis testibus duobus cluuio ruffo & Silio italico: quod si tam facile suorum mentes uitellius flexisset: q̃ facile ipse cesserat: incruẽtã urbẽ uespasiani intrasset exercitus. Cedere se iperio: uitellius apd milites suos ɔcionatus pauca dixit: & præsenti mœstitiæ ɔgruẽtia. cedere se paci & reip. rogãdo milites: ut meõriã sui ɔtinerẽt: fratrẽq; & ɔiuge & innoxiã liberorũ ætatẽ miserarentur. simul filiũ protendens modo singulis: modo uniuersis cõmendabat lachrymabũdus.

Nex fabii ualentis

Flauius sabinus.

Silius italicus testis in pactione.

Cunctis clamātibus lege reclamantibus: cœperunt enī reclamare & recusare: ne cederet imperio. Rem distu lit: de imperio deponēdo narrat Tacitus uitellium paratum fuisse cedere imperio: si modo suorū mentes flectere potuisset: sed ut quisq̧ uitellio fidus erat: ita pacē & cōditiones pacis abnuebant. Dedecus & pericula ostentantes: si cessisset uespasiano: hortabāturq̧. ut potius per uirtutē effundere ultimū spiritū uellet: q̄ per ludibriū & cōtume

Diluculare. liasted surdæ ad fortia consilia uitellio aures obruebantur. Diluculo: iam luce apparente. inde diluculare est di

Sordidus. luculum fieri. Gellius iccirco die crastino ubi primū diluculabit fac amicos adeas. Sordidatus: sordida & squa

Sordidatus lenti ueste indutus: in hanc sententiā Tacitus. pullo amictu palatio digreditur mœsta circū fama misso ad flauianos duces nūcio: qui subueniri sibi arctasq̧ res nūciaret. sordidus ex moribus: sordidatus ex causa dr̄. Cicero in pisonē. Nec minus lætabor cū te semper sordidū: quā si paulisq̧ sordidatū uiderem. Ad rostra: aut p rostris cōcionaretur. mos interpellatus e rostris fratris domū petiit: quæ foro imminebat. Eadē uerba: quibus apud milites usus fuerat pro gradibus palatii dicens se cedere uelle imperio romano. E libello: in quo perscripta habebat uerba: quæ dicebat tales dicuntur de scripto facere uerba: qui ad libellū respiciūt: & de scripto loquūtur. Cicero recitetur oro: quæ ppter eius magnitudinem dicta de scripto est. Rursus interpellante: iterū orationē uitellii interrūpentibus militibus: sicut prius interruperant.

cunctis reclamātibus rē distulit. Ac nocte interposita prīo diluculo sordidatus descēdit ad rostra: multisq̧ cū lachrymis eadē uerba uerū e libello testatus est. Rursus interpellāte milite ac populo: & ne deficeret hortante omnēq̧ operā suā certatim pollicēte animū resūpsit. Sabinūq̧ & reliquos flauianos nihil iam metuētes ui subita in capitoliū cōpulit: succensoq̧ tēplo Iouis optimi maximi oppressit: quū & prælia: & incendiū e tiberiana pspiceret domo inter epulas: nō multo post pœnitens facti: & in alios culpā conferēs uocata cōcione iurauit coegitq̧ iurare cæteros: nihil sibi antiquius quietæ publica fore. Tūc solutū a latere pugionē cōsuli primū: deinde illo recusante magistratibus ac mox senatoribus singulis porrigēs: nullo recipiente: quasi in æde cōcordiæ positurus abscessit: sed quibusdā acclamantibus ipsum esse concordiam rediit: nec solū retinere se ferrū affirmauit: uerum etiam concordie recipere cognomen.

De concordia per eum tantata cum Vespasiano.

Ne deficeret: ne succūberet languesceretq̧ aio infracto & meticuloso. Certatim pro uiribus. Animū resumpsit: qui prius metu pauēs exaiatusq̧ defecerat: hortamentis populi militū cōfirmatus aīz alacri

Flauiani. tatēq̧ q̄ iam pdiderat recepit. Sabinū: fratrē uespasiani. Flauianos: a flauio uespasiano flauiani dicti eius factionis fautores sectatoresq̧. Vi subita: scri. Cor. Ta. Martia. a Flauio Sabino missum fuisse ad Vitel. cū mandatis ne pacta iā instituta turbarētur. Vitellius culpā in milites cōferēs monuit Martialē ut p secreta abiret: ne a militibus suis interficeret. erat enī ipe id tēporis: neq̧ uetandi: neq̧ iubēdi potēs: nō iā impator: sed tm̄ causa belli. uix reuersus erat Martialis in capitoliū: qd̄ uelut arcē tutissimā flauiani insederāt cū repēte milites uitelliani furentes nullo duce ascēdūt erecta acie in capitoliū: ubi exorto cōflictu flauiani uitellianos obruebant tegulis saxisq̧: nec ta

Capitoliū pflagrauit. men sisti poterāt scandētes uitelliani. tūc capitoliū clausis foribus indefensum: & indireptum pflagrauit. ambigitē utrū oppugnatores ignē tectis iniecerint. Atticus cōsul se Capitolini incendii auctorē pfessus est. id facinus post conditam urbem luctuosissimū fœdissimūq̧ populo Romano accidisse auctor est Tacitus.

M. AN. Aut pditus: cecinna enī a Vitellio ad Vespasianū defecit Fabius ualens: & ipe ad sthecadas insulas oppressus ē. Salutē & milies sestertiū: ut sibi incolumitas cū ea pecuniarū sūma cōcederet. Cū flauio sabino Vespasiani fratre q romæ erat. Cedere impio: dignitate abire. Rē distulit: sero cessit. Sordidatus: sordida ueste reorū more amictus. Eadē uerba: ubi cederet impio qd̄ iuuictus recepisset. Deficeret: ne fractus aio sibi ipi deesset. Flauianos: flauianæ factiōis. Nihil: iā: post pactionē scilicet cū uitellio factā. Iouis optimi: idest capitolini Iouis: qd̄ targnius priscus uouerat: Seruius Tullus: & Targnius supbus exexere exactis regibus Horatius puluillus cōsul dedicauit: qd̄. L. Scipione: &: C. Norbano cōsulibus incēdio absūptū sylla instaurauit: dedicauit uero Luctatius Catulus nouissime præsenti tumultu coflagrauit sceleris auctorē Atticus se postea est pfessus. Oppressit Sabinum. I qui ad uitellii conspectum obtruncatus ad gemonias est scalas proiectus. Cornelius est auctor.

PHI. Et tiberiana domo: quæ fuerat Tiberii. Inter epulas: scribit Egesippus: quod Vitellius epulabatur ne amitteret moriturus prādiū: & redūdatioribus: ut in extremis solet mensæ sibi ultimæ dapibus refarciebat obruebat se uini poculis ut sensū amitteret futuri uel opprobrii uel periculi: eisq̧ ex conuiuio ad suppliciū raptū esse tradit. Pugionē cōsuli: scribit Corne. Tacitus. Vitelliū exolutū a latere pugionē porrexisse psuli; ueluti ius necis uitæq̧ ciuiū tradentē: sed aspernāte cōsule & reclamātibus qui adstiterant discessit uelut positurus in æde concordiæ. In æde cōcordiæ: in supioribus annotauimus quēadmodū pluribus templis: cōcordia dea Romæ fuerat decorata: relege quæ in Tiberio scripta sūt. Ipsū esse cōcordiā. Nil apertius hac assentatione: qua Vitellius dē eē ipsa concordia dea: cum potius discordia dici debuerit; utpote auctor ac instinctor discordiarū turbarūq̧ ciuiliū Ferrū: Pugionē q̄ in æde concordie ponere uoluerat. Concordiæ cognomē: ut Vitellius concordia diceret Vt legatos cum uirginibus uestalibus. scribit Tacitus uitelliū uocato senatu legatos direxisse ad exercitus fla

Stigmosus uitelliana cicatrice. uianos: ut prætextu reip. Cōcordiā pacēq̧ suaderent: legati quorū ius sacrū & uenerabile esse solet & debet uiolati sūt adierūtq̧ extremū discrimē: qui iuerant ad petiliū cerealē unū ex ductoribus flauianis: sic uulneratus fuit Arulenus rusticus legatione & prætura insignis: ob hoc dixit Plinius in prio epistolarū: Arulenū a Regulo inimico nūcupatum esse stigmosum uitelliana cicatrice: æquioribus animi accepti sunt: qui ad Antoniū alterum flauianarū

partiũ ducẽ uenerant:obuiæ ocnerũt & uirgines uestales cũ epistolis Vitellii ad Antoniũ scriptis:Antonius uirgines cũ honore remisit Vitellioq; rescripsit direpta esse belli cõmertia obtrucidatũ sabinũ uespasiani fratrẽ & incensum capitoliũ. Virginibus uesta. annotauimus in.i.cõmen. uirgines uestales mitti solitas fuisse deprecatrices: sicut olim a Messalina missę fuerant ad Claudiũ deprecãdũ:sicut cæsari a Sylla uitã ueniãq; deprecãtes impetrauerũt. Aut cer. tẽ. ad cõsultãdũ uirgines uestales postulauerũt ab Ant. eximi supremo certamine unũ diẽ; si hæc mora interiecta fuisset facilius oia cõuentura. Opperienti:expectanti prestolãtiq; uitellio. Hostẽ appro: flauiani tripartito agmine romã accesserũt

Fortuna ꝑ flauianis.

SVasit senatoribus ut legatos cũ uirginibus uestalibus mitterẽt pacẽ:aut certe tẽpus ad cõsultãdũ petituros. Postridie respõsa operienti nũciatũ ẽ per exploratorẽ hostẽ ꝑpinquare. Cõtinuo igitur abstrusus gestatoria sella duobus solis comitib⁹ pistore & coquo Auentinũ & paternã domũ clã petiit ut inde in cãpaniã fugeret. Mox leui rumore & incerto tanquã pax impetrata esset referri se in palatiũ passus est:ubi cũ deserta oia reperisset:dilabẽtibus & qui simul erant:ʒona se aureorũ plena circundedit: confugitq; in cellulã ianitoris religato pro foribus cane:lectoq; & culcitra obiectis.

De captione & uilissima morte eiusdem.

IRruperant autem iam agminis antecessores: ac nemine obuio:rimabantur:ut fit:singula: ab his extractus e latebra. sciscitantes:quis esset nam ignorabatur:& ubi esse uitelliũ sciret:mẽdacio elusit. deinde:agnitus rogare non destitit:quasi quædã de salute Vespasiani dicturus:ut custodiretur interi uel i carcere:donec religatis post terga manibus iniecto ceruicibus laqueo ueste discissa seminud⁹ i forũ tractus est inter magna rerũ uerborũq; ludibria ꝑ totũ uiæ sacræ spaciũ reducta coma a capite:ceu noxã so=

ꝑlia mĩta & uaria inter flauianos & uitellianos añ urbẽ facta. Cõcurrerũt & in cãpo martio infestæ acies; sed ꝑ flauianis fortũa fuit:pò. ro. aderat spectator tanq̃ in ludicro certamine. Abstrusus ge. sella. Cor. Ta. sic scri. Vitellius capta urbe ꝑ auersaʒ palatii portam auẽtinũ in domũ uxoris sellula defert:ut si diẽ latebra uitasset terracinã ad cohortes fratrẽq; ꝑfugeret: gestatoria sella quæ gestari & deferri a lecticariis solet alio noie gestatoriũ noiatᷣ unũ illud ex li. ii. machabeo. In gestatorio torquebatᷣ antiochus. Pistore & coquo:antiqui coquos nõ habebãt i seruitiis eosq; ex macello cõducebãt:deinde inter mãcipia coq sicut & pistores recepti sũt:hinc ait Marcellus iuriscõ. lib. de legatis tertio. si unus seruus plura artificia sciat:& alii coqui legati fuerũt: alii textores alii lecticarii ei cedere seruũ dicẽdũ ẽ cui legati etiã sũt in quo artificio plerũq; uersabatur uasa cognaria ex argento fieri caluus orator quæstus est:scribũt iuriscõ. uasa cognaria io penu nõ contineri.

Gestatoria sella.

Gestatoriũ

Coqui inter seruos

Vasa cognaria ex argento.

M. AN. Tiberiana domo:de q̃ bis supra. In alios:q sabinũ oppresserũt. Cõsuli primũ. Q ui. Attico:q tũ cõsulẽ eo erat. Vt legatis:cũ uirginib9 Vestalib9:Legati missi Arulenus rusticus qui uiolatus est:& Mussonius ruffus:hic ẽ rusticus ille quẽ stimosum Vitelliana cicatrice a regulo appellatũ:Pli. in epĩs ait:qppe q in. L. Vitellii inuidiã uulnus a Flauianis accepisset q̃q̃ legatus & ꝑtor in altera castra uirgines uestales sũmo honore ab Antonio:q alteri castris ꝑerat acceptæ ac dimissę sũt:bina em̃ flauianorũ castra urbi iã admota erãt qđ ad uestales uirgines attinet uidentᷣ mihi romani ueteres qđ alio loco diximus illaꝵ ope usi in deꝑcãda pœna & gr̃a recõciliãdaꝵ qđ & Ci plane demõstrat:Gel. exẽplaria uidentᷣ oñdere & in lege agraria ciceronẽ id quoq; demõstrasse ubi illã ẽ nullæ sũt uirgines quæ me a uobis deprecentᷣ quẽ Gellii textũ nos secuti io Cæsare dictatore ea uerba posuimus sʒ emẽdatissimus cicerõis codex nõ uirgines sed imagines hʒ qđ oio magis ꝑbo. Auẽtinũ:unũ ex collib9 urbis.

Paternã domũ:Corne. in uxoris nõ pr̃is domũ uenisse ait. In cãpaniã:terracinã potius ubi frater cũ exercitu erat:ꝑfugeret.

PHI. Incerto. Sine auctore sine capite diuulgato. Referri se in palatiũ:ait Tacitus uitelliũ mobilitate ingenii in palatiũ regressũ esse:qđ desertũ reperit. Dilabẽtib9. Tacitus dilapsis etiã infimis seruitiorũ aut occursũ eius declinãtib9:id genus exẽpla affatim nos monent:cũ fortuna mutari fidẽ mortaliũ: qui io rebus secũdis cateruatim ꝑfluũt in aduersis dilabũtur. ʒona aureorũ plena:in li. annotationũ enarrãtes illũ Iuue. uersũ:obrutus & ʒonã morsu leuaq; tenebit:rettulimus:quẽadmodũ mos fuit apud priscos ut aurũ monetale in ʒonis haberẽt:unũ Alexãder rõanus impator dicere solebat:miles nõ timet nisi uestitus armatus calciatus & satur & habẽs aliqđ in ʒonula. plura in annotatiõibus nr̃is leges ad hãc rẽ cõducentia. Circũdedit:tanquã id sibi ꝑ uiatico futurũ esset. Itidẽ apud Apuleiũ plotina spectatæ fidei fœmina ʒonis auro monetali refertis incincta maritũ extorrẽ comitata est. Io cellulã ianitoris:cella ianitoris ꝑpe hostiũ ædiũ fieri solet:ubi ianitor religatus excubat. hic ait Oui. ianitor idigne lõga religatæ cathena. Pro forib9:añ fores obiectis ut ita latebra pudenda semet occultaret. Agminis antecessores. Q ui añcedebãt flauianas copias:agminati aduẽtantes. Rimabãt:scrutabãtᷣ & curiose uestigabãt. Rimari ꝑꝑe dicũtᷣ sues:cũ pascẽtes cibi gr̃a terrã uertũt. Lutati9 grãmaticus auctor. Ab his extractus a Iulio placido tribũo cohortis pertractũ e latebra Vitelliũ Tacitus refert. Mẽdacio elusit:dũ se uitelliũ eẽ dissimulat. Vt custodiretur interim:rogabant Vitellius causa mortis differẽdæ ut custodiretᷣ uel in carcere: donec flauianos duces alloqueretᷣ. Relegatis post terga manibus. Cor. Tacitus iunctæ tergũ pone manus laniata ueste:fœdum spectaculum ducebatur multis increpantibus nullo illachrymante. Discissa: lacerata diloricata.

In forum:propulsus est uitellius ad eum fori locum. ubi galba occisus fuerat. Viæ sacræ:ante dictum est sacram uiam in urbe roma appellatam q io ea fœdus ictum sit inter romulũ & tacitũ :olim cæsar dictator intexit uelis uiã sacrã ab domo sua ad cliuũ usq; io capitoliũ. Reducta. retroducta reiecta:ut facies reuelata occultari

Cũ fortuna mutari fidẽ

Aurũ in ʒona.

Aurũ monetale.

Rimari.

Sacra uia.

Miseranda non posset. Mucrone mento subiecto scribit Tacitus uitellium infestis mucronibus coactũ modo erigere os &
uitellii sors offerre cõtumeliis:nũc cadentes statuas.suas plerũq; rostra aut locũ occisi galbæ contueri. Summitteret:ad ter=
ram dimitteret. Incessentibus: impetentibus. Stercore & ceno:Sextus Aurelius multis ceno fimo & cæte=
Incẽdiarius ris turpioribus dictu purgamentis uultum eius incessentibus per scalas gemonias trahitur. Incendiariũ quẽ=
admodũ Nero incendiarius a Flauio tribuno per contumeliam dictus ẽ quia urbem romã incenderat;ita uitelliũ
incendiarium uocauere propter incensum capitolium; tanquã illius luctuosissimi incendii ipse auctor extitisset.

lent:atq; etiã mento mucrone gladii subiecto: ut uisendam præberet faciẽ:neue summitteret: quibusdã stercore:& coeno incessentibus:aliis incẽdiariũ & patinariũ uociferantibus: parte uulgi etiã corpis uitia exprobrãte erãt eñ in eo enormis pceritas.facies rubida plerũq; ex uiolẽtia:uenter obes⁹: alterũ femur subdebile impulsu olim quadrigæ: quũ aurigãti Caio ministratorẽ:exhiberet:tandẽ apud gemonias minutissimis ictibus excarnificatus:atq; cõfectus est: & inde unco tractus in tyberim.

De tempore mortis eius & interpretatione ostenti.

PErĳt cũ fratre & filio anno uitæ.vii.quinquagesimo:nec fefellit cõiecturã eorũ:q augurio:qđ factũ ei Viẽnæ ostẽdim⁹ nõ aliud portẽdi pdixerãt ꝗ uẽturũ in alicuius Gallicani hois potestatem. Siquidem ab Antonio primo aduersarium partiũ duce oppressus est:cui tolosæ nato cognomẽ in pueritia becco fuerat:id ualet galinacei rostrũ.

Patinarius Patinarium. Plautus appellat pi=
scem patinariũ patina conditũ sic eñ
ait in asinaria:uel patinarium uel assũ
uerses quo pacto iubet:patinarius ue
ro dictus est Vitellius propter illã lu=
xuriosissimam patinã; ut paulo ante
memoraui quam dedicauerat: ppter
ꝗ Mutianus illi exprobrauit paludes
patinarum.
M.AN. Impetratæ:ab his q in
castra misissent. Dilabẽtibus:abeũ
tibus. Qui simul. erant coquus &
pistor. zona.au.ple. aureis nũmis
prefixa. Interim:dum ea ducib⁹ fla
uianis aut ipsi Vespa.patefaceret.
Ludibria:illusiões. Via sa. qua
ex palatio in forũ descendebat. Re
ducta; coma; capillis & a uertice & a
fronte in unũ quasi nõdũ cõpressis:ut
magis cõspicuus esset. Ceuno.so.
coma.s.reduci & in unũ colligi. Mẽ
to:inferioribus faucium partibus iugulo iminentibus. Mucrone:cuspide. Incessentibus cõ.illudentibus. In
cendiarium:ob capitolium incensum. Patinarium & hoc ob patinæ dedicationem.
PHI. Enormis:uasta & imodicã sicut solet pceritas corporis nõ parũ uenerationis acqrere principibus:
ita si enormis est & imodica magis de honestamento est;ꝗ pulchritudini dixit Cel. longã staturã matura confici
Burrus senectute. Rubida:rubens rubicũda. Burrus apud antiquos uocitabat rubens ex cibo & potione pterea panem
rubens rubidũ appellauere parũ coctũ Plau. in cassina. in furnũ calidũ cõdito atq; ibi me torreto p pane rubido. Vẽ
Rubidus ter obe. pinguis uber;apud Neuiũ accipit p exili atq; gracilento. Subdebile:modicæ debilitatũ & infirmũ;sæpe
panis dictũ hãc pticulã sub significare teperamentũ. Impulsu:impulsione. Quadrigæ contra regulam grãmatis
Quadriga. corũ synthesis.i.singulariter quadrigã dixit;sicut & Pli. quadrigã dixit a Myrmeci de fabricatã ex ebore:quã musca
Vox Vitel= integeret alis. Aurigãdi caio:supra memorauimus. Vitelliũ.C. caligulæ factũ eẽ familiarẽ p aurigãdi studium.
lii nouissima. Apud ge.in.iii. cõmen.satis ac sup de gemoniis scalis:illuc te cõfer siqđ desideras:ait Tacitus uitelliũ ad gemo
Excarnifi= nias:fuisse ppulsum ubi corpus Flaui Sabini iacuerat in gestisq; uulneribus cõfossũ cõcidisse uox nouissima non
catus. degeneris ai excepta fuit a circũstãtibus:cũq; tribuno insultanti se tñ impatorẽ eius fuisse rñdit. Sex. Aure. p scalas
Tractitius. inqt gemonias trahit. Excarnificatus:congestis uulneribus lãcinatus euisceratusq; per carnificinam:sicut car=
Nex fratris nifices dãnatos interdũ minutissimis ictibus lenta morte conficiũt. Amia. marcellinus:tanꝗ obtrectatorẽ audacẽ
Vitellii. excarnificari precepit tradit Sex. Aure. nũerosis ictibus pfossum interiisse. Confectus:trucidatus. Tractus in ty.
potuit Vitellius tyberinus & tractitius nũcupari:sicut olim appellatus ẽ heliogabalus:q in latrina occisus fuit de
inde in tyberim tractus. Cũ fra. de hoc sic refert Tacitus deinde Luci. Vitellius interficit par uitiis fratris:& princi
patu eius uigilantior nec perinde psperis socius:ꝗ aduersis abstractus. Factum uien. qñ p tribunali iura reddẽ
Antonius ti. Vitellio Gallus gallinaceus supra humerũ atq; in capite astitit. Portẽdi:significari. Ab Antonio prio. An
cognomen to.primus acerrimus belli cõcionator uespasianũ sequutus grãde momẽtũ addidit:erat ei strenuus manu:sermo
to primus. ne prõptus:discordiis & seditiõibus potens raptor: largitor. pace pessimus bello nõ spernẽdus; huius præclara
Tolosa uirtus enituit in bello uitelliano:primus appellat a Tranqllo ob cognomẽtũ:dicebatur eñ. Antonius primus: &
Aurum to= ita a Cor. tacito identidẽ appellat. Egesippus id apte indica li. iiii. histo. ubi ait:primus:id eñ Ant. cognomentum
losanum. erat de hoc intellexisse Mar. existimo sic scribentẽ; iã nũerat placido foelix antonius æuo quindecies actas pmus olym
piadas. Tolosæ nato:& ob hoc hoi gallicano:notũ est eñ tolosã ciuitatẽ galliæ narbonensis:in qua olim fuit tẽ
plũ sanctitudine religiosũ finitimis uenerabile; de hominibus calamitosis dici solitũ est puerbiũ uetus ille hõ ha
bet aurũ tolosanũ:qđ ortũ est. Qu. cepione:qui cũ oppidũ tolosanũ diripuisset:multũq; auri in eius oppidi tem
plis fuisset:quisqs ex ea direptione aurũ attigit misero cruciabiliq; exitu periit. Cuius rei Strabo Iustinus & Gellius
Beccus. meminerũt. Becco:remansit in lingua uernacula nostra hæc dictio:ut beccũ appellemus rostrũ nõ tã gallina=
Phryges cei ꝗ oim auiũ. Phryges panẽ beccus appellãt ex quo Psamaticus aegypti rex olim cõiectauit phrygas primos ex=
primigenii titisse mortaliũ:cũ hæc uox Beccus ab infantibus suapte spõte fuisset pria deprõpta historiã luculẽte pscribit. He=
Elogiũ de ro. in Euterpe. quã sequutus opinor Apuleius phrygas scienter primigenios appellat lib. xi. de asino aureo. De ui=
Vitellio. tellii moribus & obitu sic scribit Eutropius:hic cum multo dedecore imperauit:& graui sæuitia nobilitatis:præci
pue ingluuie & uoracitate:qppe cũ de die sæpe quartũ & quintũ ferat epulatus. Notissima certe coena memoria

mandata est:quã ei Vitellius frater exhibuit. in qua super cæteros sumptus duo milia piscium:septem milia:auiũ apposita traduntur:hic cum neroni similis esse uellet atq; id adeo præ se ferret:ut etiam exequias: neronis quæ humiliter sepultæ fuerant honoraret:a uespasiani ducibus occisus est: interfecto in urbe prius sabino uespasiani fratre:quem cum capitolio incendit interfectus autem est & magno dedecore tractus per urbem romam publice nudus:Erecta coma:& capite eius subiecto ad mentum gladio:stercore inuolutus:& pectus ab omnius obuiia appetitum. Postremo iugulatus & in tyberim proiectus est. Etiam communi caruit sepultura:periit autem ætatis anno septimo & quinq̃gesimo imperii mẽse. viii. & die uno.

M. AN. Exprobrante:probri & contumeliæ loco obiiciente. Obesus uenter:prepinguis. C. Caligulæ principi. Ministratorem:se ministrum illi circa currum dum auriga ret præbentem. Minutissimis: ictibus ut diutius torqueretur. Excarnificatus: carnifici ministerio aut quo pacto a carnificibus dãnati solent trũcatus tacitus congestis militum uulneribus ad gemonias scalas trucidatum sci. Cum frat. L. Vitelio. Ab antonio huius enim ductu uicti sunt Vitelliani ad Cremonam:mox ab eosdem legiones ad urbem admotæ.

Tolosæ:est tolosa narbonensis galliæ ciuitas. Cognomen becco. Maro cui nunc cognomen Iulo.

# C. SVETONII TRANQVILLI LIBER DECIMVS. DIVVS VESPASIANVS AVGVSTVS IMPERATOR.

## De gente Flauia & progenitoribus Vespasiani.

[R]Ebellione trium principum: & cæde incertũ diu & quasi uagum imperium suscepit: firmauitq; tandem gens Flauia obscura illa quidẽ ac sine ullis maiorum imaginibus: sed tamen respu. nequaq̃ pœnitenda: constet licet. Domitianum cupiditatis ac sæuitiæ merito pœnas luisse. T. Fla. Petronius municeps Reatinus bello ciuili Pompeianarum partium centurio incertum

[V]ETVS sententia est omnium rerũ esse uicissitudinem; namq; pluuiæ serenitas; bello pax sterilitati fœcunditas:tempestati tranquillitas uicissatim succedere consueuerunt:sic & malis principibus boni principes substituuntur:ut quæ per improbos afflicta sunt & pessundata per bonos refoueantur & refocillentur:sicut a duobus uespasianis factum est qui exanguem fessumq; terrarum orbem romanamq; rempu. sæuitia tyrannorum exhaustam dissipatamq; refecerunt atq; recreauerunt:nihil profecto salubrius bono principe qui instar boni pastoris greges suos non emaciat sed opimat:hoc est facere condiscant principes terrarum spectẽt & imitentur duos uespasianos patrem & filiũ bonitate præcellentes & imperatoria maiestate dignissimos Trãquillus scripturus Flauii uespasiani imperatoris uitam repetit flauiæ gentis originem a maioribus nosq; admonet nihil nocere uirtuti sordidos natales:& q lux ingens & pura interdum emicat ex parua scintilla:nam cum uespasianus obscuro loco natus foret:tamen per uirtutem emersit sublimatusq; est ad fastigium principatus.

PHI. Vicissitudo rerum. Nihil salubrius bono principe.

Rebellione trium principum:galbam othonem uitelliumq; significat. Incertum labans & nutabundum.

Vagum instabile & lubricum;cum ab galba ad othonem:ab othone ad uitellium:ab illo ad uespasianum mox transferretur nusquam stabile & subnixum. Gens flauia:hinc flauius uespasianus dictus:hinc a Iuuenale flauius ultimus dicitur domitianus:sicut a papinio in siluis flauius caluus:a flauia gente nominati flauiani duces sectatoresq; partium uespasiani. Sine ullis imaginibus:nobilitas familiarum imaginibus proauorũ multiiugis spectabatur:& atria plena fumo sis imaginibus nobilem facere credebantur:hinc econtrario Marius apud Salustium obscurũ genus suũ & ignobibile non dissimulat ubi ait. S. quia imagines non habeo:& quia mihi noua nobilitas est mox ex interuallo non possum inquit fidei causa imagines:neq; triumphos aut consulatus maiorum meorum ostentare. Nequaq̃ pœnitenda:ita Liui. domi militiæq; sub haud pœnitendo magistro ipsa Anco rege romana se iura romanos ritus didicisse. Apule. quoq; in apologia inquit:inuitasset iuuenem:neq; corpore neq; aio neq; fortuna pœnitendum: Constet licet:sensus est gens flauia non fuit pœnitenda romanæ reip. q̃uis Domi. ex eadem gente romæ imparauerit:dederitq; pœnas meritas suæ libidinis & crudelitatis. Ex quo significat Tranquil. plus boni q̃ mali gentem flauiã contulisse romanæ reip. cum ex tribus flauiis duo primi fuerint optimi: nouissimus flagitiosus. Pœnas lui. soluisse dedisseq; supplicium:dicimus autem auctore Seruio melius luo peccatũ q̃ luo pœnam:nam peccatum soluitur pœna:quod si luo pœnam dixeris non procedit quare pœna soluatur:tamen auctoritas eruditorum licenter ista confundit:ut luo pœnas dicamus & luo peccatum. Maro in. x. italiã pertiereluant peccata. Municeps rea. gentem flauiam ex municipio reatino oriundam significat, est autem reate oppidum in sabinis:ut ait Plini. in. iii. dicatum cœlicolum matri:ut inquit Silius:tradit. M. V. italiæ umbilicum esse in agro reatino asinos reatinos a generositate celeberrimi scriptores laudauerunt:municeps autem significatur cuius reatinus nam ut inquit eleganter Vlpianus libro. L. digestorum municepes dicimus suæ cuiusq; ciuitatis:ciues utputa campanos puteolanos.

Imagines nobilitatis. Pœnitendus. Luo petm. Luo pœnã Reate ubi umbilicus. Italiæ. Municeps

MARCI ANTONII Sabellici ad Augusti. Barbadicum Serenissimum Venetiarum principem paraphrasεos in Vespasianum parænesis. Decima.

[R]Ebellione Romanum imperium aliquandiu incerta sede peruagatum:flauia gens Vespasiani patris ductu & auspiciis stabiliuit tandem serenissime Princeps:fuit is omnium: qui romæ ad id tempus imperauerant:longe clementissimus:q̃ uirtute nulla magis potest si anneo senecæ credimus homini conuenire:

sponte an euocatus profugit ex pharsalica: acie: domumq se contulit. Vbi deinde uenia & missione impetrata coactiones argenrarias factirauit: huius filius cognomine Sabinus expers militiæ: & si quidam eum primipilarem: nónulli quũ adhuc ordines duceret sacramento solutum per causam ualitudinis tradunt: publicanum quadragesimæ in asia egit. Manebátq imagines a ciuitatibus ei positæ snb hoc titulo κάλλως τελωνήσαντι.i. bene triburũ exigenti. Postea fœnus apd Heluetios exercuit: ibiq dié obiit: supstitib⁹ uxore Vespasia Polla & duob⁹ ex ea liberis. Quorũ maior sabin⁹ ad pfecturã urbis minor Vespasiãus ad pncipatũ usq pcessit.

amplius: nec magis ulli ho minum: q̃ principi. Addo urbanitatem ac cæteras uirtutes: q̃ pene plures in uno fuere q̃ in tribus illis: quorum proxime meminimus: uitia sed auaritiæ calũnia non caruit: qui sane affectus: q̃m in publicum usum uertit non priuatum: laudi potius illi: q̃ uitio cessit: cætera uere dignus: cui defuncto non humani tantum: sed diuini etiam: ut uana fuit tunc hominũ persuasio: honores sint decreti hunc merito mIraberis dux iucundissime: & uili parte recte saperes: atq; is esses: qui non alienis indigeres exemplis hunc tibi omni studio imitandũ proponerem: sed alii preclaris huiusmodi indigebunt institutis: Tu tuis amplissimis uirtutibus fretus: eo propemodum euasisti: ut nihil te uno clemẽtius: nihil iucundius omniũ predicatione esse feratur: superest autem ut is esse pergas quod ut uideo sponte facis qui si phama & celebritate sia Vespasiano inferior: uirtutibus tamẽ animi: aut maior: aut quod æque erit magnum par illi reperiaris. Rebellione igitur rebelli motu: ac defectione. Trium principum: Galbæ: Othonis: Vitelli. Incertum uacillans si quidem ad crebram imperii mutationẽ tres illi: quorũ proxime meminimus a nonnullis in numerum nõ redigũtur. Constat licet: & si non dubium sit. Domitianum: ultimus flauiæ gentis imperauit Iu. Quum qui iam. semianimem laceraret flauius orbem ultimus. Municeps reatinus: reate sabinorum oppido natus.

Euocati — PHI. Sponte uoluntarius ultroneusue. Euocatus. s. a Pompeio supra enim dictum est euocatos dici milites quando per euocationem ad bellum euocabantur. Ex pharsalica acie ubi pompeianæ partes profligatæ fuerunt. domum. in municipium reatinum. Venia. Cæsarem fuisse clementissimum usq; ad pœnitentiam ueniamq; dedisse aduersariis notum est. Missione impetrata: ut a militia centurionatuq; permissionem honestã

Coactores. siue causariam dimitteretur. Coactiones ar. Ora. in. i. sermonum patrem suum fuisse coactorem indicat: ubi in

Coactiões terpretes: exposuerunt coactores mercenarios esse eorum qui habent argentariam: quod humile ac turpissimum

argentariæ genus q̃stus existimatur inde coactiones argentariæ collectiones pecuniarũ dictæ: quas: coactores argentariis ser-

Argentarii uientes usurpant: uidentur autem dici coactores a cogenda pecunia: namq; in auctionibus argentariorum pe-

Argẽtariã cunias cogere solent hoc est colligere & congregare & in decumis exigendis accessionem facere. Cicero in oratio-

facere. ne pro Rabirio posthumo: non intelligo hoc quale sit utrum accessionem decumæ: ut nostri facere coactores solẽt

Causaria de argentariis in ii. commentario satis multa hi enim sunt qui faciunt argentariam sic enim absolute & eleganter

missio. dicimur argentariam facere sicut cœnaculariam & sagariam. M. T. in oratione pro cecina romæ argentariam nõ

Causarii. ignobilem fecit. Primipilarem: primipili centurionẽ: de quo suo loco satis diximus. Ordines militares: quorum alii erant honestiores alii ignobiles: ideo scribit cæsar in commentariis se ab octauis ordinibus ad primum pilum traduxisse scæuam centurionem. Sacramento solutum: liberatum militari sacramento. Per ca. uali. cau

Quadrage sariam missionem signat: quæ dari solet cum quis uitio animi uel corporis ualitudine minus idoneus militiæ de-

sima nomẽ nunciatur. Inde causarii a Liuio dicti q per causariã missionẽ a militia soluti sũt: & ita legẽdũ est exponẽdũq; illud

uectigalis. apud Spartianũ in Adriano post hæc pfectus i gallias oẽs causarios liberalitatib⁹ subleuauit: ita eñ legere mali q̃ causariis sicut hñt codices ipressi. Publicanũ quadragesimæ egit: in. ii. annotationũ locus hic a nobis & emendatus ẽ & explicatus: Nã cũ in omnibus ferme codicibus publicum legeretur: euidentissimis opinor argumentis asseruimus legendũ esse publicanũ: significat eñ Tranquil. Flauiũ sabinum functũ esse in asia officio publicani in exigẽdis uectigalibus: quæ nomine quadragesime soluebãtur. Nam sicut centesima: quinquagesima: uigesima nomina sunt uectigalium ex auctiõibus publicanorũ illicitis excogitata: ita & quadragesima nomen est improbi uectigalis: si uberiora desideras require quæ scripsimus in annotationibus. κάλλως latine interpretatur bene uectigal exigenti: siue pulchre obeunti munia publicani. Et est casus dandi: per quem tituli sæpe numero in monumentis perscribi solent. Apud heluetios: populos Belgicæ galliæ de quibus multa Cæsar in principio commentariorum. Fœnus exer. fuit fœnerator: fœneratores autẽ sæpe damnatos mulcratosq; fuisse apud romanos testis est Liui. qui ait fœneratoribus diẽ dictam esse ab ædilibus: qui ex illorum pecunia mulctatitia posuerunt limina ænea in capitolio. Idẽ alibi refert latum esse ad populum ne fœnerare liceret. Cato fœneratorem æquauit homici-

Fœneratores dãnati. dæ cum interrogatus: an expediret fœnerare: respondit quid hominem occidere: Mercurius in parte horoscopi pariter constitutus faciet præpositos fœnerationum: diminutiue fœnus dicitur fœnusculum. Ad præfecturam

Quid hominem occidere. urbis: Tacitus fabinum Vespasiani fratrem refert præfecturam urbis obtinuisse annos. xii. qui interfectus fuit a uitellianis in tumultu ciuili: cuius truncum corpus obscisso capite ad gemonias traxerunt: hic fabinus quinq; & triginta stipendia: in reip. fecerat domi militiæq; clarus: sermonis nimius erat. septem annis mœsiam rexerat: ante uespasiani principatum decus domus flauiæ penes fabinum erat.

M. AN. An euocatus: q euocati essent semel atq; iterũ diximus. Coactiões arg. a cogo coacto & coactor horatius: si pco puas aut ut fuit ipse coactor: est eñ coactor ut acrõ ait mercenarius eorũ q habẽt sũmã rerũ uenalið. Cice. ut nostri facere coactores solẽt & rursus haud multũ diuerso sensu Gabinio pecuniam posthumus coegerunt argentariam dixit coactionem qa coactores argẽtariis q auctioni pẽrát operã pstabãt: Cice. p cecinna Argen

tariam. non ignobilem fecit & paulo mox argentaria dissoluta: & alibi pecuniam argentario promittit ebutius Ordinem ordo sexagenos ut Li. ait habuit milites: apparet tamē ꝓ quocūq; miliū ductu ordinem a ueteribus usurpatum: quod ni ita esset idem auctor haud alibi honestū ducebat ordinē dixisset: superuacuū erat honestū ad derē si semp idem ordo fuisset. Solutū sa. cāria ut uulpianus ait missione militia solutū est inquit ille etiā causa ria missio q̄ ꝓpter ualitudinē laboribus militiæ soluit. Publicū quadra. sic habēt oīa tranquilli exēplaria q̄ ad huc uidere cōtigit: sed ego ob ea q̄ apud tacitū legimus publicanū ꝓ publico scribendū cōtēderim manet inquit ille abolito quadragesimæ quinquagesimæq; & que alia ex auctionibus illici tis nomina publicani inuenerant: erit igit̄ sensus egit publicanū quadragesimæ. i. obiuit in asia publicani munus in exigēda quadragesima: nisi qs dicat publicū egit publicā personā gessit in exigenda quadragisima: qđ nō absurdū sit ob ea q̄ sequūt. καλῶς τελωνήσαντι: recte uectigalia exigēti Eluetios: belgicæ galliæ populos. Sabinus: qui a uitellio est oppressus.

Polla Nursiæ honesto genere orta patrem habuit. Vespasium Pollionem ter tribunum militum præfectumq; castrorum: fratremq; senatorem prætorie dignitatis locus etiam nunc ad sextum miliarium a Nursia spoletum euntibus in monte summo appellatur Vespasiæ: ubi uespasiorum cōplura monumenta extaut: magnū indiciū splendoris familiæ & uetustatis: nō negauerim iactatum a quibusdā Petronii patrem e regione transpadana fuisse mancupem operarū: quæ ex umbria in sabinos ad culturā agrorū quot annis cōmeare solerēt: subsedisse aūt i oppido reatio uxore ibidē ducta: ipse ne uestigiū qdē de hoc quāuis satis curiose ingrerē inueni.

De natiuitate Vespasiani & eius educatiōe: & honoribus per eum gestis.



Espasian⁹ nat⁹ est in sabinis ultra reatē uico modico cē phalacrie. xv. calē. decēbris uespi. Q. Sulpitio Camerino. C. Pōpeio Sabino consulibus quinquennio anteq̄ Augustus excederet: educatus sub paterna auia Tertulla

PHI. Polla nursiæ: explicato paterno Vespasiani genere nunc maternū genus exequit: aitq; matrē Vespasiani fuisse nursinā: est autē nursia ciuitas sabinorum ut ait Pli. quāuis Seruius eam in piceno esse tradat: a Virgi. frigida nūcupatur quia re uera ita est. aut quia noces: frigidus enim noxius significat. Grachi in contionibus suis ubiq; nursinos sceleratos appellauere Ter tribunum militum: qui ter functus erat dignitate tribunatus militaris. Præfectum castrorum: ad officium præfecti castrorū: ut inquit Vegetius in. ii. posito ualli pertinet & fossæ extimatio: tabernacula militum nutu ipsius curabantur. præterea ægri contubernales & medicorum a quibus curabantur expensæ ad præfecti castrorum curam pertinebunt. Item uehicula ferramenta instrumēta bellica ne deessent aliquando procurabat: hic post longam probatamq; militiam peritissimus omnium eligebatur: ut recte doceret: alios quod ipse cum laude fecisset. Prætoriæ dignitatis: qui præturæ honore fuerat decoratus.

Spoletum euntibus: qua parte itur ad spoletinos quos Pli. collocat in. vi. Italiæ regione. Vespasiorum: quēadmodum paterna uespasiani gens dicta est flauiorum ita materna uespasiorum nuncupabatur. Magnum indicium splendoris: locus dictus uespasia: & uespasiorum monumenta abunde indicant magnoq; sunt argumento splendidam fuisse uetastamq; familiam uespasiæ pollæ uespasiani matris.

Iactatum: inaniter diuulgatum. Seruius illud maronianum talia iactanti exposuit pro inaniter loquenti. Petronium patrem: ut intelligas Tranquillum loqui de patre. T. Flauii Petronii municipis reatini: a quo exorsus est dudum maiores Vespasiani. Mancupem operarum: Conductorem redemptoremq; seruorū & operariorum: hic locus a nobis enodatus est in libro annotationum: ubi scripsimus mancupes appellari romanos publicanorū principes qui quæstus sui causa decumas redimunt: præterea mancupes dicebantur: qui a populo aliquid emebant conducebant ue. Pli. dixit q; manceps præualens annonam flagellat: appellatione uero operarum personas ipsas atq; operarios significari eodem in laco a me annotatum est.

Quæ: operæ idest operarii & mancipia mercenaria. Vmbria. Pli. umbriam collocat in sexta italiæ regione: umbrorum gens antiquissima italiæ existimatur: a græcis umbri dicti q; umbribus superfuerunt. ὄμβρος græce imber appellatur. Quot annis commearet: hac tempestate circumpadani idem factitant qui quot annis cōmeant ad nos & ad flaminic populos: qui prætio conducti locant operas diurnas & menstruas ad culturam agrorum qua peracta suffarcinati pecunia in patriam regrediuntur.

Subsedisse: substitisse mansisse: alias significat depressum esse: Virgilius: subsidere ualles. Infamnio: samnium cuius regionis cultores samnites dicti: conterminum esse sabinis testis est Plinius in. iii. quidam legunt in binis: in regione autem sabinorum situm est reate. Phalacrine: si licet per coniecturam scrutari causas nominum: quid uetat credere hunc uicum nomen accepisse ex eo q; homines calui illic nascerentur: quos græci phalacros uocant: sicut in insula mycono iuuentus omnis calua uisebatur: unde a Plinio dictum est in. xi. q; myconii carentes capillo gignuntur: quod & Lucillius indicat cum ait: miconi calua omnis iuuentus unde etiam prouerbium græcum est φαλακροὶ μυκόνιοι. idest calui myconii. Coruī aquatici naturaliter caluent: quibus apud græcos in de nomen est hoc dixit Plini. sed quod nomen foret id nō addidit. Scito autem tales coruos a græcis dici phalacrocoraces quasi caluos coruos. Excederet: moreretur.

M. AN. Nursiæ: Nursia sabinorū oppidum ut Ptolemæus & Pli. aiunt haud ignobile. Præfectū castrorū cui curæ erat castrorū metationē legere uallum iacere tabernacula disponere: tormenta bellica & alia huiusmodi

Nursia frigida.
Frigidus.
Nursini dicti scelerati
De officio prefecti castrorum.
Spoletum.
Vespasii.
Manceps operarū.
Vmbri unde
Subsidere.
Myconii calui.
Prouerbiū græcū.
Phalacrocoraces.

curare:ut plane affirmare possis hanc castrensem potestatẽ nõ multũ diversam fuisse ab ea quã hodie obtinent q castrorũ magistri dicunt est alioquin haud ignotũ quid prefecti nomen significet. Vespasiorũ:eius familiæ:uirorũ. Magnũ indiciũ argumentũ:demonstrationẽ. Iactatũ leuiter traditũ. Mancipẽ:Asconius: Mancipes publicanorũ principes q q̃stus causa decimas redimunt:Festus Mãceps inquit dicit quicqd a populo emitur cõducitur ue quia manu sublata significet se auctorẽ emptionis mancipẽ ergo ꝓ redẽptore accipias licet ꝓ eo dico q sub se operarios ad opus aliquot cõductos hẽret. Pli. hũc sine emulatione incitatus mãceps ꝓxime sutrinæ.. Ex umbria occurrit quare ex umbria si ex trãspadana fuit regione:sed tu inde oriundũ immo ibi natũ potius accipias uerum in umbria uixisse atq; ibi factum mancipẽ. Sabinos: sunt sabini umbris affines: atq; ab illis oriundi: dicti ut qdã existimauere a religione:& deorum cultu quasi seuini: Cato ut dionysius scribit ex sabino sangi diui gẽtilis sabinorũ genti nomẽ impositũ credidit. Ne uestigiũ qdẽ:ne signũ qdẽ aliquod. In samnis:hic quoq; locus librariorũ in curia:ne ignorantia dicã semel in uersus ita inoluit ut indifferẽter a cunctis mendose legat: samni in reatino agro immo nusquã qd sciã leguntur; q̃q̃ si id ipsum daretur ꝓ populo: aut proprio loci nomine accipi nequeat: & enim quid aliud se esset dicere samnos esse in reatino agro q̃ populum in populo esse nec samnites: aut samnium de qua gente aliquis suspicari posset insunt Plini. postquã samnitium meminit sabinorum inquit Amitermini cirenses: forum decii forum nouũ: fidenates:inter emnates:Nursini: nomentani:reatini:trebulani: & mox paulo: tiburtes parmates: ex qua descriptione apparet reatinos esse in medio sabinorum ne aliquo modo ad samnium reatini fines attinere credantur: nec pro loci nomine potest accipi quum phalacrinem dicat auctor uicum in quo natus sit Vespasianus appellatum quæ cum ita habeant nõ dubitauerim affirmare pro samnis sabinis esse legendum: quod ipsum uel una ratione confirmatur: quia reatinus ager totus sit infra sabinorum fines; accedit adhæc pronus ad errorem lapsus ut uno mediæ syllabæ elemento inuerso deprauata sit dictio.

in prædiis cosanis:quare princeps quoq; & locum incunabulorum assidue frequentauit: manente uilla qualis fuerat olim: nequid scilicet oculorum consuetudini deperiret:& auiæ memoriam tantopere dilexit: ut solemnibus ac festis diebus poculo quoq; eius argenteo potare perseuerauerit: sumpta toga uirili latum clauum q̃q̃ fratre adepto diu aduersatus est: nec ut tandem appeteret compelli nisi a matre potuit: Ea demum extudit magis conuitio quam præcibus uel auctoritate: dum eum identidem per contumeliam. Anteambulonem fratris appellat: Tribunatum militum in thracia meruit: questor cretã & cyrenas prouĩciã sorte cœpit: ædilitatis ac mox preture cãdidatus etiã nõ sine repulsa

Cosa op. Consa ci. Incunabula

PHI. Cosanis; cosa oppidum est ethruriæ a populo romano deducta colonia; ut meminit Plinius. Verg. pluraliter cosas dixit cum ait in. x. Quiq; urbem liquere cosas quis tela sagittæ. Consa uero ciuitas est in hirpinis quæ post cladem cannensem tradita est; Annibali; ut docet Liuius: sed consani nihil ad cosanos. Princeps: iam creatus imperator. Locum incunabulorum: ubi educatus fuerat incunabula enim appellamus nutricationem puerilem a cunabulis qui lectuli sunt in quibus infantes facere consueuerunt.

Senatoria dignitas recusata.

Oculorum consuetudini; noluit Vespasianus uillam elegantius neq; nitidius reformari in qua fuerat educatus; ut loca illa iam princeps inuisens facilius recordaretur educationis puerilis; nam immutata uilla induxisset facile obliuionem incunabulorum. Auiæ:tertulæ. Latum clauum; dignitatem senatoriam; Antiqui clauata uestimenta dixere clauis intexta. Aduersatus est: recusauit dignitatem senatoriaꝫ tanquã onerosam:sicuti olim Mœcenas substitit: intra dignitatem equestrem;cum illi laticlaui dignitas pateret. Cice. in oratione pro Cluentio laudat quosdam equites Romanos;qui maluerunt degere in uita tranquilla q̃ ascendere ad senatoriam dignitatem quæ plena est molestiarum & difficultatum.

Extũdere.

Quanq̃ fratre adepto; q̃uis Sabinus frater iam Senator esset factus. Extudit; tũdendo instando impulit ad latum clauum appetendum; Extundere eni est tundendo hoc est percutiendo elicere & excudere; Vir. Vt uarias usus meditando extunderet artes. Si legis extulit; frigidum uerbum est nec elegantiæ Tranquilli satis accommodatuꝫ

Anteambulones. Generosus aius ipatiẽs cõtumeliæ Pentapolitana. Apalonia. Cyrene.

Identidem; frequenter. Per contumeliam; quæ a contemptu dicta est. Anteambulonem. ueluti antecursorem satellitemq; Sabini fratris: anteambulones dici uoluerunt stipatores & satellites: qui in itinere solent precedere principem ueluti antecursores; unde ab ante & ambulo dicti anteambulones; qua dictione usus est epigrammatarius poeta. Sum comes ipse tuus tumidiq; anteambulo regis. idem alio loco.

Ne sibi reuersis Romam scilicet. Deteriores: minus bonos & fortes. Legatorum consularium: eorum qui consulares prouincias legatorum nomine administrabant: nec placet consulares legatos: intelligas: qui olim consules fuissent: tum uero legatione fungerentur. Alium: legatorum. Laudibus ferrent: Laudarent Virg. Teucros insigni laude ferebat. Reuocatis: militibus ipsis Tiberius Alexander Tacitus initium inquit ferẽdi ad Vespasianum imperii Alexandriæ cœptum festinante Tiberio Alexandro qui calen. iuliis sacramento eius legio nes adegit: isq; primus principatus dies in posterum celebratus.

Morientes diuinant

PHI. Plurimum ceptis contulerunt: hæc que secuntur plurimum iuuerunt cepta militaria de creato imperatore uespasiano. Iactatum: uulgatum. Vltionem mandantis. Otho ante obitum ferebatur episto= lam scripsisse ad uespasianum; qua illi ultionem suam obtestando mandabat tanq̃ presagiret diuinaretq; uespa sianum futurum suæ mortis ultorem. Morientes diuinare existimantur; quod confirmat Possidonius exemplo rhodii quem moriendo prodidit sex æquales nominasse: & dixisse quis: primus eorum: quis secundus: quis dein ceps moriturus esset Et quis mandatum solui dicatur morte mendatoris: tamen Vespasianus mandatum otho nis iam defuncti suscepit: susceptumq; consummauit. Simul ru. dissipatus. s. plurimũ contulit ceptis. Desti nasse: constituisse, deliberasse. Permutare hybe. legionum: refert Tacitus nihil æque prouinciam syriam; exer citumq; syriacum accendisse ad fouendas uespasiani partes: q̃ q̃ asseuerabat Mutianus statuisse Vitellium ut ger manicas legiones in syriam ad militiam opulentam quietamq; transferret. Contra ut syriacis legionibus germa nica hyberna coelo ac laboribus dura mutarentur; quippe prouinciales Syriæ sueto militum contubernio gau= debant; & a militibus nota illa & familiaria castra in modum penatum diligebantur.

Molliorēq; militiā. Asiā opimā esse & fertilē: molliq; cœlo amœnam auctores ꝓdiderunt: in quā sententiā ē illud Lucani. Quicquid ad æoos tractus mundiq; teporē labit: Emollit gentes clementia cœli. M. Tullius asiam appellat delicatam prouinciam: in qua continēter uixisse laudandum est. Licinius mutianus. s. contulit plurimum cœptis. Erat autem Mutianus id temporis syriæ ꝓpositus: cui ab initio ex uicinis ꝓuinciaꝝ administrationibus æmulatio fuerat cum Vespasiano deinde post obitum Neronis positis odiis in medium consuluerunt: hic magnificentia & opibus clarus: græce facundiæ omnium q̄q; diceret atq; faceret arte quadam erat ostērator: hic auctore Tacito Vespasianū sua oratione persuasit capescere imperium debere extat apud eundem Luculēta Mutiani Oratio ad Vespasianū. Existimo hunc esse illum Mutianū quē ter consulem Plinius appellat: eiusq; identidem citat testimonium. Vologesus parthus parthoruꝫ rex. Cornel. Tacitus Vologesis parthorū regis subinde meminit. Ille. Mutianus. Ex æmulatione. Cor. Tacitus quatuor legiones Mutianus obtinebat in pace: sed æmulatio & proximi exercitus gloria depulerat segnitiam: idē post paulū: cæterū Mutianus Syriæ Vespasianus iudeæ præpositus uicinis prouinciarum administrationibus inuidia discordes. Exitu demum Neronis positis odiis in medium consuluere: primum per amicos: dein præcipua concordiæ fide Titus parua certamina inter patrem & Mutianum aboluerat: natura atq; arte compositus alliciendis etiam Mutiani moribus. Hic: uologeses parthorum rex. Sagittariorum: sagittarios equestres græco uocabulo hippotoxotas uocant: quæ dictio frequens est apud historicos: parthos autem præpollere sagittariis satis notum: cum sagittis potissimum bella conficiant: quas etiam a tergo scienter iaculantur adeo ut non minus fugiendo noceant q̄ resistendo: hinc illud. Fidētēq; fuga parthum uersisq; sagittis. Ducibus: in primis Mutiano & Antonio primo.

Asia opima & amœna — Mutianus magnificētia clarus. — Hippotoxotæ Sagittarii parthi.

molliorem maliciam. Præterea ex pręsidibus prouinciarū Licinius Mutianus: & e regibus Vologesus parthus. Ille deposita simultate: quam in id tēpus ex ęmulatiōe non obscure gerebat: Syriacū ꝓmisit exercitū: hic. xl. milia sagittariorum.

De qbusdā miraculis p eū factis in initio principatus.

SVscepto igitur ciuili bello: ac ducibus copiisq; in Italiam præmissis: interim Alexandriaꝫ transiit: ut claustra ęgypti obtineret: hic quū de firmitate ipsi captur⁹ auspiciū: edē Serapidis sūmotis oib⁹ solis itrasset: ac ꝓpiciato multum deo: tandem se conuertisset. uerbenas coronasq; &

M. AN. Defuncti othonis: defuncti dixit ergo ab inferis missæ ergo quare uere siue falsæ adiecit: plures ita accipiunt: ut epistola ab eo ante mortem sit scripta: inde eo defuncto ad Vespasianum delata: sed Tranquillus ad sororem & Messalinam tantum codicillos Othonem exarasse ait. Germanicas legiones: quibus ipse fuerat principatu usus. Ille: Licinium. Hic: Vologesus. Ducibus: Licinium Mutianum cum sexta legione: & xiii. uexillariorum millibus præmissum Tacitus scribit.

PHI. Vt claustra ægypti. Cornelius tacitus. Titum instare iudeæ: Vespasianum optinere claustra ægypti placuit: sufficere uidebantur aduersus Vitellium pars copiarum: & dux mutianus: & Vespasiani nomen. Hic. alexandriæ in ægypto. Aedem serapidis. De serapide Augustinus in. xviii. hæc prodidit memoratu digna. Apis rex argiuorum transuectus in ægyptum: cum ibi mortuus esset: factus est Serapis omnium maximus ægyptiorum deus Cur autem serapis appellatus sit rationem Varro reddidit. quia enim archa in qua mortuus ponitur: quod omnes iam sarcophagum uocant: soros græce dicitur: & ibi eum sepultum uenerari ceperunt sorosapis: uel sorapis primo: deinde ut fieri assolet una littera commutata Serapis dictus est. Idem traditur ab Eusebio libro decimo præparationis euangelicæ & a Ruffino in undecimo historiæ ecclesiasticæ. Quidam Serapin prodiderunt esse Iouem: Cuius capiti modius superpositus sit quia cum mensura cuncta indicet moderari.

De serapide — Sorosapis — Simulacrū Serapidis.

Habebat autem serapis Alexandriæ templum opere fornicato constructum: in quo simulachrum ipsius dei erat uastum: ut dextera unum parietem: alterum leua perstringeret quod ex omnibus generibus metallorum lignorumq; compositum ferebatur. Erat & fenestra quædam perexigua dolis: & ea arte composita: ut radius solis ingrediens os & labra Serapis illuminaret. ita ut spectante populo salutatus osculo serapis uideretur a sole: serapin esse solem: esse osirim: esse omnia: & multiiugis nominibus appellari testatur Martianus in hymno heroico. De origine serapidis copiose scribit Cor. tacitus: qui ait eundem dici æsculapium q morbis medeatur. Quidam Plutonem existimauerunt esse. Macrobius tradit serapidis & solis unam esse & indiuiduam naturam. Aedes autem serapidis eleganter dicitur serapium: sicut templum Isidis isium. Et in hoc significato dictum est illud a Lāpridio in uita Alexandri: Isium & serapium decenter ornauit additis signis: & Deliacis & omnibus mysticis sed de hoc alexandrino serapidis templo id est serapio sic scribit Marcellinus in. xxii. inter quæ em[illegible]x serapium: qd licet minuatur exilitate uerborum: atriis tamen columnariis amplissimis: spirantibus signorum figmentis: & reliqua operum multitudine ita est exornatum: ut post capitolium: quo se uenerabilis roma in æternum attollit: nihil orbis terrarum ambitiosius cernat. Se conuertisset. hoc ex ritu religionis factitatum: in qua adorātes se uertigine religiosa conuertebant: quod in proximo commentario dictum est explicatius. Verbenas. uerbena ut inquit Seruius proprie est herba sacra sumpta de loco sacro capitolii: qua coronabantur feciales: Et pater patratus fœdera facturi uel bella indicturi. Abusiue tamen etiam uerbenas uocamus omnes frondes sacratas: ut est laurus oliua uel myrthus. Terentius. Ex ara hinc uerbenas sume. Nam myrthum fuisse Menander testatur: de quo id transtulit. Donatus uero uerbenas ait esse omnes herbas & frondes festas ad aras coronandas: ex aliquo loco puro decerptas dictasq; autumat esse quasi herbenas. Plinius uero in. xxii. nomine sagminum & uerbenarum significari prodidit gramen ex arce cum sua terra euulsum.

Laus serapii — Serapium Isium. — Verbenę. — Verbenæ herbenæ — Clarigarū quid uerbenarius.

Ierobatane Peristereos Sagmina Priuas uerbenas Panificia Panifex Valentissimum. Basilides

Verbena semper & legati cũ ad hostis clarigatũ mittebanẽ usi id est res raptas clare repetitũ:unus utiq; uerbenarius uocabatur. Idẽ in. xxv. uerbenacam peculiariter uocat herbam:quã græci Ierobotanẽ quasi sacram herbaʒ dicunt. Aliqui peristereon quasi colũbariã. Hæc est inquit quam legatos ferre ad hostes indicauimus. magi circa hanc insaniunt:aiuntq; si aqua spargatur triclinĩũ qua maduerit lætiores conuictus fieri. Liuius libro. x. secundi punici belli idem quod Plinius signat uidelicet uerbenas & sagmina idem significare. esse autem genus herbæ ex arce sumptum:ubi obiter declarandum priuas uerbenas & priuos silices a Liuio dici singulos:quia ueteres priua dixerunt quæ nos singula dicimus:quo uerbo Lucilius usus est. abdomina thynia priua dabo cephaleàq; carnem. Panificia. panes significat. dictũ est panificiũ a pane faciendo ut autumat Varro. unde & panifex qui panem facit dictus. Cor. Celsus i secundo tradit panificia quæ ex frumentis fiunt generis ualentissimi esse. Id autem ualentissimũ uocat; in quo plurimum alimenti est. Vt illic assolet. talia exigebat religio serapidis Alexandrini. Basilides libertus nomen hoc omen regni & principatus fecit uespasiano. Basileus eniʒ rex significatur. unde basilidis nomen pro omine imperii uespasianus accepit. Cornelius Tacitus ait sacerdoteʒ

panificia ut illic assoler: Basilides libertus obtulisse ei uisus ẽ quem neq; admissum a quoq̃: & iam pridem propter neruorum ualetudinem uix ingredi lõgeq; abesse constabat. ac statim aduenere litteræ fusas apud Cremonam Vitellii copias: ipsum in urbe interemptum nunciantes. Auctoritas & quasi maiestas quædam ut scilicet inopinato & adhuc nouo principi deerat: hæc quoq; accessit. E plebe quidam luminibus orbatus: item alius debili crure sedentem pro tribunali pariter adierunt: orantes opem ualetudinis demonstratam a Serapide per quietem: restiturum oculos si inspuisset confirmaturũ crus si dignaretur calce contingere: quum uix fides esset rem ullo modo successuram: ideoq; ne experiri quidem auderet extremo hortantibus amicis palam pro concione

ipsum nominatum esse basilidẽ: qui uespasiano denunciauerit in templo Carmeli dei cuncta illi ex animi sentẽtia euentura. Idem hanc historiam luculenter explicat his uerbis. Altior inde uespasiano cupido adeundi sacram serapidis ædem:ut super rebus imperii consuleret arceri templo cuncta iubet:atq; ingressus intentusq; numini respexit pone terguʒ e primoribus. ægyptiorum nomine basiliden:quem procul alexandria pluriũ dierũ itinere:& ægro corpore detineri haud ignorabat: percontatur sacerdotes num illo die basilides templum inesset. percontatur obuios utrum in urbe uisus sit. deniq; missis militibus explorat illo temporis momenta octoginta millibus passuum abfuisse:tum diuinam speciem & uim responsi ex nomine basilidis interpretatus est.

M. AN. Claustra ægypti: sic idem tacitus titum inquit instare iudeæ uespasianum obtinere claustra ægypti placuit:quasi claustris enim ægyptus arabico dorso clauditur. Serapidis:colebatur serapis religiose i ægypto:Macrobius serapin atq; isin cultu pene attonitæ uenerationis obseruat omnem tamen illam uenerationem soli se sub illius nomine testatur impendere:quibus uerbis apparet serapin & solem eundem esse oratus serapis a Nicocreonte cypriorum rege quis esset:respondit his uersibus: ειπ ιθεοσ τοιοσ δε μαθειν οιου κατω ειπω οθτραμιοσ κοσ μοσ κεφαλη γασ ηρ δε θαλασ σα γαια δε μοι ποδεσ εισ τα δε ουατα ερ αιθερι κει ται ομματε τηλαυτεσ λαμπρον φαοσ ηε λιοιο. Verbenas: herbas sacras plinius sagmina in remediis publicis fuere:& in sacris legionibus q̃ uerbene certe utroq; nomine idem significatur hoc est gramen cum sua terra euulsum:terentius quoq; Myrthum uerbenam appellauit. Panificia:panes quum alioquin panificium sit proprie tamen est ipsa panis factura. Basylides libertus:tacitus basylidem e primoribus ægyptiorum fuisse ait:sed siue libertus siue alterius fortunæ fuerit:certe nomen ostentum fecit βασυλευσ enim rex dicitur unde basilides.

Neruici

·PHI. Propter neruorum ualitudinem. qui neruis laborant neruici dicuntur. Victruuius in. iiii. aquæ neruicos & podagricos efficiunt. sulphurosi fontes neruorum labores reficiunt. Longe. octoginta milibus passuum aberat ab alexandria basilides id temporis. Apud Cremonam. quando Antonius primus flauianorũ dux apud Cremonam cecinnam cum uitellianis copiis profligauit. & tunc Cremona incendio deflagrauit; ubi cuncta manibus rapientium passim direpta sunt Ipsum. uitellium. Maiestas deerat:ut ait Silius. Armat maiestas æterna ducem. Et ut inquit Valerius maiestatem recte quis dixerit longum & beatum honorem esse sine honore. E plebe quidam. multa quidem miracula:ut inquit Tacitus alexandriæ euenerunt:quibus cœli fauor & quedam in Vespasianum inclinatio ostenderetur. quidam oculorũ tabe notus genibus eius aduoluitur remedium cæcitatis gemitu exposcens:tanq̃ monitus a deo serapide precabaturq; principem : ut genas & oculorum orbes dignaretur exptuere oris excremento. alius manu æger eodem deo auctore ut pede ac uestigio uespasiani calcaretur orabat:Vespasianus primo irridere aspernari famamq; uanitatis metuere. postremo estimari a medicis iubet:an talis cæcitas ac debilitas hũana ope superabiles forent. medici uarie disserentes id fortasse cordi deis esse dixerunt. & diuino ministerio principem electum. deniq; patrati remedii penes cæsarem irriti ludibrium penes miseros fore. Vespasianus iussa exequitur multitudine ad spectaculum erecta. statim conuersa est ad usum manus ac cæco reluxit dies. Sedentem. uespasianum. Pro tribunali. in tribunali tanq̃ ius diceret.

Maiestas honor sine honore. Miracula facta per uespasianũ

Per quietem. in somniis. Oculos. illius qui luminibus erat orbatus. Crus Tacitus dixit non crureq; sed manu ægrum fuisse. Successuram. habituram successum prosperumq; exitum. Hortantibus amicis. maxime medicis:qui disserebant non excussam esse uim luminis illi orbato luminibus & redituram aciem:si pellerentur obstantia:alteri uero deprauatos artus integrari posse. si salubris uis adhiberetur.

Verumq̃. inspuit oculum ægre. & calce contigit crus debilitati. Nec defuit euentus. ait tacitus utrũq; mira culũ ab his:qui interfuere;nunc quoq; memorari;postq̃ nullũ mẽdacio preciũ. Tegeæ in arcadia. tegea oppidũ est arcadiæ; unde tegeaticus Mercurius a Papinio dictus illo uersu;& cũ menalia uolucer tegeaticus umbra olim lacedemonii bellũ intulere tegeatibus ferentes secum cõpedes;tanq̃ essent redacturi illos in captiuitatẽ. uerum cõ gressi prælio ac fugati;quicũq; uiui sunt capti;eisdem quas ipsi attulerant cõpedibus cõpediti campum tegeatem metiti sunt coluerunt. Compedes illæ quibus cum uincti fuerunt lacedemonii ad memoriam usq; Herodoti in= columes manserunt circa templum mineruæ apud tegeam suspensæ.

Tegea op.
Tegeaticus
Compedes ad uinciendos tegeatas.

utrũq; tentauit: nec euentus defuit. Per idem tempus tegeæ in archadia instinctu uaticinantium effossa sunt sacrato loco uasa operis antiqui: atq; in iis assimilis Vespasiano imago.

De restitutione collapsæ reipublice per eum facta.

TAlis tantaq; cũ fama in urbẽ reuersus acto de iudæis triumpho consulatus octo ueteri addidit. suscepit & censuram: ac per totum imperii tempus nihil habuit antiquius q̃ ppe afflictã nutantẽq; rẽp. stabilire primo: deinde & ornare. Milites pars uictoriæ fiducia ps ignominiæ dolore ad oẽm licentiã audaciãq; pcesserant. Sed & prouinciæ ciuitatesq; liberæ: necnõ & regna q̃dã tumultuosius inter se agebant quare uitellianorũ quidẽ & exauctorauit plurimos & coercuit: participib⁹ aũt uictoriæ adeo nihil extra ordinẽ indulsit: ut etiam legitima præmia sero psoluerit. Ac ne quam occasionem corrigendi disciplinam pretermitteret: adolescentulum fragrantem unguento: quũ sibi pro impetrata præfectura gratias ageret: nutu aspernatus uoce etiam grauissima increpuit maluissem alliũ oboluisses: litterasq; reuocauit

Vasa operis antiqui. qualia sunt archetypa & qualia uascularii artifices antiqui factitauerunt; ut mentor agregas boetus: & mys;qui in argento celando inclaruerunt. cum in auro celando inclaruisse neminem miretur Plinius. Acto de iudæis triumpho ne credas uespasianũ statim ut romã rediit de iudæis triumphasse;id enim repugnat sententiæ historicorum qui prodiderũt uespasianũ expectasse filium Titum a iudaica uictoria reuertentem: cũ quo cõmunem triumphũ ob res bene gestas agere statuit;quamuis utrisq; senatus pprium decreuisset:pompa iudaici triũphi graphice perscripta est a Iosepho libro septimo belli iudaici:in quo inter cætera lex iudeorũ gestata fuit;quã in palatio conditã seruari præcepit uespasianus. Veteri. prio psulatui:quẽ adhuc priuatus gesserat p duos nouissimos ãni mẽses

Archetypa
Lex iudeorum lata in triumpho.

M. AN. Neruos: ualitudinẽ:ptractionẽ:aut ĩbecillitatẽ. Apud Cremonã:ubi Antonius cũ mesiacis legionibus uitellianos duplici prælio fuderat. Demõstratã:opẽ. Restiturũ:in integrũ rediturũ: id ei p qetẽ fuerat a Serapide demõstratũ. Calce:pedes. Auderet:uespasianus. Tẽtauit:experiri uoluit. Euẽtus effectus. Instinctu: suasu:motu:impulsu.

PHI. Antiquius:carius uel ut Nonius exponit melius. Nutantẽ. labantẽ uacillantẽ titubantẽ. Stabilire primo deinde ornare. Imitatores deus nos sui eẽ uoluit;q ut inquit Ambrosius i primo hexameri primo fecit postea uenustauit;ut & nos primo faciamus aliqua, postea uenustemus; ne simul dum utrũq; adorimur neutrum possimus implere. Victoriæ fiducia. uictoria suapte natura insolentes fere semper uictores facit. hinc Salustius syllanos milites postq̃ uictoriã adepti sunt nihil reliqui uictis fecisse prodidit; cum secundæ res etiam animos sapientum fatigent. Ignominiæ dolore. qui facti fuerant ignominiosi & ignominiæ nota affecti sub prioribus principibus. Exauctorauit. missos fecit a militia militaribusq; insignibus priuauit.

Primo faciendũ mox uenustãdũ
Vnguẽtati molles.
Vnguenta exotica

Indulsit. per indulgentias imperatorias benignus tribuit. Legitima præmia quæ ueteranis ex lege militari pstituta sunt;& quæ iperator pmisit se daturũ. Disciplinã militarẽ. Fragrãtẽ unguento olẽtẽ unguẽti odorẽ; unguentum autem delitiarũ causa non ualetudinis paratũ intelligimus:de quo supra satis ac super;qui unguento fragrant molles & effœminati iudicant. unde olim festiuiter Aristippus dixisse fertur: qui delectatus unguẽto; male inquit istis effœminatis eueniat;qui rem tam bellã infamauerũt. olim censores romæ edixerunt ne quis uenderet unguenta exotica:sic eñi appellauere:quæ peregrina intelligi uoluerũt. Lycurgus unguentũ eiecit ab urbe spartana ueluti corruptelã. unguentatũ apes infestant & pungũt;cum ipse sequant omnia pura. Luxuria auctore Plinio mixturam fecit odorũ:& ita reperta sunt unguenta. dicimus fragrãtem unguento & unguẽtũ. Apuleius cinnama fragrans & blasama rorãs calua pcesserit. summa autem cõmẽdatio unguentorũ est;ut transeuntẽ fœminã odor inuitet etiã aliud agentẽ. unguẽti uoluptas merito aliena dicitur a Plinio:quoniã odorem qui gerit ipse non sentit.

Præfectura. generali uocabulo prefectura ois dicitur a preficiendo;unde prefectura urbis & prefecturæ militares dictæ ægyptus diuiditur in præfecturas oppidorũ;quas nomos uocant. thracia diuisa est in strategeas qnquaginta. ita. n. uocãt pfecturas. hic militaris pfectura significat;qualis est præfecti legionũ pfecti castrorũ & præfecti fabrorũ. Nutu nutus est capitis;unde dictũ numẽ autumat Varro;ueteres inter nutare & annuere & nictare hoc interesse uoluerũt;ut nutare capitis sit annuere nariũ uel labiorũ nictare oculorum. Plautus in asinaria;nec illa ulli homini nutet nictet annuat. plinius in primo epistolarũ eleganter docet nutũ dici quãdo annuimus renutum uero quãdo recusamus;sic ei ait. Nam ego quoq; simili nutu ac renutu respondere uoto tuo possum & ita in hoc Trãquilli loco nutus p renutu accipitur. Increpuit. castigauit incessiuit. Maluissem alliũ oboluisses. sententia profecto imperatoria & memoratu digna ad luxuriam molitiãq; castigandam;nam cum odor allii in primis molestus esse soleat & olfactum infestare eorum;cum quibus sermocinamur;attamen dixit grauiter & seuere Vespasianus uoluisse se potius ut ille oleret allii odorem illum aspernabilem quam quod unguento fragraret;tanq̃ magis

Odorem q gerit non sentit.
Præfectura
Nomi
Stratageæ
Nutus
Nictare
Renutus

Classarios uero: qui ab ostia & puteolis romam pedibus per uices commeant: petentes constitui aliquid sibi calciarii nomine quasi parum esset: sine respõso abegisse iussit: post hæc excalciatos cursitare: Et ex eo ita cursitant. Achaiã: Lyciam: Rhodum: Byzẽtium: Samum libertate adempta. Item Thraciam: Ciliciam: & Comagenẽ ditiõis regiæ usq; ad id tempus in prouinciarum formam redegit. Cappadociæ propter assiduos barbarorũ ĩcursus legiones addidit cõsularẽq; rectorẽ imposuit, p equite Romano Deformis urbs ueterib⁹ incẽdiis ac ruinis erat: uacuas areas occupare & ædificare si possessores cessarẽt cuicũq; pmisit. Ipe restitutiõez capitolii aggress⁹ ruderib⁹ purgãdis man⁹ pm⁹ admouit: ac suo collo q̃d extulit

uiro conueniret essetq; res magis uirilis odor allii q̃ unguenti: si quis autem ut obiter hoc quoq; attingam; cupit
Vt odore allia careãt ut odore allia careant: ea seri iubebit cum luna infra terram sit. colligi uero cum in coitu: & ita docente Columella
in. xii. neq; acerrimi saporis existent neq; mandendum hanelitus inodorabunt. Menander e græcis auctor est: alliũ
Hanelitus inodoratur edentibus si radicem betæ in pruna rostam superederint odorez extingui. apud Plautũ tranio in mostellaria aspernatur allii fetorem. at te iupiter diiq; omnes perdant oboluisti allium germana illuies. Refert Aristoteles in problematis; si quia allium ederit: eum quoq; urinam redditurum alium redolẽtem. ab allio alcatum deriuatur, quod
Aleatum. Vlpicum, pulmentarii & intinctus genus est: de quo ait idem Plautus. sine me aleato fungi fortunas meas: ulpicum græci appellauere genus alii grandius inter pulmentaria ruris. auctores Plinius & Columella. quidã ulpicũ uocant aliũ punicũ. græci aũt αφροσκοροδον appellãt. hoc ideo de ulpico allio posui ut intelligeres illud plautinum ex penulo. tu autez plenior allii ulpici q̃
Scorodon romani remiges. græci σκοροδον aliũ uocãt. obolere aũt est tetrum odo
Obolere rem redolere ita Plautus. oboluisti allium germana illuuies. Litteras diploma significat: quo pfectura impetrata cõtinebatur. Classiarios. nauales milites. Per uices commeant. ultro citroque uicissim. eunt & redeunt instar ueredariorum cursorumque causa negociorum publicorum.
M. AN. Antiquius: utilius; melius: Cicero hoc quidem proprium est amiciciæ: sed antiquior & pulchrior: & magis a natura ipsa profecta. Ignominiæ: quia multi & a Galba & a uitelio ignominiose exauctorati fuerãt. Legitima; præmia non modo
Participibus per quos fuerat uictoriã adeptus Indulsit; indulgẽter concessit. Legitima; præmia non modo donatiuum aliquod sponte dederit Oboluisses fragrasses; oluisses. Litteras; quibus illum præfectum designabat.
Per uicos commeant publico ne an priuato negotio non dicit: sed publico accipe: & enim si ex cõmeatu per uices domum cursitassent haud ausi essent calciari nomine aliquid publicẽ petere.
PHI. Calciarii noie. qui pedibus more cursorũ iter iugiter faciũt calciamẽta multa ꝯsumunt: unde illi pete
Calciariuz bãt sibi cõstitui aliqd præmii noie calciamẽti calciariũ. n. calciamẽtũ significat: sicut uestiarii noie uestitus intelli
Vestiariuz. gitur: quãuis aliqñ pro repositorio uestiũ accipiat. Vlpianus titulo de alimẽtis legatis; Diariis uel cibariis relictis
Exchalciar neq; habitationẽ neq; uestiariũ neq; calciariũ deberi palã est. Abegisse. repulisse reiecisse. Excalciatos discalciatos sine calceis. a Seneca excalciati dicunt mimi; q sine coturno & socco agunt fabulaz; quales sunt planipedes: decẽti aũt trãslatione per excalciatos signat stilũ humilẽ: sicut p cothurnatos grãdiloquũ. uerba Senecæ hæc sunt ex primo epistolarũ q multa Publii nõ excalciatis sed cothurnatis dicenda sunt. alias exchalciare significat chalco. id est ære despoliare: & tunc scribit p aspirationẽ. hinc ille iocus in uoraniũ Catulli libertum furacissimum qui
Iocus cum deprehensus a nũmulario esset: de cuius mensa nũmos subtractos in calceos sibi infarciuerat. quidã re cognita festiuiter inqt: ue tibi si te nũmularius ille exchalciauerit ita chalcõ. i. æs ablatum excalciato obiecit. Lyciam
Si te ex calceauerit asiæ regio est ꝓxima pãphyliæ & ciliciæ. lycios ciuiliter uixisse refert Strabo in. xiiii. Bizantiũ. hodie Constan
Lycii tinopolis uocatur Samum. insula est Ioniæ fœcundissima: cui prouerbium illud accõmodatur. quod etiaz fere
Samos lac gallinaceum. Ditionis regiæ. quæ regiones fuerant sub regia potestate. In prouinciarum formã. Egesip
Prouinciæ. pus in. ii. historiarũ principatus inqt Archelai conuersus est in nomẽ prouinciæ. quo noie romani cum in ius suũ uincendo redigerent procul positas regiones appellauere. Pro equite romano. ut que prius rectorem ex ordine equestri habere solebat nũc regeretur a rectore consulari: cuius auctoritas & dignitas maior est. ita olim ægyptus quoq; per equites romanos loco regum obtinebatur quod a diuo Augusto institutum fuisse Tacitus prodidit.
Miranduz mirandũ est id quod de capadocibus idonei scriptores prodiderũt; quibus roma. cõcessere; ut gens ea libera esset
de Cappa secundum amiciciã & societatẽ ante contractã. sed principes libertatem recusarunt dicentes se eam ferre non posse
docibus. & ut rex sibi daretur orarunt. Romani admirati q̃ inuenirentur; qui libertatem recusarent permisere ut quem uel
Libertatez lent regem eligerent. qui elegerũt regem Ariobarzanem. Deformis urbs. sicut superiora ad illud uerbum stabi
recusarunt lire ita hoc ad illud ornare est referendũ. priora. n. declarant Vespasianũ stabilisse rẽp. ista uero uenustasse. Va
cappadoces. cuas areas occupare. Sextus Aurelius in hanc sententiã sic scribit. hic romã deformẽ incendiis ueteribus; ac ruinis reparauit: pmissa si dñi deessent uolẽtibus ædificãdi copia. ita olim roma post incẽdium gallicanũ restaurata est;
Restitutio dum romani omisso sui alieniq; discrimine in uacuo ædificant. Restitutionẽ capitolii. curam restituendi capi
capitolii. tolii cõtulit Vespasianus i Luciũ uestinũ: quo cõtracti aruspices monuerũt; ut reliquiæ prioris delubri in paludes aduehereñt; tẽplũ hisdẽ uestigiis sisteret. ita. xi. Calen. Iulii spaciũ omne quod tẽplo dicabat euinctum est uittis. ingressi sunt milites quibus fausta essent nomina; deide uirgines uestales cum pueris puellisq; patrimis matrimisq; tum heluidius pretor præeunte pontifice lustrauit aream capitolii: precatus Iouẽ Iunonem & Mineruam capitolinos deos: ut cepta prosperarẽt. mox uittas illas quibus ligatus lapis innexiq; funes erant contigit: simul ceteri magistratus & sacerdotes & senatus & ordo equester & pars magna populi passimq; iniectæ sunt fundamẽtis argenti & auri stipes & metallorum primitiæ. Ruderibus. reliquiis prioris combusti templi.

aerearumq̧ tabularum tria milia: quæ simul conflagrauerant restituenda suscepit undiq̧ inuestigatis exẽplaribus. Instrumentum imperii pulcherrimũ ac uetustissimum cõfecit: quo cõtinebant pene ab exordio urbis senatuconsulta: plebiscita de societate & fœdere ac priuilegio cuicũq̧ cõcessis.

De operibus publicis per eum factis & supplemento senatus.

FEcit & noua opera: templum pacis foro proximum. Diuiq̧ Claudii in Celio monte cœptum quidem ab Agrippina: sed a Nerone prope funditus destructuz Item Amphiteatrum urbe media ut destinasse comperat Augustũ. Amplissimos ordines: & exhaustos cæde uaria & contaminatos ueteri negligentia purgauit: suppleuitq̧ recenso senatu: & eqte: submotis ĩdignissimis: & honestissimo quoq̧ italicorum & ꝓuincialiũ allecto: atq̧ uti notum esset utrũq̧ ordinem nõ tam libertate inter se q̃ dignitate differre. De iurgio quodam senatoris equitisq̧ Romani ita pronũciauit nõ oportere maledici senatoribus: remaledici ciuile fasq̧ esse.

De litigiis per eum compendiosissime decisis: & aliis gestis.

LItium series ubiq̧ maiorem in modum excreuerant:

Aerearum tabularũ. æreæ tabulæ ad magnũ numerum in capitolio fixæ prius extiterant: quibus publica monumenta cõtinebãtur. oĩa cum flagrassent una cũ incenso capitolio curauit Vespasianus ut restituerentur cum exemplaria ex quibus illa transcripta fuerãt undiq̧ inuestigasset: quod aũt in capitolio forent publica monumẽta & leges & fœdera in tabulis æneis scripta testanĩ historici & docet Polybius: q̃ scribit in tertio fœdera: quæ inter romanos & carthaginenses icta fuerunt perscripta in tabulis æneis fuisse: quæ conspiciebantur in templo Iouis capitolini: ubi ab ædilibus diligentissime custodiebanĩ. M. T. scribens in Catilinã ait æra legũ in capitolio fuisse tacta de cœlo & liq̃facta. pli. queq̧ tradit publicas cõstitutiões incidi solitas in tabulis æreis. Li. refert in tertio consulta olim fuisse relata in ædem Cereris ad ædiles. & olim fœdus ictum cum latinis fuit insculptum in ænea colũna. scribit Plato i libello de lege. leges æreas esse noĩatas a tabulis æneis: quibus erant insculptæ.

Aereæ tabulæ

Fœdus in columna ænea.

Leges æreæ.

M. AN. Achaia liciam: de his aliis quæ sequuntur satis alibi. Libertate adẽpta: in ꝓuinciæ formã redegit. Ditionis regiæ: quæ sub regibus fuerãt. Pro eqte romano: loco equitis: per cuius ordinis uiros fuerat antea administrata. Areas loca in quibus ædes fuerant. Tabularum ærearum qbus tribunorũ acta: & alia publica monumẽta cõtinebanĩ quod autẽ ad tribunos attines: Plutarchus contra inqt Ci. neq̃q̃ signis cum magna hoim manu in capitolium profectus tabulas a Clodio fixas: in quibus res gestæ tribunatus sui scriptæ erant ui refixit atq̧ perfregit. Inuestigatis: diligenter conquisitis.

PHI. Instrumentũ. nomine instrumenti significatur hoc loco monumentum scriptarum ad res gestas pertinentium ad Imperium romanũ. Quale ferme est repertorium: quod ut Vlpianus ait titulo de administratione tutorum. uulgo inuentarium appellatur. alias instrumentum generali uocabulo dicitur apparatus quo fundus taberna & id genus alia instruunĩ

Instrumentum

De societate & fœdere. apud Liuium extant formulæ fœderum: quæ percussit: & societatem: quas coiuit populus romanus cum legibus & nationibus externis. Priuilegio. priuilegia sunt: quæ non de uniuersis ciuibus sed de singulis concepta: sicut est de imperio. Cn. Pompeii & de reditu Marci Ciceronis. priua enim ueteres singula dixerunt. Templum pacis. post triumphum & romani imperii firmissimum statum Vespasianus paci templum ædificauit: quod ut inquit Iosephus mira celeritate confectum est. in hoc templo clarissima quæq̧. artificũ opera dicata sunt ab ipso uespasiano: quod & Pli. memorat in. xxxiiii. cuius hac quoq̧ tempestate uestigia maxima conspiciuntur. de templo pacis ait Martialis Limina post pacis palladiumq̧ foruz. Diuiq̧ claudii scilicet templum. Sextus Aurelius sic ait. ædem pacis Claudiiq̧ monumenta reparauit: multaq̧ noua instituit. In celio mõte. unus est ex septem montibus urbis: quem ut auctor est Liuius addidit urbi romæ Tullus Hostilius: ibiq̧ habitauit: dictus autem est celius a celio uibeno thusco duce nobili: qui cũ sua manu dicitur Romulo uenisse auxilio contra latinum regem proximus celio Celiolus est. auctor. Mar. Varro. Ab agrippina. ipsius claudii coniuge.

Priuilegia

Templum pacis.

Celius mons

Item amphiteatrum. repete uerbum illud fecit. Amplissimos ordines. senatorius & equester ordo significatur: Exhaustos cæde uaria. mutilatos: diminutos. comesos. Contaminatos: pollutos de honestamẽtis eos: qui in eos ordines recepti ante hac fuerãt. Purgauit. ad cõtaminatos referendũ: sicut suppleuit ad exhaustos.

Recenso. recognito & recẽsito ꝑ recensionẽ. de qua dictũ est in primo cõmentario. Equite: ordine equestri.

Quoq̧. quocunq̧. Italicorum ac prouincialiũ. hæc duo apud eruditos sibi inuicem opponuntur. Plinius ĩ epistolis. Italicus es an ꝓuincialis. & Columella ubi de cultura uinearum italicarum scripsit: mox de cultura prouincialium uinearum caput luculentum facit in. vi. Quam dignitatez differre. ut in ordine senatorio dignitas tantummodo maior intelligatur quam in equestri libertas uero in utroq̧ ordine par. De iurgio pronunciauit. tanquam senator aduersus equitẽ agere uellet ex formula actionis iniuriarum; quæ non solum rebus fiunt sed etiã uerbis ut conuitium siue iurgium fit. Remaledici ciuile fasq̧ esse: uoluit Vespasianus hac circunspecta librataq̧ sententia significare senatorẽ ab equite sola dignitate differre: tanq̃ non debeat eques prior lacessere conuitio iurgareq̧ senatorem: sed si lacessitus fuerit ut fas sit par pari rependere & remordere mordentem iuxta illud etriuio. si dixeris quod uis audies quod non uis; & illud prout sementem feceris ita metes.

Italicus

Prouincialis.

Prout semẽtem feceris ita metes.

Manentibus antiquis. non litibus prioribus explicatis.

M. AN. Instrumentum: nunc plane demonstrat quo argumento tabulæ illæ uissent notate. Templum pacis: cuius hodie quoq; uisuntur uestigia ad leuam: uia sacra ad Mariæ cognomento nouæ fanũ tendẽtibus. Diui claudii templũ repete. Amphitheatrũ: id opus magna ex parte adhuc extat inter palatiũ Cæliũ: & ædẽ uirginis cuius ꝓxime meminimus. Destinasse: aio cõcepisse. Amplissimos ordines senatorium & equestrem. Purgauit indignissimo quoq; suo ordine submoto. Non tã libertate: auctoritate & potentia. Remaledici maledictis rñdere. Antiq;: litibus.

manentibus antiquis intercapedine iurisdictiõis accedẽtib⁹ nouis ex cõditione tumultuq; tẽporũ: sorte elegit per quos rapta bello restituerenť: quiq; iudicia cẽtumuiralia: quibus ꝑ agendis uix suffectura litigatorũ ætas uidebať. extra ordinẽ diiudicarent redigerẽtq; ad breuissimum numerum.

De quibusdam legibus per eum decretis.

Libido atq; luxuria coercente nullo inualuerat. Auctor senatui fuit decernẽdi: ut quæ se alieno seruo iũxisset ancilla habereť. Neue filiorũ familias fœneratoribus exigendi crediti ius unq̃ esset: hoc est ne post patrum quidem mortem. Cæteris in rebus stati ab initio pricipatus usq; ad exitum ciuilis & clemens.

De mediocritate originis ei⁹ per eum agnita: & recusatione pomparum.

Mediocritatẽ pristinã neq; dissimulauit uuq̃: ac frequẽter etiã pre se tulit. Qui & conãtes quosdã originem

PHI. Intercapedine iurisdictionis: interstitione quadam & cessatione ueluti quodã institio dicendi iuris:
Intercapedo. intercapedo enim pro interuallo spacioq; accipitur. Marcianus in astrologia. inter circulos uniuersos. quid interstitii intercarpedo naturalis immiserit equũ est explicare. alias intercar
Intercapedo inter obscœna. pedo obscœnũ uerbum est: quod innuit Cicero in epistola ad Papyrium petum: cum ait. Quid enim nõ honestum uerbum est diuisio. at eñ inest obscœnum: cui respõdet intercapedo: & hoc est qđ symbolicos: & subobscure intelligi uoluit Quintilianus cuius uerba sunt hæc ex libro. viii. institutionũ. sed diuiso affert eandẽ iniuriã pudori: ut si intercapedines nominatiuo casu quis utatur. Tumultuq; temporũ. tumultuosa tẽpora scatere solẽt nouis & multiiugis litibus. merito excreuerat numerus litium quando per superiora retro tempora gliscentibus uigentibusq; ciuilibus bellis & othonianis & uitellianis: leges & iudicia consilescebant: & uelut intermortua languebant: cũ ius in armis foret: & uis coleretur: iuxta illud Silii: uis colitur iurisq; locum sibi uendicat ensis. Sorte elegit. uoluit ut per sortitionem deligerentuř prefecti restituendarum rerum: quæ bello uitelliano a militibus raptæ fuissent. illo enim tempore: qui uiribus plus potest iure plus posse creditur: & unusquisq; existimat sibi licere impune rapere & spoliare quoscunq;. Vix suffectura ætas. tanta erat multitudo litiũ atq; causarum tãq; multi litigatores: ut uix credibile uideretur tandiu uicturos litigatores. ut suarũ litiũ cernerẽt peracta iudicia. unde instituit uespasianus iudices: qui cognitione extraordinaria de causis ad centũuiros ꝑtinentibus diiudicarent. de cẽtũuiris & centumuiralibus causis suo loco affatim dictum est. Ad breuissimum numerũ. Seruius enarrãs illud ex secundo æneidos. si uno ordine habetis achiuos: ait id de antiqua tractũ scientia: quia in ordine dicebantur causæ
Libido. ꝓpter multitudinẽ uel tumultũ festinantiũ. Libido. cupitas rei ueneriæ. alias pro generali uocabulo accipitur ois cupiditatis. unde libido gloriandi dicta q̃ iactantia nũcupať ut inqt Augustinus. & libido ulciscẽdi libido dominãdi. interdũ honesta dictio est. Salustius. magis in decoris armis & militaribus equis q̃ in scortis atq; cõuiuiis
Poene sunt medicinæ. libidinẽ habebãt. Luxuria. effusus effrenisq; & imodicus delitiarũ sumptus. Coercẽte nullo. pœnas dixit eleganter Aristoteles in. ii. ethicorum esse quasdã ueluti medicinas. tradit Liuius libro. xxxiiii. leges latas fuisse ad coercendam luxuriam. sed sicut ante morbos necesse est cognitos esse q̃ remedia eorũ sic & cupiditates prius natæ sunt: q̃ leges: quæ his modũ facerent. ubi autẽ nullus neq; magistratus neq; lex delictũ coercet: passim peccatur impunitas enim parit libidinem peccandi. Quæ se alieno seruo iunxisset. hoc antea factitatum esse memorat Tacitus a Claudio. qui retulit ad senatum de pœna fœminarũ: quæ seruis coniungerentur: statuitq; ut ignato domino ad id prolapsæ in seruitute haberentur. sin cõsensisset ꝓ libertis. reperto eius relationis fuit Pallas ille libertorũ potentissimus: nã si turpis domini existimať concubitus cũ ancilla: longe turpior uideri debet dominæ consuetudo cum seruo: quoniã ut inquit eleganter Quintilianus in quinto. non idẽ est dominũ cum ancilla coisse: qđ dominam cum seruo: apud iurisc on. titulo ad legem iuliã de adulteriis tractatur de seruo adulterii accusato: iubet lex eos seruos: de quibus questio adulterii habita sit publicos esse: apud ægyptios mulier adulterii ultronei damnata naso mutilabať: ut ea maxime parte multaretur: qua cum ipsis facies exornatur. Diodorus auctor. in secundo bibliotheces. Ne ue filiorum familias fœneratoribus. Oratius satyrice taxat fusidium fœneratorem sordidum qui filiis familias sub grauibus usuris pecunias fœnerabat. uersus Oratii hic est. nomina sectať modo sumpta ueste uirili sub patribus duris tyronum. & enim cum filiis familias pecuniæ credantur cum periculo exigendi: solẽt fœneratores ob id grauiores usuras imponere. Vespasianus salubriter iuit obuiam huic fœneratorum improbita
Adultera naso mutilabatur. ti: dum decretum fieri uoluit: ne fœneratores exigere possent a filiis familias pecuniam sub usuris creditam etiam post mortem parentum: quando iam ipsi esse cepissent patres familias. Mediocritatem pristinam. noluit Vespasianus facere id: quod multi facere consueuerunt: ut suum genus quando parum splendidum & generosum est dissimulent: immo aperte ipse sui generis mediocrem conditionem ostentabat. Non enim spectandum est ut pro gnatus sed ut moratus quisq; sit. & auctor est Demosthenes in oratione pro cresiphonte. nemo nec ex nobilitate parentum laudandus: nec ex ignobilitate culpandus est.

M.AN. Intercapedine:intermissione. Nouis:litibus. Sorte neq̄d ambitiose ab his fieri putaret. Rapta bello:quæcūq; in armorū cuiq̄ adempta essent. Quæ:mulier licet ingenua. Iunxisset:matrimonio scilicet. Filiorū famlias: q adhuc sub mācipio pr̄is essent. Ne post patrū quidē mortē: ne fœneratorū fraude circumuenti adolescentes clandestine quoquo modo se illis obligarent. Mediocritatem:humilitatem generis.

Flauii generis ad conditores reatinos comitemq; Herculis: cuius monumētū extat uia salaria referre: irrisit ultro: adeoq; nihil ornamentorū intrinsecus cupide appetiuit: ut triumphi die fatigatus tarditate & tedio pompæ nō reticuerit: merito se plecti: qui triūphum quasi aut debitum maioribus suis aut speratum unq̄ sibi tam inepte senex cōcupisset. Ac ne tribunitiam quidem potestatem: & patris patriæ apellationem: nisi sero recepit. Nam consuetudinem salutantes scrutandi manē te adhuc bello ciuili omiserat.



De modestia eius contra audacius ad eum loquentes.

Amicorum libertatem causidicorū figuras ac phōrum

PHI. Flauii generis familiæ uespasiani. Ad cōditores reatinos. hoc munus adulatorū est; q dum q̄runt per assentatiūculas principibus gratificari:illorū genus referre solent ad deos immortales:sicuti olim assentatores infatuarunt Alexandrū;ut se Iouis:Hamonis filiū esse crederet fastidiretq; Philippum patrē:unde apud Curtiū ait Hermolaus. tu Philippum p̄rem auersaris:& si qs deorū ante Iouē haberetur:fastidires etiā Iouem.
Dictum Hermolai
Comitemq; herculis: tanq̄ illi q reate oppidū in sabinis cōdiderunt fuerint in herculis comitatu:Silius tamē cecinit reate non herculi fuisse dicatum sed magnæ matri cælicolarū: herculē autem uenisse in Italiam post abacta gerionea armēta uulgo notum est. unus ex comitibus Herculis fuit Zacynthus a cuius noīe & sepulchro dictū est Saguntū.
zacynthus comes herculis.
Via salaria a sale dicta ē uia salaria:qm̄ illa sal in sabinis portari cōsueuerat. Irrisit ultro:tanq̄ meros adulatores assentatoresq; quod malum in principum aula est perpetuū. Intrinsecus. qdā forinsecus magnifici uideri uolūt. cū domi sint sordidi. e cōtrario qdā circa culturā corporis sui sunt nimis curiosi:cū in propatulo & foris ornamenta nō quærant. Tarditate & tedio pompæ. lege Iosephū describētem luculēter triumphi iudaici pōpam. post cuius simulacra & pegmata aliaq; gestamina Vespasianus prior ibat & Titus deinde sequebat̄. Domitianus uero adequitabat. pompæ autē finis fuit Capitolini Iouis tēplū:ubi hostiis per uota solēnia immolatis in palatiū recesserūt.
Pōpa triūphi iudaici
Se plecti. puniri & poenas dare. inde capite plexi pro capite puniti dicunt̄.
Capite plexi.
Qui triumphū tam senex cōcupisset. tanq̄ senes exacta uitæ maiori parte honores & id genus ornamēta ambire nō debeant:ut decrescente ætate pariter quoq; cupido minuatur. hinc a Tacito dictum est. sed in tanta mole belli plerumq; contatio oberat. & Vespasianus modo in spem erectus aliquando aduersa reputabat; quis ille dies foret: quo sexaginta ætatis annos & duos filios iuuenes bello permitteret:esse priuatis cogitationibus pgressum imperiū cupientibus nihil mediū inter summa & præcipitia.
Senex sitiēs honorum non sit.
q aūt senex in cuius labris primoribus anima habitare fertur honores appetere non debeat docet exēplū Deiotari & Crassi. Nāq; M. Crassus ad expeditionē parthicā proficiscens cū in itinere Deiotarū regē extremo iam senio confectū nouam tamen urbē ædificantē comperisset:talibus uerbis in eum iocatus est. o rex quid nam hoc est negocii:qui cum iā duodecima diei hora tibi adsit:nouā urbē condere incipis:ad hoc subridēs Diotarus. tu uero inqt imperator cū sis haud quāq̄ satis:ut uidere uideor matutinus:tamen in parthos cū exercitu festinas. erat eñ id temporis sexagenarius Crassus:& aspectu lōge grandiorem preferens ætatē.
Exemplum crassi & Deiotari
Igit̄ Vespasianus fatigatus tarditate pōpæ triumphalis merito inquit punior:qui cum senex sim tā inepte desiderauerim triūphare:quasi triūphus maioribus meis ob generis nobilitatē deberetur aut a me sperandus fuisset. cum plane ob ignobilitatem genti Flauiæ haud quāq̄ triumphus deberetur:neq; a seniore foret concupiscendus sperandusue. Tribunitiam potestatem. iam supra memorauimus quēadmodū tribunitia potestas imperatoribus romanis dabatur:quæ erat pars maxima regalis imperii. Salutantes scrutandi. ex suspitione & metu principum hæc consuetudo nata est:ut salutatores dum principē adeūt officii causa explorentur per ministros scrutatores:ne sub ueste ferrum delitescat. olim Seuerum imperatorem centum senatores salutauerunt ex cōsuetudine excussi. ne quid ferri haberent.
Salutatores excussi.
cæterum bonus princeps beniuolentia suorū septus circūuallatusq; talia non timet:a cuius salute uelut a filo pendet salus subditorum sicut a salute illustris patris tui clarissime mi Annibal pendet salus uniuersorum Bononiensium. hæc eñ ciuitas ueluti corpus:ille uelut anima est ciuitatis.
A salute pricipis uelut a filo salus subditorum
Manēte adhuc bello quod tempus ut pote periculosius magis caueri solet a principibus. Libertatem. loquendi consuetudinem liberiorem & linguæ liberæ contumelias Sextus Aurelius in hanc sententiam inqt. ferebat patienter amicorum motus:contumeliis eorum ut erat facetissimus: dictis iocularibus respondens. Causidicorum figuras. figuratas reprehensiones & obliqua dicta:quibus in actione causarum principē taxabāt. Philosophorum contumaciā. sæpe philosophi ex professione sectæ cōtumaciter agunt in principes:ueluti illorum sint contemptores:ex qua opinione est illud Senecæ in. x. epistolarū. errare mihi uidentur:qui existimant philosophiæ fideliter deditos contumaces esse ac refractarios & contemptores magistratuum aut regum eorumue:per quos publica administrantur.
Laus Io. bētiuoli contumaces philosophi

M.AN. Conantes:subtili uana:adulatoria interpretatione. Comitemq; herculis:ex quo apparet Reate ab iis qui ex commitatu Herculis fuissent conditum. Irrisit:pro uanissimis habuit. Intrinsecus:intra se Merito se plecti:eo affici incommodo. Quasi debi. qua professione per belle ostendit supra omnem familiæ dignitatem se tantos honores ademptum. Senex:ipse iā senio cōfectus. Scrutandi:ad salutationē admissos:an ferrum haberent. Libertatem:siqd liberius domestico usu & consuetudine secum loquerentur. Causidicorum figuras:figuratas cauillationes. Contumaciam:propositum repugnantiam.

contumaciã leniſſime tulit Licinium Mutianum notæ impu=
diciriæ: ſed meritorum fiducia minus ſui reuerentem: nunq̃
niſi clam & hactenus retaxare ſuſtinuit: ut apud cõmunẽ ali=
quem amicum querens adderet clauſulæ. Ego tamen uir ſum
Saluium liberalez in defenſione diuitis rei auſum dicere: quid
ad Cæſarem: ſi Hipparchus ſeſtertiũ miles habet: & ipſe lau
dauit. Demetrium Cinicum in itinere obuium ſibi poſt dam=
nationem: ac neq; aſſurgere neq; ſalutare ſe dignantem: obla
trantem etiam neſcio quid ſatis canem habuit appellare.

De obliuione inimicitiarum & contra eum
gestorum.


Ffenſaruz: inimicitiarũq; minime memor executor=
ue Vitellii hoſtis ſui filiam ſplendidiſſime maritauit.

Mutianus. PHI. Licinium Mutianum: exemplum hoc eſt de libertate amicorum. Meritorum fiducia: ſi uerũ ſcru
tari uolumus Veſpaſianus Imperium debebat Mutiano: a quo & incitatus & maximis uiribus adiutus fuerat. un=
de merito dixit Tacitus Mutianum ſociuz magis imperii egiſſe q̃ miniſtrum. Idem alibi ait: q; Mutianus urbem
ingreſſus cuncta ſimul in ſe traxit apparatu inceſſu excubiis uim principis amplectẽs nomen remittens. Igitur nõ
immerito Mutianus minus reuerebatur Veſpaſianum ex magnitudine beneficiorum: que in illuz ampliſſima cõ
Reuerens tulerat. Minus ſui reuerentem. minorem Veſpaſianum reuerantia proſequentem. in hoc loco reuerens nomen
eſt non participium. nã ut docet Pri=
ſcianus in. xi. participia ſunt ſi uerbo=
rum ſeruauerint cõſequentiã ſin amiſ
ſis temporibus caſus quoq; quos no=
mina ſolent uerbalia ſequi: attrahant:
Amans il= lius. tranſeunt in ea ut amans illum partici
pium eſt. amans illius nomẽ. ut ama
tor illius. ſic reuerens illum erit parti
cipiũ. reuerens illius nomẽ. ut in hoc
loco. reuerentez ſui nomen eſſe liquet
cum genitiuo iungatur. Hactenus
ut ad hoc dictum ſolum progredere
tur. Retaxare. remordere repercu=
tere. taxare enim eſt maledictis tange
Taxatores. re: unde & taxatores dicti. hinc retaxa
re deducitur. Querens cõquerens
de imodica Mutiani libertate. Ego
tamen uir ſum. de hoc Sextus Aureli=
us. Namq; Licinium mutianum quo adiutore ad imperium peruenerat: fiducia meritorum inſolentem flectebat
adhibito aliquo utriq; familiari: id unum dicens noſti me uirum eſſe. hoc uerbo taxabat Mutianum tanq̃ effœmi
Parum uir. natum & muliebri impudicitia famoſum. a Seneca parum uir dicitur mollis & euiratus. Idem alio loco taxatus
effœminataz Romanã iuuentutem certare inquit cum fœminis & immundiſſimis ſe excolere munditiis noſtro=
Quis ſatis uir. rum adoleſcentium ſpecimen eſt: quis æqualium noſtrorum ſatis ingenioſus ſatis ſtudioſus immo quis ſatis uir
eſt emolliti eneruesq; quod nati ſunt inuiti manent: expugnatores alienæ pudicitiæ negligentes ſuæ. Saluium
liberalem. nomen eſt cauſidici: ut hoc referas ad figuras cauſidicorum Diuitis rei. Hipparcum ſignificat qui cum
Quid ad cæſarem eſſet diues & reus defendebatur a Saluio liberale. Quid ad Cæſarem. uerba ſunt Cauſidici dicta in Veſpaſia.
mordaciter nimis: tanq̃ diuites ſoliti eſſent fieri rei damnariq; ob diuitias. Et ipſe laudauit. Veſpaſia. hoc figu=
ratum dicendi genus quo uſus erat Cauſidicus laudauit: nam cum uiſus eſſet. ſimpliciter dicere. nihil pertinere ad
Cæ ſi Hipparchus reus eſſet diues; cum ex illius diuitiis nihil ſpectaret ad principem tamen figurate & latenter p
obliquum dictum intelligi uoluit cauſidicus non debere principem inhiare diuitiis reorum opulentorum: ut ob
id uel inſontes damnarentur. Apud ſcriptores diſciplinæ rhetorice imprimisq; apud Martia. & Fortunatianũ mẽ
PRæter sæuitiam suspecta in eo etiam luxuria erat qđ ad mediam noctem comesationes cum profusissimo quoq; familiarium extenderet: nec minus libido propter exoletorum & spadonum greges: propterq; insignem reginæ Berenices amorem: cui etiam nuptias pollicitus ferebaẽ. Suspecta & rapacitas ꝙ constabat in cõcionibus pris

Edicta: imperatoria. Etiam quæstoris uice: cum quæstorem significat: qui candidatus principis dicebatur quiq; epistolas eius in senatu legebat: ut refert Vlpianus titu. de offi. questoꝝ. De tali questore loquit̃ Tacitus: cũ ait: oratio principis per quæstorem eius audita est. Nisi ab equite romano administratã: hinc dixit Plinius Titum affecisse dignitate ordinem equestrem: dum pfectus ptorio nobilitat illum magistratum a solis equitibus ad
Præfectus ministrari solitum. Verba Plinii sunt hæc: & quod his nobilius fecisti dum illud patri pariter & equestri ordini
Prætorio. præstas: præfectus ptorii eius. Erat autem præfectus prætorio talis apđ principem: qualis magister equitũ apud dictatore: appellari a sententiis præfecti ptorio non poterat. Suspectissimũ quẽq; oppressit. Sextus Aurelius nam præfecturã patre imperante adeptus: suspectũ quẽq; & oppositum sibi immissis qui per theatra & in castris inuidiosa iactantes: ad poenã poscerent: quasi criminis cõuictos oppssit. Submissis: occulte & furtim immissis quibusdam: absoluta elocutio est per septimũ casum. Haud cunctãter: sine cunctatione: quod & incõ
Inconctanter. ctanter dicitur.

M. AN. Secus: quasi regiũ nomen non religionẽ secutus id capiti insigne induxisset. Regium: extremũ Italiæ oppidũ circa fretũ siculũ. Arguens: refellens: diluens. Principẽ principis munus & psonã sustinens. Pli. ad eundem Titũ: Sciunt oẽs q̃ ex æquo tecum uiuat iperiũ. Triumphauit cũ patre censurãq; gessit: idem auctor triumphale & censorium ius exeasq; cõsul: ac tribunitiæ potestatis particeps. Etiam quæstoris uice: tuam ut diximus quæstorum erat publicas i senatu litteras recitare. Præfecturam prætorii. Plini. eodẽ fere loco: & quod his nobilius fecisti: dũ illius patri pariter & equestri ordini præstas præfectus prætorii eius. Inciuilius: parũ ciuiliter quasi cõsensu suo & patris quum patre inscio id faceret. Haud cunctanter: sine mora & cunctatione ulla.

PHI. Aulũ cecinnã: Sextus Aurelius causam cecinnę mortis fuisse memorat suspitionẽ stupratę berenices
Demetrius quæ a Tito amabatur. Tranqllus uero sentit confossum fuisse ex suspitione coniurationis: ob iuẽtũ chirogra-
polior cetes. phũ: quo continebatur præparata apud milites coniuratio. Vocatum ad coenã: culpa fit atrocior a loco: cũ dii hospitales & sacra mensæ hospitis sanguine polluntur. Cõsimiliter Demetrius poliorcetes: hoc ẽ expugnator urbium cognominatus Alexandrum ad cænam uocauit: eumq; e coenaculo egredientem multis uulneribus confodi imperauit. Legimus apud scriptores ecclesiasticos Simonẽ uocatũ ad cõuiuiũ fuisse interfectum: una cum duobus filiis a Ptolomeo conuiuatore. Securitati satis: cauit: ut securior deinceps foret & tutior. Quis: quispiam alius. Tã aduersa re: alii codices habent aduerso rumore: utrunq; refertur ad iugulationem Cecinnæ & oppressionem eorum quos suspectos habebat. Luxuria suspecta: immodica profusio in uictu: & prolixor in epulis mo-
Comesationes ra. Comesationes: supra docuimus comesationem accipi peculiariter a Tranquillo omnem cibum: qui post coenam sumitur: quod plane luxuriosi est: unde & comesari accipitur pro cibum cape iam exacta coena: sicut eti-
Comesari am apud Liuium nouissimo belli macedonici libro. Demetrius iam coenatus quin comesatum inquid ad fratrem
Comesatores. imus. Hinc factum est ꝙ comesationes interdum accipiuntur pro intempestiuis epulis & extraordinario ac esculentiore uictu. Et comesatores dicti: qui indulgent gurgitibus prandiorum & uoraginibus coenarum. Causa nominis ante fuit explicata. Nec mi. libi scilicet erat in Tito suspecta. Exoletorum & spa. hæc sunt instrumẽta libidinosi principis & uenerii: de quibus non pauca antedictum est. Romæ fuisse exoletos qui passiua libidine prostituerentur instar prostitutarum meretricum: testis est Lampri. qui scri. Alexandrum Ro. habuisse in animo ut exoletos uetaret: quod postea Philippus fecit: sed ueritus est ne prohibens publicum dedecus in priuatas cupiditates converteret: cum homines illi cita magis poscant prohibitaq; furore persequantur.
Berenices amo. de hac Tacitus: nec minore animo regina Berenice iuuabat ptes florens ętate famaq; & seni quoq; Vespasiano magnificentia munerum grata. Idem alio loco indicat Berenicen a Tito adamatam fuisse: cum
Berenice. ait: animum Titi iuuenilem non abhorruisse a Berenice: cuius desiderio accensus ferebatur olim ex græcia in Iudæam uertisse iter. Opinor hanc esse illam Berenicen Agrippæ sororem: cuius magna mentio fit apud Iose. & Egesip. de qua uulgatus est rumor: ꝙ cum agrippa fratre coiret: unde ad falsas collocutiones coarguendas Pole-
Nimietas moni Lyciæ regi denupsit: quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt: cum Berenice propter nimietatem coitus Polemo
coitus in nem dimisisse prodatur: aliæ berenices celebrantur a clarissimis conditoribus. Nuptias pollicitus. ob hoc
berenice. Sextus Au. uidetur appellasse Berenicen Titi uxorem.

Nundinari;palam uendere edicta snias paternas:hoc.n.significat nundinari;quo uerbo frequēter utitur Iulius firmi.qui.in.vi.mathe.ait;qstus & libidinis eā pudoreē duobus fratribus nūdinabit:& ad coitū fratrē inuitabit & filiū. Idē i.i.Sylla in scurrarū gremiis p dāna nūdinari pudoris adoleuit. Idē alibi;nūdinari ingt sāguinis iactura se uendent. Apule.quoq; in hanc significationē ait;toti nūc iudices snias suas precio nūdinant:igit Titus dictus est nundinari in cōcionibus patris;qm quotienscūq; pater concionabatur;nūc ipe palā uēditabat qcunq; cuicunq; collibuissent;nec ad nundinas unde uerbū deduci ut est referendum:cum nundinari non solū significet in nundinis uēdere atq; mercari;s; quocūq; loco & tpe instar nundinaꝝ uēditare qd & Cice.in.iii. antoniana demonstrat;cū ait. At uero huius domi inter ciues illius appēdebaī aurū numerabaī pecunia una i domo oēs:quorum iter erat totū imperiū Ro.nūdinabantur. Ab eodē nūdinae flagitiosissimae:īmunitatū oppidoꝝ uectigaliū dictę p turpissimis uēditionibus:q̄ fiebant in.M. Antonii domo ceu in officia flagitiorum.

Nūdinari. Nundinatus pudor

nundinari præmiariq; solitum:deniq; propalam alium Neronem & oppinabantur:& etiaꝫ prædicabant:At illi ea fama p bono cessit:conuersaq; est in maximas laudea:neq; ullo uitio repto:& cōtra uirtutibus summis. Cōuiuia instituit iucūda magis q̄ ꝓfusa. Amicos elegit:quibus ēt post eū pricipea:ut & sibi & reipu. necessariis acqeuerūt præcipueq; sūt usi. Berenicen statim ab urbe dimisit inuitus inuirā. Quosdā e gratissimis delicatoꝝ:q̄q̄ tā artifices saltatiōis:ut mox scoenā tenuerit:nō mō fouere ꝓlixi⁹:sed spectare i publico oio coetu supsedit. Nulli ciuiuꝫ qcq̄ ademit abstinuit alieno:ut si quis unq̄:ac ne cōcessas qdē ac solitas collatiōes recepit. Et tamē

M.AN. Aulū cecinnā:ia est q uitelianaꝝ partiū dux primus ad Vespasianū defecerat. Vrgēte discrimine:periculo iminēte:qd audacius pene fuit palā occidere;quum iā coniurationis consilia mota essēt. Eius;Cecinnæ. Securitati;suæ. Cauit;cœde cecinnæ. Quis;alius quisquam. Suspecta;male opinātibus obnoxia. Luxuria;epularum crapula & nimiæ potationes. Libido;suspecta fuit repete. Berenices;fuit hęc Aristoboli prius;mox Antipatri uxor;cuius Iosephus sæpe meminit. Nundinari;quæstus causa nundinas celebrare;erant nundinæ dies;quibus mercandi causa rustici Romam conueniebant;ut sit sensus solitum Titum uēdere atq; emere non pauca ex occasionem quum patre censore uulgus ex agris in urbem conueniret;ipseq; illius actiones sordide negotiationi accommodaret;aut nundinari nundinas indicere pactus scilicet cum iis quorum interesset pecuniam;ut ex illorum commodo nundinæ indicerentur;atq; ob id forte præmiari subiunxit. Cicero nundinationem protulit;quam in omnibus ait locis nundinationem iuris & fortunarum fore putaris.

PHI. Præmiari;lucrari. Alium neronem;a similitudine moꝝ. Sextus Aurelius;rapinarum cupidum;unde Neronem cuncti uocantes opinantesq;summam rerum nactum grauiter acceperant. Pro bo.ces. Sextus Aurelius:sed hæc in melius conuersa immortalem ei gloriam contulere. Et con.uirtu.sum. cum econtrario reperte in Tito essent uirtutes eximiæ. Iucunda magis q̄ profusa;sicut conuiualis profusio reprehendi solet ita iucunditas comitasq; laudari:in conuiuio debent esse belli conuiuæ;scitus cōuiuator;tempus lectum apparatus nō neglectus. Post eum principes:ex hoc laudatur Titi solertia utpote principis circumspectissimi;qui tales amicos eligebat;ut successuri principes eisdem uterentur;tanq̄ meliores utiliores ue reperire non possent. Sumptam sibi;corrige sunt usi & hic distinguendum;ut cum sententia superiore coniungas. tanq̄ sit sensus: principes post Titum usi sunt precipua opera illorum;quos Titus amicos elegit: sic enim elegantior nitidiorq; textura est & distinctio;q̄ si iunctim legas precipueq; sumptam sibi berenicen;indecora nimirum & perinde insulsa elocutio

Quæ conueniant cō uitio.

Quocirca ita legito;præcipueq; sunt usi;ut ibi facta distinctione & quasi pausa subsequatur. Berenicen statim ab urbe dimi.regia profecto res est seipsum uincere;& ille cum primis admirabilis: ut inquit Seneca: qui sibi imperat;qui se habet in potestate;cum facilius sit gentes barbaras uincere: q̄ animum suum continere. Dixit Plat. & repetit platonicus Apuleius animanti sanitatem ad esse & uires & pulchritudinem: cum rationabilis animæ portio ueluti domina reginaq; dominatur;sibiq; subiicit cupiditates: quas ancillari ac obedienter obsequi decet romani imperatrici. Valentinus imperator die fati sui dixit se una tantum uictoria gloriari;requisitus quæ respōdit q inimicorum nequissimum deuici carnem meam. Alexander magnus existimabat non minus regium opus esse seipsum domare q̄ hostes: unde Plini. Alexandrum magnum non minorem illo preclaro facto; quando apelli dono dedit dilectam concubinam;fuisse autumat;q̄ uictoria aliqua;quippe tunc se uicit: nec thorum tantū suum;sed etiaꝫ affectum donauit artifici. Consimiliter Titus cum prius ardenter berenicen deperisset; postq̄ factus est imperator domitis affectibus eam remisit in patriam: tanq̄ alii mores decuissent adhuc priuatum: alii principi iam facto conuenirent: hinc ait Sextus Aurelius deniq; ut sublit pondus regium berenicen nuptias suas sperantem regredi domum & eneruatorum greges abire præcepit: quo facto quasi signum protulit mutatæ intemperantiæ. Tam artifices saltationis; tam peritos;scientesq; artis saltatoriæ.

Vincere se ipsum.

Laus Alexan.magni.

Vt mox scoenam tenuerint;hoc specimen est haud dubium illos fuisse saltationis & artis ludicræ scios: cum nullus in scoena histrioniam exerceat nisi optime calleat saltationem & gesticulationem.

In publico omni coetu.emendatius leges omnino q̄ omni ut sit sensus. Titus cessauit penitus in publico coetu spectare saltatores quos gratissimos habebat: tanq̄ id genus homines in priuato magis q̄ in publico spectari a principe conueniat.

Supersedit; cessauit: omisit. Vt si quis unquam: subintellige abstinuit. Collationes: tributa intelligit;quæ conferri ex more solebant;unde a conferendo collationes dictæ;laudat Traianum Plinius panegyrista; q collationes remiserit; exigiq; uetuerit.

Collatiōes

nemine añ se munificentia minor. Amphitheatro dedicato thermisq; iuxta celeriter extructis: munus edidit apparatissimű largissiműq;: dedit & nauale prœliű in ueteri naumachia: ibidem & gladiatores: atq; uno die quinq; milia oẽ gen⁹ ferar.

De liberalitate & ciuilibus gestis eius.

NAtura aűt bñuolentissimus: quű ex istituto Tiberii omnes dehic Cæsares beneficia a superioribus cõcessa principibus aliter nõ haberẽt: q̃ si eadẽ iisdẽ & ipi dedissent: primus pterita oĩa uno cõfirmauit edicto: nec apd se peti passus est. In cæteris uero desideriis aium hoim obstinatissime tenuit: ne quẽ sine spe dimitteret: quin & admonentibus domesticis quasi plura polliceret: q̃ pstare posset. Non oportere ait quenq̃ a sermone pricipis tristẽ discedere: atq; etiam recordatus quondã super cœnam: q nihil cuiq̃ toto die præstitisset: memorabilem illam meritoq; laudãdã uocẽ edidit. Amici diẽ pdidi. Populű i primis uniuersű tanta p oẽs occasiones comitate tractauit: ut pposito gladiatorio munere non ad suum sed ad spectãtiű arbitriű editurű se pfessus sit. Et plane ita fecit: nam neq; negauit quicquam petentibus: & ut quę uellẽt peterẽt ultro adhortat⁹ ẽ: qui & studiű armaturę thracű pseferẽs sępe cű populo & uoce & gestu ut fautor

Laus liberalitatis
Dictum Alexandri
Monitio salubris.

Nemine munificentia minor: comparandus liberalitate & regia munificentia erat omnibus antecessoribus: cum nullo foret inferior. Vnde fit ut ex hac uel sola uirtute sit extollendus celebrandusq; amplissimo præconio: cum nulla ferme res: tã fauorabilẽ tamq; amabilẽ & laude dignum principem faciat q̃ munificẽtia: quæ immortalitati consecrauit Alexãdrű magnum: qui aliquando interrogatus ubi thesauros haberet: apud amicos respondisse fertur: tanquã fidelius pecuniæ deponant apud amicos q̃ in loculis recondant. Ita tu quoq; iclyte Annibal facito: ut thesauri tui sint apud amicos: q munificẽtia fidissimi deuotissimiq; cõparant. Amphitheatro dedicato: Eusebius chronographus Titus inquit amphitheatrű Romæ ædificat & in dedicatione eius quinq; milia ferarű occidit idem tradit Europius. Conspicabilis adhuc est inter cætera mirãda moles ãphitheatri: qđ opus nullæ priuatæ opes efficere possent.

M. AN. Alium Neronẽ: saltãdi cãtandiq; studio & libidine. Pro bono cessit: bene uertit. Summis uirtutibus: repertis. Quibus uiris Post eum: titű. Pricipes: q sese cuti sunt. Necessariia utilibus.

Acquieuerunt: ob sapientissima consilia multum tribueret ac quodã modo in cunctis obsecuti sunt. In uitus: Titus. Inuitam: Berenicen.

Tam artifices: adeo docti ac periti Scœnam tenuerint publice operã in scœna nauauerint: aut principes sui ordinis fuerint. Publico in cœtu frequentissimo conuentu: aut certe publico spectaculo. Vt si quis nõ minus q̃ quis iperator alius. Nemine minor: cui us priorű principű aut par munificẽtia: aut certe maior.

Amphitheatro dedicato: Augustus id opus destinauit: Vespasianus extruxit: Titus dedicauit: Amplitudo operis quum magna adhuc ex parte duret notior omnino est: q̃ pluribus explicari uerbis oporteat.

PHI Celeriter extructis: ppter hanc in extruendo celeritatẽ uidet dixisse epigrãmatarius poeta: hic ubi miramur uelocia munera thermas. Munus apparatissimű: spectaculű gladiatoriű cű maximo apparatu. Ibidẽ in naumachia. Omne genus generis: locutio frequẽs est & elegãs oẽ genus: & id genus pro oĩs generis & huiusce generis. Cű ex instituto tiberii: hunc sensum subobscurű apertioribus uerbis explicat Sextus Aurelius. cű sic ait: dehinc cű donata concessa ue a prioribus principibus firmare insequtes solerent: simul ut imperiű cepit talia possidentibus edicto sponte cauit uel cõcessit. Instituerat. n. Tiberius ut donata cõcessa ue beneficia a supioribus pricipibus rata non essent: nisi insequentes eadẽ confirmasset: nouo quodam quasi beneficio iterum concessissent. Titus uero noluit uideri talium ipse beneficiorű exhibitor: nec talia a se peti amplius uoluit: sed edicto pmulgato illa oĩa confirmauit q̃ fuerãt iãpridem a suis concessa antecessoribus. Non oportere quẽq̃: uerbum profecto bracteatű & principe dignum: quo Titus formulã præscripsit: quã sequi deberent principes: ut nullű a colloquio suo tristẽ mœstűq; abire pmitterẽt. Super cœnã: dű cœnaret. Amici diẽ pdidi. Sextus Aurel. q̃dã etiam die recordans uesperi nihil se cuiq̃ prestitisse: uenerando cœlestiq; dicto: amici ait perdidimus diem. Caueant itaq; principes ne perdant amici diem: sed quotidie nouis beneficiis nouos sibi amicos concilient: quoniam ut inquit scienter Salustianus Sylla apud Iugurtam: nulli unq̃ hominű satis fuit amicorum: Scipio Aemilianus: cuius uestigia in hoc imitatus uidetur Titus ex præcepto Polybii: studebat non prius e foro discedere: q̃ aliquem ex adeuntibus familiarem sibi atq; amicum quouis pacto effecisset: mox hæc titi preconio eruditorum celebrata est: adeo ut eiusdẽ Eusebius chronographus meminerit & Eutropius: ex cuius verbis illud amici erit uocatiui casus: & pluraliter enunciandum: tanq̃ sit sensus: o amici ego perdidi diem nihil beneficii cuiq̃ prestando: perinde ac dies omnis perdatur: quo nulla utimur beneficentia: uerba Eutropii hæc sunt: præterea cum quadam die in cœna recordatus fuisset non ulli illa die se quicquam prestitisse. Dixerit amicis: hodie diem perdidi: alii uero ita legunt: ut amici sit casus patrius idest genitiuus tanq̃ dicere uoluerit Titus: se perdidisse diem amici: hoc est nouæ amicitiæ conciliandæ: tu quoq; inclyte annibal nullum diem perdas quo non tibi aut ope aut opibus amicum facias: quorum nulli unquam fuit satis: qua supelectile nulla preciosior supellex parari potest.

Comitate. facilitate benignitate suauitate. Munere: spectaculo. Armaturæ thracum præseferens: idest cum aperte ostenderet se fautorem esse illius gladiatoriæ factionis quæ armatura threcidica armabatur: erant enim sicut ante dictum est: quidam gladiatores thraces nuncupati ab armatura thraciæ gentis: sicut Myrmillones genere armaturæ gallico ornatu digladiabantur.

Oẽ genus Id genus.
Verbű Titi bracteatum.
Amici diẽ perdidi
Nulli satia amicorum
Mox æmuli.
Vtilis monitio.
Supellex amicorum optima
Thraces gladiatores.

cauillatus est. Verũ maiestate salua nec minus æqtate. Ne qd popularitatis prætermitteret nõnunquã in thermis admissa plebe lauit. Quædã sub eo fortuita ac tristia acciderunt: ut conflagratio Vesceui montis in campania: & incendium Romæ per triduum tot demq; noctes. Item pestilentia quãta non temere alias. In his tot aduersis ac talibus non modo principis sollicitudinem: sed parentis affectum unicum præstitit: nunc consolando per edicta: nunc opitulando quatenus suppeteret facultas. Curatores restituendæ campaniæ e consularium numero sorte duxit bona oppressorũ in uesceuo: quorũ hæredes non extabant: restitutioni afflictarũ ciuitatũ attribuit. Vrbis incendio nihil nisi sibi perisse testatus est publice: cuncta prætoriorũ suorũ ornamẽta operibus ac templis destinauit: præposuit cõplures ex equestri ordine: quo quæq; maturius peragerent. Medendæ ualetudini leniendisq; morbis nullam diuinam humanamq; opem non adhibuit: inqsito omnium sacrificiorũ remediorumq; genere. Inter aduersa temporũ & delatores mandatoresq; erant ex licentia ueteri: hos assidue in foro flagellis ac fustibus cæsos: ac nouissime traductos

Cauillatus est: cauillatione & derisiõe psequutus est. Plato cauillatricẽ uocat adulationẽ legalis partis ciuilitatis. Cauillatrix Verũ maie. sal. decet quidem interdũ principẽ cauillari illudere & salibus uti: ita tamẽ ut maiestatis imperatoriæ hẽat rõnem: & seruet decorũ qd in oi uitæ actione seruandũ philosophi pceperũt. Nec minus æquitate sensus est quia Titus fauere uideret & studere hia gladiatoribus qui thraces dicunt: tamẽ æquus erat iudex & ex æquitate palmã dabat uictori. M. AN. Thermis quæ iuxta amphitheatrũ. s. de his Mar. hic ubi miramur uelocia munera thermas. Munus gladiatorũ Vno die quo gladiatores edidit. Quinq; milia ferarum uenationes ergo uanã: ac pluribus missibus q̃ unq̃ antea ullã fuisse oportet. Ex instituto Tiberii: ita enim Cæsaris dictatoris & Augusti bñficia irrita habere cœpit. Eisdem in quos collata essent. Idẽ ipsi qui tum imperiũ tenerẽt. A se petitur ea cõfirmarent. Desideriis: oibus quæ desiderarent. Laudandã uoce: Scipionia eã fuisse. ait Cicero Arbitriũ: uoluntatẽ Thracũ: gladiaturã exercentiũ Fautor: ut unus ex fautoribus. Cauillatus est tẽpestiuo cauillo studiũ dissimulauit suũ. Thermis: quas celeriter cõstruxerat PHI. Admissa plebe: nihil potuit a Tito fieri magis populare magisq; plausibile: q̃ in thermis suis passim lauare una cũ plebeis atq; plebeculæ citra oẽ discrimẽ dignitatis: ex quo non solũ thermas. sed principẽ quoq; publicare uidebatur. Vt confla. uesc. mon. huius cõflagrationis: q̃ in uesceuo cãpaniæ mõte facta est principe Coflagratio uescui Tito meminerunt Sextus Aure. Orosius & Euse. est aũt uesceuus siue uesuuius siue uesbius: tot eñ modis dẽ mõs cãpaniæ iuxta sarnũ fluuiũ amœnissimis olim habitatus agris excepto uertice: q ut ait Strab. in. v. cinerosus est & cauernosus petris exustis: quas color indicat igni abrosas fuisse: ex quo cõiectant erudit regionẽ illã prioribus sæculis ardere solitã & ignia habere crateras ut Papi. in. v. syluarũ significare uoluisse hanc uesuuii cõflagrationẽ: q̃ Titi tẽporibus facta ẽ: sic eñ de patre scribẽs ait. Iãq; & flere pio uesuina incendia cantu mens erat: & gemitũ patriis impẽderet annis. Incendium ro. de hoc Sextus Aure. incendium Romæ Incendium sine nocturna requie per triduum fuit: hoc incendio plurimas ædes publicas fuisse concrematas memorat Orosius. Lues Pestilentia tanta: de hac Eusebi. sic. lues ingens Romæ facta. Ita ut per multos dies in ephemeridem: decem Opitulus milia ferme mortuorum hominũ referrentur. Nunc opitu. auxiliãdo opemq; ferendo: antiqui Iouẽ cognomẽ Iupiter to opitulum uocauerũt ab eo: q opem indigẽtibus ferret auctor Augu. in. vii. de ciui. dei. Quatenus sup. facul. in q̃tum pro facultatibus succurrere posset. Restituendæ cam. illo uesuino incendio regiones uicinas & urbes cum hominibus exustas esse testes sunt Eusebi & Orosius: unde a Papi. dictum est in epicedio patris; ere semirutos subito de puluere uultus Parthenope: Cineremq; afflato monte sepultam pone super tumulos: & magni funus alumni. Afflictarum ciui modo diximus incendia uesuina urbes cum hominibus afflixisse deleuisseq;.

Vrbis incen. explicauit remedia a Tito adhibita ad leuandam eladem cõflagrationis uesuinæ: nunc exequitur remedia quibus Romana opitulatus est afflictis illo incendio quod triduum temoctiumq; uexauerat Romam.

Prætoriorum: uillarũ elegantiorum uillaticarumq; substructionum excultarum; de prætoriis non pauca in superioribus. Prætoria. Operibus ac te. desti. Titus ut ageret optimũ principem sustulit ornamẽta ex uillis suis atq; prætoriis: & ea transtulit ad ornatũ templorum & operum publicorum: quæ Romæ conflagrauerãt: q̃ aũt sint ornamenta prætoriorum indicat Plini. scribens in. xxxvi. reliquias apparatus theatralia a. M. Scauro transportatas fuisse in tusculanam uillam ornatus causa inter quæ ornamenta tabulas pictas; signa ærea: & uestem aulicam numerat.

Quo quæq; maturius: ut singula quæq; citius absoluerentur. Medendæ ualetudini: hoc ad pestilentiam referendum est: cui cunctis remediorum generibus subuenit. nunc ægrotantes per semetipsum reficiens nunc consolans suorum mortibus afflictos. Nullam non opem omne genus remediorum. Sacrificiorum: hoc ad diuinam opem refertur: sicut remediorum ad humanam. Mandatores; hic mandatores significantur occulti delatorum impulsores subornatoresue: qui non ipsi accusant: sed aliis mandant accusationes: quod genus hominum Mandatores cum perniciosissimum sit: in bene instituta ciuitate nequaq̃ est retinendum: talem fuisse Aemilianum indicat Apuleius in apologia: qui per tannonium pudentem accusabat ipsum Apule. & ita alius erat ex professo auctor accusationis; alius mandator & machinator ex occulto. Ex licentia ueteri: impunitas peccandi parit multitudinem peccantium: cũ ex licentia mortales fiant in dies deteriores. Hos: tam delatores q̃ mandatores.

Flagellis ac fustibus. flagellatione & fustuario supplicio. Traductos: ueluti per ignominiam: hoc ei significat traducere quod græci dicũt παραδειγματίσαι: unde in euãgelio scriptũ est: & nolẽs eam traducere uo Traducere

luit occulte eam admittere:ubi exposuit interpres non insulse:propalare & isamare:Papinius in sūma nempe ego sum qui traducor: & a Mar. dictum:rideris multoq; magis traducens afer: Seneca quoq; in hoc significatu sic inquit in septimodecimo epistolarum:uolo luxuriam obiurgari libidinem traduci.

M. AN. Vesuuii montis;Vesuuii conflagratione. Plinius iunior ad Tacitum Cornelium scribens longiore explicat epistola Martialis quoq; eleganti est epigrammate id incendium secutus. Papinius itaque & flere pio uesuuina incendia cantu. Mens erat quum pater exemptum terris ad sydera montem sustulit; & late miseras deiecit i urbes:sic quoq; Eusebius Vesuuii incendio proximæ regiones & oppida uastata sunt:est is mons campaniæ uel ob eam cladem celebratissimus.

Suppeteret facultas:abunde sufficeret. Restituendæ campaniæ cōsularum:Vesuiia clade affectæ. Papinius. Procerū tibi nobile uulgus. Crescit & insani solatur dāna uesui. Afflictarum:eo incēdio. Vrbis incendio:eius cladis urbanæ. Idem Eusebius est auctor. Ornamenta colūnas statuas; tabulas & alia hmōi ad domorū ornatū attinētia. Prætoriorū cāpestriū ædificiorū. Suarum operibus & templis:quæ in urbe cōflagrarant. Nullam non:omnem.

PHI. Per amphitheatri arenam ob hoc dixisse uidetur Epigrammaticus poeta:nec cepit arena nocentes & delator habet quod dabat exiliū. Ac uenire:uendi tanq̄ seruitia mācipiaq; uenalia. In asperrimas isulas asportari est iter genera pœnarū sicut ante dictum est:in isulam deportatio:quæ ab Amiano insularis pœna dicit. Plinius in panegyrico laudat Traianum q idem factitauerit:q delatores puniuerit:quorum turba insulas compleuit:quorum supina ora retortasq; ceruices spectauere Ro. cum uelut placulares uictimæ ad supplicia ducerentur. Similia:delationes & mandationes similes. De eadem re pluribus le-

Diuerticulum legum gibus agi:multa sunt inuenta legum diuerticula & uafritiæ:ut si actionem intendero aduersario secundum formulam legis aquiliæ & ille absoluatur;tunc alterius legis actionem mihi competere dicam:ut ita infœlix reus diuexetur: ad hæc uafr.amenta calumniasque tollendas noluit Titus ut de eadem re actio fieret pluribus legibus:sed una tantum lege competeret:apud iurisconsultos hoc frequenter inuenies; q in re una actiones plures dantur ex uariis legibus:hoc fieri uetuit Titus:qui etiaȝ prohibuit inquiri de statu alicuius defuncti ultra certos annos:quos ipse prescripsit: cū sæpe exoriantur calumniæ ex quæstione: quo nā statu fuisset ille qui defunctus est; nam status mutata conditio plerumq; immutat hæreditatem.

Puras manus:puras a sanguine scilicet Romanorum & cœde:talis enim pontifex esse debet. Eutropius: tantæ ciuilitatis in imperio fuit ut nullum omnino puniret Marcus Antonius petiit ne quis senator tempore principatus sui occideretur:ne eius pollueretur imperium. Post hac:post acceptum pontificatum. Conuictos in affectatione imperii:hanc historiam Sextus Aurelius explicat his uerbis: clementiam uero usq; eo perduxit: ut amplissimi ordinis duo cum aduersum eum coniurassent:neq; abnuere cogitatum scelus quirent: monuerit primo: post deductos in spectaculum circa se utrinq; assidere iusserit; petitoq; ex industria myrmillonum: quorum pugnæ uisebantur:gladio quasi ad explorandum aciem uni atq; alteri commiserit:quibus perculsis & constantiam mirantibus diceret:uidetis ne potestates fato dari:frustraq; tentari facinus potiundi spe uel amittendi metu.

Potestates fato dari Desisterent; cessarent ab affectatione imperii. Dicens principatum fato dari. Neuius poeta dixit metellos fato Romæ consules fieri:& Homerus a Ioue reges esse cecinit:unde cū pricipatus detur diuinitus:nō minus uere q̄ scite dictum est a Mar. Antonio;successorem suum nullus occidit. Constantinus dicere solebat imperatoreȝ

Imperatorem eē fortunæ est esse fortunæ est. Attende quæso quid scribat Iulius Firmicus de fato imperatoris; sic enim inquit in secundo matheseos. imperator stellarum non subiacet cursibus; & solus est:in cuius fato stellæ decernendi non habent potestatem; cum enim fuerit totius orbis dominus; fatum eius dei summi iudicio gubernatur. Alterius:unius de duobus quos conuicerat aduersus seipsum coniurasse. Anxiæ:sollicite matri de euentu filii:in coniuratione cō-

De fato imperatoris uicti. Ex industria; ex composito. Ornamenta: expone gladios Myrmillonicos: sicut Sexti Aurelii uerba dudum relata testantur. Inspicienda:ut inquit Aurelius quasi ad explorandam aciem uni atq; alteri commisit.

Genitura:natiuitate.

per amphitheatri arenam partim subiici in seruos: ac uenire imperauit: partim in asperrima insularum aduehi: utq; etiam similia quādoq; ausuros perpetuo coerceret: Vetuit inter cætera de eadem re pluribus legibus agi: quæriue de cuiusq; defunctorum statu ultra certos annos.

## De clementia & mansuetudine eius.

PONtificatum maximū ideo se ꝓfessus accipere: ut puras seruaret manus fidē præstitit: nec auctor posthac cuiusq̄ necis nec conscius quāuis interduȝ ulciscendi causa non deesset: sed periturum se potius q̄ puniturum adiurans: duos patricii generis conuictos in affectatione imperii nihil amplius q̄ ut desisterent monuit: dicens principatum fato dari: si quod præterea desiderarent promittens se tributurum: & cōfestim quidē ad alterius matrem: quæ ꝓcul aberat cursores suos misit: q anxiæ filiū saluū nunciarēt. Cæterū ipsos nō solū familiari cœnæ adhibuit: sed & insequēti die gladiatorū spectaculo circa se ex industria collocatis: oblata sibi ornamēta pugnātiū inspicienda porrexit. Dicitur etiā cognita utriusq; genitura iminere ambobus periculum affirmas-

M.AN. Per amphitheatri arenam:Martia. Turba grauis paci placidæq; inimica quieti. Quæ semper miseras sollicitabat opes tradita getulis nec cepit arena nocẽtes. Et delator habet quod dabat exilium. Similia delationes & calũnias. Pluribus legibus:ne miseris ciuibus fraus necti posset falsa legum interpretatione. Quæri:uetuit.f. Vltra certos annos post certum temporis spacium: quod ipse suo arbitrio statuisset Puras: ab omni cœde. Ouidius. Non bene cœlestes impia dextra colit. In affectatione:studio cupiditate occupandi imperii. Suos proprios Titi dico. Anxie:sollicite. Instrumẽta:gladiatorũ:quæ in illorum manibus iure poterant sibi esse suspecta. Vtriusq; coniuratorum. Affirmasse:titum.

se:uenturũ quoq; & ab alio sicut euenit. Fratrem insidiari sibi nõ desinentem: sed pene ex professo sollicitantem exercitꝰ meditantem fugam:nec occidere neq; seponere : ac ne ĩ minore quidẽ honore habere sustinuit: sed ut a primo imperii die consortem successoremq; testari perseuerauit non nunq̃ secreto lachrymis & precibus orans: ut tandem mutuo erga se animo uellet esse.

De morte eius & gestis tunc per eum.

INrer hæc morte preuentus est: maiore hominum dãno q̃ suo spectaculis absolutis in quorum fine populo coraȝ ubertim fleuerat: sabinos perit aliquanto tristior q; sacrificanti hostia aufugerat: quodq; tempestate serena tonuerat. Deinde primam statim ad mansionem febrim nactus: quum inde lectica transferretur: suspexisse dicitur dimotis plagulis cœlum : multumq; conquestus eripi : sibi uitam immerenti : neq; enim extare ullum suum factum pœnitendum excepto dumtaxat uno: id quale fuerit neq; ipse tunc

PHI. Ab alio quidam codices habẽt ab altero:tanq̃ dixerit Titus ambobus illis patriciis de coniuratione conuictis periculũ euenturum : quod alter alteri moliretur:uel ab alio dixit quod elegãtius sicut ut significaret se nullo tempore insidiaturũ uitæ illorũ sed alium quendaȝ utrũq; perditurũ sicut euenit. Fratrem insidiari. Sextus Aurelius. Fratreȝ quoq; Domitianum paranteȝ insidias militumq; animos sollicitãteȝ flens sæpius obtestatus est : ne parricidio assequi cuperet quod & se uolente esset obuenturũ ei: & iam haberet cuȝ esset particeps potestatis. Pene:quasi. Ex pfesso:ex aperto citra dissimulationeȝ Neq; seponere:sequestrare ablegare amandare:sicut Augustus olim Agrippam seposuit surrentuȝ ob uecors ingeniũ

Seponere.

Consortem: participẽ imperatoriæ potestatis. Mutuo animo:fraterno: & in amore mutuiter respondente. Morte præuentus est: obseruaui diligenter apud philostratũ de morte Titi aliter tradẽq̃ memoret Tranquillus & reliqui pdiderit:is eñ scribit in. vi. de uita Apollinii Titum ab Apollonio admonitum:ut ab his sibi caueret qui essent ppinquissimi:necatumq; esse eum memorat a Domitiano ueneno leporis marini ppinato: quo Neronẽ quoq; tradunt multos in conuiuiis sustulisse: est eñ lepus marinus uenenum aliis in potu aut in cibo datus aliis etiam uisus: si quidem grauidæ si aspexerint leporem marinum nauseant ac deinde abortum faciunt. Quá suo mors boni principis publica iactura est. Vbertim:abundanter & large sacrificanti hostia aufugerat: dirũ omẽ hoc ueteres esse arbitrabantur; quotiens hostia traheret se ab aris & aufugeret: hinc a Lucano inter prodigia pharsalicæ cladis hoc quoq; positum admotus superis discussa fugit ab ara taurus. Liuius quoq; ait factum esse omen cladis futuræ flaminio consuli: cui imolanti uitulus ictus e manibus sacrificium sese proripuit: multosq; circũstantes cruore respersit. Tempestate serena: hoc alii pro læto fœliciq; auspicio obseruauerunt: sicut indicat illud ennianum. cum tonuit leuum bene tempestate serena: unde ait Cicero: quædam nobis uidentur aduersa: quæ græcis & barbaris bona existimantur: cum alii aliter obseruent signa: sereno autem cœlo aliquando tonare refert. Seneca in primo quæstionum ; quia inquit infirmus spiritus qui in flamma non ualuit in sono ualuit: Serena autem scite addidit: quia tempestas est μεσον hoc est medium uocabulum. Itidem Virgilius. Vnde hæc tam clara repente tempestas: Plinius uero in. xviii. debemus inquit meminisse duo esse genera cœlestis iniuriæ: unum quod tempestates uocamus in quibus grandines procellæ cæteraq; similia intelliguntur: quæ cum acciderint uis maior appellatur: hæc ab horridis syderibus exeunt ueluti arcturo orione & hœdis. Primam ad mansionem. Plinius nauigationem ex ægypto diuidit per dispositas mansiones, in quibus mansitare possint commode uiatores. Cũ inde lectica: ex prima mansione. Suspexisse: sursum cœlum aspec. asse. Dimotis palludis: sublatis uestimentis qbus lectica erat operta: nãq; a palla υποκοριστικωσ. i. diminutiue fit pallula : quod si legas plagulis : sensus erit apertior: tanquá plagulas idest linteolã & stragulam uestem lecticariam dimouerit Titus: ut cœlum suspicere posset: iurisconsulti inter uestimenta muliebria numerant plagulas.

Dirum si hostia aufugit.

Tonitru serena tempestate

Tempestates.

Mãsiones

Plagulæ.

M.AN. Venturum: periculum. Ab alio qui eos omnino perderet. Fratrem: Domitianum. Ex pfesso: aperte nulla dissimulatione. Meditantem: fugam ex urbe effugere paranteȝ: ut ad exercitus: aut alio ad res nouas proficisceretur. Seponere: perpetuo relegare. In fine quorum: spectaculorum. Vbertim: abunde multis lachrymis. Sacrificanti: sibi. Serena tempestate: sereno cœlo. Ad primam mansionem ubi primo pernotauit. Dimotis palulis: sic omnes quos uidi habent codices: sed plagulis melius ueriusq; legetur: plaga linteum thorale: seu lecticarium dicebatur: unde plagula est.

PHI. Pœnitendum: reprehensibile: cuius pœnitudine afficeretur. Gloriatur Apule. nullũ suũ factũ uel dictum extare: de quo differere publice non possit. M. Portius Cato trium rerum pœnitentiam agere se dicebat: primum si mulieri quicq̃ arcanum aliquádo credidisset. Secundum si aliquo naui transmisisset: quo itinere terrestri sibi pficisci licuisset. Tertium: si qua dies sibi per incuriam inanis effluxisset: rex regum Sapor in epistolis ad Constantium Imperatorem gloriabundus sic scri. Ab adolescẽtia prima nihil unq̃ pœnitendum admisi.

Trium rerum pœnitentia in Catone

Prodidit. demonstrauit ostendit. Succurrit: in mentē uenit. Cum fratris uxore: cum Domitiani uxore nomine domitia. Consuetudinem: ad stuprū adulteriūq; refertur. Per sancte: religiose assurateq; aduerbiū est Si qua: cōsuetudo. s. adulterii. Illi: domitiæ. In oibus pbris: stupris & flagitiis: nā ut inquit eleganter satyricus poeta: famā contempserat olim cuius apud molles minima est iactura cathedras. Excessit: periit. Altero & quadra. idest. xlii. Non secus atq;. i. non aliter q̄ in domestico luctu. Moerentibus publi. cun. Sextus
Mors titi Aurelius: uixit annis. xl. duobus & i eodē quo pater apud Sabinos agro febre interiit: huius mors credi uix potest quantū luctus urbi puinciisq; intulerit: adeo ut eū delitias publicas appellantes: quasi ppetuo custode orbatū terrarū orbē deflerent. Senatus ad curi. cucur. de nocte. s. cū circa uesperā nunciatus fuisset obitus Titi. Obseratis adhuc fori clausa curiæ ianua. Quantas cōgessit: idez Eutropius hisdē uerbis memorat: sic ei ait: tātus luctus eo mortuo publicus fuit: ut oēs tanq̄ in propria doluerit orbitate. Senatus obitu ipsius circa uesperā nunciato nocte irrupit in curiā: & tantas ei laudes gratiasq; congessit: q̄tas nec uiuo unq̄ egerat nec pñti: & inter diuos relatus est. Quo circa ita uiuendū est iclyte Annibal: ut nihil poenitēdū admittamus ut in uita amemur: post obitū desideremur laudemurq;: sicut Titus desideratus ob bonitatē laudatus est.

M. AN. Poenitendū cuiusq; est. cuius se merito poeniteret. Prodidit: palā fecit. Vxore: Domitia longina. Illi: Dominiæ. Probris: flagitiis. Altero & q̄dragesimo: duos & xl. natus annos. Obseratis: clausis. Egit agens censuit: aut certe dicēdo id defuncto præstitit.

prodidit: neq; cuiq̄ facile succurrit. Quidā opinātur cōsuetudinē recordatū: quā cū fratris uxore habuerit: sed nullam habuisse psancte domitia iurabat haud negocia si qua omnino fuisset: immo etiam gloriatura: quod illi promptissimum erat in omnibus probris.

De loco & tpe mortis eius & laudibus senatus

Excessit in eadē qua pr̄ uilla idibus septēbris post biēnium & mēses duos diesq;. xx. q̄ successerat: altero & xl. ætatis anno. Quod ut palā factum est: non secus atq; in domestico luctu moerētibus publice cunctis: Senatus priusq̄ edicto cōuocaretur: ad curiam cōcurrit: obseratisq; adhuc foribus: deinde apertis: tantas mortuo gratias egit laudesq; cōgessit: quātas nec uiuo quidem unq̄ atq; presenti.

## C. SVETONII TRANQVILLI LIBER. XII.
## DIVVS DOMITIANVS IMPERATOR.

De natiuitate Domitiani & gestis eius in adolescentia. c. I.

d Omitianus natus est. ix. calendas Nouembris: patre consule designato: inituroq; mēse insequenti honorem regione urbis sexta ad malum punicum domo: quam postea

DOMITIANI. VITA.

s Icut primus Cæsarū inter optimos ob uirtutē enumerari meruit: ita hic nouissimus inter pessimos ob nequitam referri debet: q caligulæ & Neroni q̄ patri fratriq; similior egit malum principē: q paulatim p oēs scelerū gradus creuit: secundusq; a Nerone psecutionē in xpianos sedam agi imparuit tanta efferatus supbia: ut dominū ac deū sese uocari scribi coli iusserit: sed hois exitus euidēter oñdit deū curare mortalia: q meritas poenas irrogauit cruētissimæ bestiæ: ut sicut crudeliter uixerat ita & crudeliter moreretur: sed iā interpretationez aggrediamur: ut tandem ad calcem: quod dr̄ nr̄a decurrat oro. Honorem: consulatū. Mense insequenti: nouēbri mense Regione urbis sexta: Romam in regiones. xiiii. fuisses diuisam supra memorauimus.

MAR. AN. Sabellici ad Augustinum Barbadicum serenis. Venetiarum principem paraphrascos in Domitianum Paraenesis duodecima.

Patre consule: Vix Vespasiani duo q stabilitū p manus imperiū Domitiano tradiderunt tā populares Augustinæ dux iucūdissime fuerūt: q̄ ipse qui longissime ab optimo suoz instituto recessit publice & priuatim inuisus potuisset pfecto in optimi principis mores domestico exemplo natura illa formari: nisi praua & indocilis fuisset ac certe talis ut bonos mores alere non posset. Sed tulit ille crudelitatis suæ premia & si sero: tulit tñ diis quidem & hoibus infestus. Foelicior igitur ducaria ista reipu. successio in qua nunq̄ defuerūt q non uirtutis emulatiōe accensi & clementia: & pietate suos decessores aut superare cōtenderint: aut quod minimū fuit æquare Sed quū longa serie multi sint eiusmodi exempla secuti. Tu sane egregiā in tā illustri emulatione laudē es ad hunc diem consecutus adeoq; preclara: uirtutis exercitatione pfecisti: ut qui te uno optimi cuiusq; laudes melius effinxerit unq̄: ad hunc diez extiterit nemo. Nunc quia patre consule natum Tranquillus ait de primo Vespasiani consulatu intelligi oportet: quem Claudio principe duobus nouissimis anni mensibus gessit. Sexta regione fuit: ut Plinius scribit roma in. xiiii. diuisa regiones: in uicos mille & amplius.

Apyrinon PHI. Ad malum punicum. nomen est uici: qui erat in. vi. regione urbis Romæ uideturq; ita appellatus ab
Rhoiton. arbore quæ illic speciosa succreuerat: quam malum punicam uocamus: aliqui grauatum appellant. est quoddam
Malicorium mali punici genus apyrinon dictum: cui lignosus nucleus abest. blandiores sunt acini minusq; amari: cuius Plinius Martialis & Seneca meminerunt. greci ροιαν uocant malum punicum. unde Rhoiton uinum ex malis punicis factū. punici mali nouem genera celebrantur: ex his dulcia: quæ Apyrina appellari docuimus: stomacho inutilia habētur: quæ uinosa dicunt utiliora paulo itelligunt cortex mali punici acerbus i magno usu est. uulgus coria
Malacia. maxie pficere illo nouit. ob id malicoriū appellant medici. expetitur in grauidarū malacia ita enim nomiat mol-

licles illa languentis stomachi:cui grauidæ sunt obnoxiæ. Flos mali punici balaustiuz uocatur:quorum farina di Balaustius
scentericos a morte reuocari inuentum est. Sed ut ad Suetonium regrediamur ita uicus hic nomen uideri potest
accepisse a malo punico:sicut alter a piro dictus est ad pirum. de quo est illud Martialis endecasyllabon longuz
est si uelit ad pirum uenire. In templum gentis Flauiæ. infra dicetur quemadmodū Domitianus construxit tē
plum in honorem familiæ suæ quæ Flauia dicebatur de quo intellexit Papinius cum ait in. iiii. syluarum: qui gen
ti patriæ futura semper sancit limina flauiumq; caluum. Nullum uas argenteum. hoc pertinet ad inopiam decla=

in templum gentis flauiæ cōuerrit. Pubertatis ac primæ adolescentiæ tempora tāta inopia: tantaq; infamia gessisse fertur ut nullum uas argenteum in usu haberet. Satisq; constat Clodium Pollionem prætorium uirum: in quem est poema Neronis: quod inscribitur Luscio: chirographum eius conseruasse: & nonnunq̄ protulisse noctem sibi policentis: nec defuerunt qui affirmarent corruptum Domitianuz: & a Nerua successore mox suo. Bello uitelliano confugit in capitolium cū patruo Sabino: ac parte præsentiū copiaruz: sed irrupentib⁹ aduersariis: & ardente templo apud æditum: claz pernotauit ac mane Isiaci celatus habitu interq; sacrificulos uane superstitiōis quū trans tyberi ad cōdiscipuli sui mr̄em comite uno cōtulisset: ita latuit ut a scrutātib⁹ q uestigia subsecuti erā̄t deprehēdi nō potuerit. Post uictoriā demū ꝓgress⁹ & Cæsar cōsalutat⁹ honoré pręturæ urbanę cum cōsulari ptā̄te suscepit

randam: cum in usu & supellectile uel
priuatorum uasa habeantur argentea
escarium argētū dicitur quod ad epu Escariuz ar
landum est accommodū: sicut poto= gētū poto=
riuz: quod potus causa habet: quærit rium.
Pōponius iurisc ōsultus nunqd i argē
to potorio ꝑtineat id ēt qd ad præpa=
ratione bibēdi cōparatū est: uelutu co
lumnariū & urceoli. & putat cōtineri Colūnariū
sicut in escario argento putat cōtineri uas.
aqminariū: qm̄ pp escā parat̄ ē ei aq= Aquimina
minariū quo manus lauantur. luxuria rium
gliscēte cōgnatoria quoq; uasa ex argē
to factitata sunt: ex quo exiit illud pli=
nianū uasa quoqnaria ex argēto Cal=
uus orator fieri q̄rit. Quod inscribit
luscio. hoc refertur ad infamiam signi
ficandā. magis autē uī legendum esse
lusio q̄ luscio. ut. s. inscriptio libri Ne Lusio
roniani sit lusio dicta propter lusus &
scomata: qbus explicabatur argumentū rei & materia libri. Nā lusionē ludū ueteres dixere. Cic. in tusculanū profi=
ciscēs ducensq; Cice. meū in ludū discēdi nō lusionis. & a Papinio pilaris lusio dicta est pro ludo pilæ: quod si le=
gas luscio: uideri poterit nūcupatus liber a noie ꝓprio. ut dialogi Platonis a sermocināībus nominant̄. Nōnū
quā protulisse. quandoq; publicasse ostentasse. Pollicentis. domitiani. Noctem concubitū nocturnū. A
nerua successore uō uidetur libido tā obscœna cadere in mores Neruæ: qui successit in imperio Domitiano: quem Nerua nun
Apollo. Tyaneus regnaturū affirmauerat: quē uirū probū honestūq; uidisse se dixit: eūq; oi laude dignum iudica q̄ ridens.
uit: quem ridentem nunq̄ uiderit neq; ludentē. Bello uitellia. quo Vitellius uitellianiq; contra Flauium Vespa=
sianum flauianosq; depugnauerunt. Irrūpentibus aduersariis. Cor. Ta. irrūpunt uitelliani & cūcta sanguine fer
ro flammisq; miscent. Templo capitolio. de cuius incendio ante dictum est. Apud æditum. Cor. Ta. sic scri.
Domitia. prima irruptiōe apud edituū occultatus solertia libert. lineo amictu turbæ sacricolarū immixtus igna= Immixtus
rusq; apud Cornelium primū maternū clientē: iuxta uelabrū delituit: ac potiēte rerum patre desiecto æditui cōtu sacricolis
bernio modicū sacellū Ioui cōseruatori: arā posuit casus in marmore expressam: mox imperium adeptus Ioui cu= euasit
stodi templum ingens: seq; in sinu dei sacrauit: æditus aūt signatur ille: q preest tuendis ædibus: ueteres æditimū Aedituus
appellauerunt. Lucretius ꝓ æditui s æditūentes appellat: scri. Iulius Firmicus edituos nasci aut ierodulos hoc est æditimus
templorum ministros: qui in. xxvi. parte geminorum habuerint horoscopum. Isiaci. isiacos uocamus sacrifi= ierodulí
colas sacerdotesq; deæ Isidis. Pli. refert in. xxvii. q absinthii marini ramū isiaci preferre solēne habent. Lampri= Isiaci qui.
dius in commodi Cæsaris uita sic inquit. Isiacos pineis usq; ad perniciē pectus tundere cogebat: cū anubin porta
ret. Refert. Valerius li. vii. dictorum factorūq; memorabiliuz. M. Volusium proscriptum assumpto isiaci habitu
per itinera stipē petentem fefellisse: eaq; fallacia incolumem in. M. bruti castra peruenisse. M. AN. Ad malū
punicū: uicū itellige: siue insulā a mali punici arbore: q illic forte fuit appellataz sic & adphū Domitiani adolescē=
tularias scalas: & ad capita bubula superius dixit. Mar. At mea dyspanas spectāt cœnacula laurus. Chirogra=
tis. Noctem pollicētis obscœnum & nefariū noctis obsequiū. Corruptū: precio cōstupratū. Aduersa=
riis: uitellianis. Aedituū ædis custodē. Isiaci lāpridius isiacorū inqt capita: grauiter obtūdebant ora simu=
lachri: & rursus sacra coluit isidis: ut & caput raderet: & anubin portaret: utebant̄ ad hęc lineis uestib⁹. Oui. Nec fu
ge linigeræ memphitica templa iuuencæ. Mar. Linigeri faciūt calui sistrataq; turba: Lucanus. Euoluā busto iam
numē gentibus isim: Et tectū lino sparg ā per uulgus osyrim. Pli. de lino uestes in de sacerdotibus ægypti gratissi=
me: ergo lineo habitu capiteq; deraso e capitolio clandestine Domitianum missum intellige.

PHI. Habitu. uestimento lineo. hic enim habitus est isiacorum & sacerdotum: quod alibi latissime explica Linigeri
uimus. ex quo linigeri nuncupati. Apuleius scribens pompam isiacorum sacerdotum ait eos fuisse lineæ uestis isiaci.
candore puro luminosos. Idem alibi memorat linum ut pote mundissimum usurpari a mundissimis ægyptiorum
sacerdotibus: non modo indutui & amictui: sed opertui quoq; in rebus sacris. Vane superstitionis deæ Isidis
quam superstitionem perfricat satyrico sale Iuuenalis. Condiscipuli sui. Cornelius Tacitus hunc appellat Cor
nelium: atq; fuisse maternum clientem. Scrutantibus inquirentibus uitellianis. Cæsar consalutatus. Cornelius
Tacitus. Domitianum postquā nihil hostile metuebatur ad duces partium progressum & Cæsarem consalutatū
miles frequens: utq; erat inarmis in paternos penates deduxit. Vrbanæ. duos pretores fuisse: alterum cui iuris
dictio urbana: alterum cui peregrina demādabatur: suo loco retulimus.

Titulo tenus. ut prętor diceretur. cũ tamen iurisditionẽ prætoriã trãstulisset ad alterũ prætorẽ. Cõtrectatis uxoribus. Tacitus in hanc sententiã ait: stupris & adulteriis filium principis agebat Domitianus. Elio lamiæ. familiam lamiarum uetustam fuisse & nobilẽ notum est uel ex illo carmine oratiano. Eli uetusto nobilis ab lamo. de lamiis mox plura. Super uiginti. id est ultra uiginti. Vrbana. quæ in urbæ exercebantur. Quod successorem sibi non mitteret. hoc dicto pater taxauit filiũ tanquã immodicum; & parum in principatu temperatũ; qui officia ex arbitrio suo distribuebat; & successores mittebat rectoribus prouinciarum. Expeditionem in germanias de hac domitiãi adhuc pueri expeditionẽ germanica sentire uĩ Silius, cũ ait ĩ tertio punicoꝝ. At puer auricomo præformidate batauo germanias iõ pluraſt ꝓtulit; qa & supior & iferior germania est. Fratri. Tito.

Aetatis. quæ adhuc erat pene puerilis neq; tãtæ expeditioni par. Cõditionis. cuꝫ adhuc priuatus foret; cũ frater titus una cũ patre imperii habenas moderaretur. Sellam seq̃batur Curulem sellam significat; qua in curru Vespasiani pater & filius uectabãt.

Equo albo comitatus. Iosephus libro. vii. belli iudaici sic inq̃t: post quæ Vespasianus prior ibat; & Titus deinde sequebatur: Domitianus adequitabat: ipse quoq; ornatus pulcherrime: dignũ que spectari exhibens equum; scribit.

Prætextati in eqs triũphantis

Marc. Tullius in oratione pro Murena solitos filios triumphantiũ maxime pretextatos sedere in eqs ipius triũphatoris; ut nõ absurde equus funalis ille; de quo in Tiberio satis mĩta posset referri ad hunc sensum; tanq̃ Marcellus & Tiberius; perinde ac pretextati filii sederint in eqs; alter i dextro alter in sinistro triumphãtis. Augusti. Ordinarium. ad differentia eorum consulatuum; qui suffecti dicuntur; de quibus supra. Iuire modestiam. quidã codices habent mireui sit aduerbium qđ mirifice significat.

M. AN. Vanæ assimulatæ; autem proprium superstitionis expressit epithetum. Ver. uana superstitio.

Cõdiscipuli; secũ sub eodem preceptore Instituti. Cæsar. imperatoris filius successor seu impii particeps.

Iurisdictionem; pretorii muneris. Tã licẽter; tanta licentia. Qualis pessimus. s. Vrbana; ad res urbanas attinentia. Dictitãte; sæpius dicente. Ob hæc; partim facta partim temere mota. Aetatis; que ad ea mouenda impar erat. Cõditionis q; priuata adhuc erat; ut ætatem ad belli consilia conditionem ad officia temere distributa referas; Lecticæ; uectus. Cedente; fratre non petente. q. d. ne illum quidem ordinarium gessisset; si

Ordinariũs ꝯsulatus

Titus se candidatus obtulisset ordinarius enim consulatus erat: qui suffragio populi dabatur: qui uero aut in demortui locum delatus esset; aut ab imperatorum aliquo qui curarum tedio sponte alicui necessariorum dignitate cessisset extraordinarius est dictus. Et ipse; Domitianus.

In poetica clarus.

PHI. Poeticæ studium. hinc scriptores illius temporis per assentationem laudauerunt Domitianum; tanq̃ poetica precellentem. sicut Quintilianus in decimo de dominatio loquens scribit hæc. Hos nominamus qa germanicum Augustum ab institutis studiis deflexit cura terrarum: parumq; his uisum est esse eum maximum poetarum. Et mox paulo; nos tamen sacra litterarum colentes feras Cæsar; si non hoc tacitum preterimus: & uergiliano certe uersu testamur; inter uictrices hederam tibi serpere lauros. Idem in quarto de Domitiano loquens aitne fefellisse in is uidear principem; ut in omnibus. Item in eloquentia quoq; eminentissimũ. Silius quoq; in. iii. punicorum sic Domitianum ex studio poeticæ celebrat; huic sua musæ sacra ferent. meliorque lyra cui substitit hebrus & uenit rhodope; phœbo miranda loquetur: quin etiam Plinius in procemio na. histo. scribens ad Titũ inquit; quantus in poetica es; quemadmodum fratrem imitareris; excogitasti; quin etiam Martialis in epigrammate ad Domitianum ait. Posse deum rebus pariter musisq; uacare Scimus; & hæc etiam serta placere tibi; Fer uates auguste tuos. nos gloria dulcis Nos tu cura prior delitieq; sumus. Postea. cum ad principatum peruenisset.

Alani ereo phagi.

Nec eo secius. nec ideo minus. Alanos. Alani populi sunt scythiæ europeæ; iuxta quos sunt toxolant; auctor Plinius in. iiii. refert Amianus Marcellinus alanos appellari; quos prisci masagetas dixerunt. ab eodem alani europei cognominantur. Martialis; Nec te sarmatico transit alanus equo. Alani ut docet Eusebius in. vi. preparationis euangelicæ carnibus aluntur panem non esitant. Ipse potissimum. & non Titus frater. Discussa res est inter Vologesem. s. & alanos composita controuersia est; ita ut non amplius opus esset; romano duce.

titulo tenus: quam iurisdictionẽ ad collegaꝫ proximũ trãstulit. Cæterũ omnem uim dominationis tam licenter exercuit: ut iam tum qualis futurus esset ostenderet. Nec exequar singula contrectatis multorũ uxorib⁹ Domitiam Longinã Elio Lamiæ nuptam etiam in matrimonium abduxit: atq; uno die super. xx. urbana officia: atq; peregrina distribuit. Mirari se Vespasiano dictante q̧ successorem non & sibi mitteret.

Item de gestis per eum aute principatum.

EXpeditionẽ quoq; in galliã germaniasq; neq; necessariam & dissuadentibus paternis amicis inchoauit tãtum ut fratri se & operibus & dignatione adæquaret. Ob hæc correptus quo magis ætatis & conditionis admonereẽ: habitabat cũ patre una: sellamq; eius ac fratris quotiens ꝓdirent lectica seq̃batur: ac triũphũ utriusq; iudaicum equo albo comitatus est. in sex cõsularibus nõ nisi unũ ordinarium gessit: eũq; cedente & suffragrãte fratre. Simulauit & ipse inire modestiam. in primisq; poeticę studium tam insuetum antea sibi quã postea spretũ & abiectum: recitauitq; etiam publice. Nec tamen eo secius quum Vologesus parthorum rex auxilia aduersus alanos: ducemq; alterum ex Vespasiani liberis depoposcisset: omni ope contendit: ut ipe potissimum mitteretur: & quia discussa res est: alios orientis reges:

Idem postularent. ducem alterũ ex uespasiani liberis. An duplum donatiuũ: ut ita duplicata liberalitate fauorabilior fieret q̃ frater apud milites ad imperium adipiscendũ. donatiuum autem sic militibus datur: ut populo cōgiarium. Relictũ se principẽ imperii. tanq̃ Vespasianus in testamento principem imperii romani scripserit Domitianum & nō Titũ. Fraudẽ adhibitam. a tito. s. fratre. Consecratiōis honore. ut inter diuos cōsecraret.

Carpsit. uellicauit momordit allatrauit. inde carptores dicti uituperatores. Obliquis. figuratis: & quæ ad cōtumeliam trahi poterant. Secretũ horarium. ad hora horariũ dictũ horæ spaciũ. Plinius in panegyrico insectatur Domitianũ tenebras semp secretũq; captantem: nec unquam ex solitudine sua prodeuntẽ nisi ut solitudinem faceret. A Vibio Crispo. oratore facetissimo: de quo loquitur Iuuenalis Venit & crispi iucũda senectus cuius erāt mores qualis facundia. de eodẽ Quintilianus in. x. sic refert. & Vibius crispus compositus & iucundus & delectationi natus: priuatis tamen causis q̃ publicis melior.

Carptores

Horarium

Vibius crispus

Muscas persequebatur

ut idem postularent donis & pollicitatiōibus sollicitare tẽtauit. Patre defuncto diu cunctatus an duplum donatiuũ militi donaret: nunquã iactare dubitauit relictum se principem imperii sed fraudem testamento adhibitam. Neq; cessauit ex eo insidias struere fratri clam palamq;: quo ad correptum graui ualetudine prius q̃ plane efflaret animã ꝓ mortuo deseri iussit: defunctumq; nullo preterq̃ consecrationis honore dignat⁹: sæpe etiã carpsit obliq̃s orōnib⁹ & edictis.

De gestis per eum in initio principatus.

INter initia principatus quotidie secretum sibi horarium sumere solebat: nec quicq̃ amplius q̃ muscas captare: ac stilo præacuto configere ut cuidam interroganti: esset ne quis intus cum Cæsare non absurde responsum sit a Vibio Crispo ne musca quidem. Deinde uxorem suam Domitiam: ex qua in secundo suo consulatu filiũ tulerat: alteroq; anno consalutauerat. ut Augustam eandem Paridis histrionis amore perditam repudiauit: intraque breue tempus impatiens dissidii quasi efflagitante populo reduxit. Circa administrationem imperii aliquãdiu se uarium præstitit: mixtura quoq; in æquabili uitiorum atq; uirtutum donec uirtutes quoq; in uitia deflexit: quãtũ coniectare licet sup ingenii naturã: inopia rapax: metu sæuus.

De spectaculis per eum editis & liberalitate eius ad populum.

SPectacula magnifica assidue: & sumptuosa edidit: non in amphiteatro modo: uerũ & in circo: ubi preter solẽnes bigarum quadrigarumq; cursus præliũ duplex etiã equestre ac pedestre cōmisit: Ac i amphiteatro nauale quoq;. Nam uenationes gladiatoresq;: & noctibus

M. AN. Poeticæ studium simulauit atq; ex eo materiam nacti quidam illum in poetica impense celebrant. Martia. Fiat & ex hedera ciuica nostra tibi. Silius italicus huic sua musæ sacra ferent. Vologesus: hic ille est: q sub initiũ imperii. Vespasiano pollicitus est quadraginta sagittariorum milia. Alanos: Scythie populos circa imaum mōtem ad ortum Discussa reiecta. Idem postularent: alterũ ex Vespasiani filiis sibi cum copiis auxilio mitti. Relictum se principẽ: nō Titum. Correptum: fratrem. Carpsit defecti memoriam. Obliquis ambiguis. Secretum horarium. i. hore spacium.

PHI. Ne musca quidem: festiuiter incessiuit uanas Domitiani uoluptates: qui muscas in cubiculo nullas relinquebat. Sextus Aurelius stilis ridicule remotis omnibus muscarum agmina persequebatur: hinc percunctanti cuidam quis ne in palatio esset: responsum est. nec musca quidẽ. Nugatorius ridiculusq; prorsus imperator; qui tempus impendebat captandis muscis: quod consultationibus de imperio laudabiliter administrando impendere debebat qui in hoc haud sane dissimilis uideri potest puero illi qui coturnicum oculos eruere solitus erat ex quo eum damnauerunt Areopagitæ iudicantes id signum esse perniciosissimæ mentis multis malo futurne si adoleuisset. Consalutauerat ut Augustam cognomentu augustarum uxores principum romanorum decorabantur: sicut añ dictũ est. Paridis histrionis: hic est ille histrio famosus poetarũ testimoniis celebratus: de quo apud Martialem extat epitaphium: de quo Iuuenalis. paridem ludosq; reliquit. item quod non dant proceres dabit histrio. Dissidii. diuortii. Tibullus: Dissidium bene ferre loquebar. Varium. modo bonum principem modo malum: non seruata constantia neq; æquabilitate: q̃ in primis a bono principe seruanda est. Mixtura inæquali. nulla prorsus congruentia est probitati ad improbitatem; clementiæ ad crudelitatem; liberalitati ad auaritiam; quemadmodum enim cohærere & coniungi non potest amaritudo cum dulcedine: caligo cum lumine: pluuia cum serenitate: pugna cum pace: cum fœcunditate sterilitas cum tranquillitate tempestas: sic misceri bene nō possũt cũ bonitate neqtia: cũ uirtutibus uitia. Inopia rapax. ex inopia rapacitas gignit̃; & ideo Plato in iiii. de republica: inopiã esse e ciuitate eiiciendã arbitrat̃: q̃m maleficia gignit: Et a Silio dictũ ẽ sceleri ꝓcliuis egestas. Inopiã aũt gignũt cupiditates inexplebiles. quãto eñ q̃sq; cupidior est; tanto egẽtior. Metu sæuus. nihil æque uexat tyrannicas mentes q̃ pauor: nã ut dixit Ennius. Necesse est multos timeat quẽ multi timẽt. ex hoc metu sæui & cruenti & sanguinarii subinde existunt. unde ait Claudianus: cũcta ferit dũ cuncta timet. Sumptuosa. maximarum impensarũ. Præter bigarũ solẽnes cursus in circo peculiariter currules ludi edebãtur. uerũ Domitianus nō solũ cursus equorũ exhibuit in circo: qui solẽnes & proprii sũt uerũ etiã præliũ eqtũ peditũq; in circo fieri uoluit. Nauale quoq; præliũ scilicet cōmisit. Venationes gladiatoresq; repete uerbũ illud cōmisit.

Puer eruẽs oculos coturnicum.

Paris histrio.

Dissidentia

Inopia ex cupiditate.

ad lychnos nec uirorum modo pugnas sed & fœminarum: preterea q̄storiis muneribus: q̄ olim omissa reuocauerat: ita semp interfuit: ut pp̄l'o porestarem faceret bina paria e suo ludo postulādi: quæ nouissīa aulico apparatu iduceret. Ac per omne gladiatorū spectaculū ante pedes eius stabat puerulus coccinatus portentuoso paruoq̧ capite: cū quo plurimum fabulabatur: non nūquā serio. Auditus est certe du3 ex eo quærit: ec quid sciret: & quid sibi uisu3 esset ordinatione proxima ægypto præficere. Metiū Ruffum. Edidit nauales pugnas pene instarum classium effosso & circunstructo iuxta tyberim lacu atq̧ inter maximos ibres ,pspectauit. Fecit & ludos seculares cōputata rōne temporū ab anno: nō quo Claudius proxime sed quo olim Augustus ediderat.

Ad lychnos. ad lumina: nocturnos ludos edidisse significat. de lychnis hoc est lucernis dictum suo loco sat3 ac
super. Sed & fœminarū. exhibitas a Domitiano fuiss: fœminarū pugnas testis est & Papinius: cum ait in prio
Pugnæ foeminarum. syluarum: Stat sexus rudis: insciusq̧ ferri: & pugnas capit improbus uiriles: credas ad tanai ferrumq̧ phasim ther
modontiacas calere turmas. Martialis quoq̧ mentionem facit fœminei prælii a Domitiano editi: cum ait in prio
Belliger inuictis quod Mars tibi sæuit in armis: Non satis est Cæsar sæuit & ipsa Venus. Iuuenalis satyrica mor-
dacitate lacerat fœminas bestiarias scribens: cum neuia tuscum figat aprum & nuda teneat uenabula mamma. au-
tumat Plato fœminas exercendas esse
uirilibus exercitatiōibus atq̧ bellicis.
quippe cū utrisq̧ una natura sit: eādē
q̧ esse uirtutem. præterea equitare ar-
ma tractare præliari aliena fœminis
esse non putat: quā platonicam sentē-
tiam ut parū modestam parūq̧ mo-
Munera q̄storia. catam exploserunt ecclesiastici condi
tores. Quæstoriis muneribus. lu-
dis & spectaculis quæ per quæstores
exhiberi solebant: nam ut inquit Taci-
tus: institutum fuit a Claudio pricipe
ut spectaculum gladiatorum per om-
nes annos celebraretur pecunia coru3
qui questuram adipiscerentur.
M. AN. Ne musca quidē: turba
næ manum pricipis aucupium taxa
uit. Paridis histrionis: de quo Iu.
Vtq̧ magis stupeas paridē ludosq̧ reliquit. Atq̧ idē alibi: Esurit intactā paridi nisi uendat agauē. Dissidii: discor-
diæ: immo diuortii. Variū modo frugi: modo perniciosum. Vbi: in quo circo. Sed & fœminarū: pugnas
scilicet sed inferas potius q̄ in se fœminas cōmissas accipe. Mar. Belliger inuictis qđ Mars tibi sæuit in armis: Nō
satis ē Cæsar sæuit & ip̄a uenus: & mox paulo: hæc iā fœminea uidimus acta manu. Iu. Neuia tuscū Figat aprū: &
nuda teneat uenabula māma. Quæstoriis mūerib9 qđ quæstores munus pp̄l'o & alia spectacula darēt i Cæsare
dictatore diximus. Reuocauerat: in usū reduxerat ergo ↄsuetudinē edēdoꝝ a q̄storib9 mūerū intermissā itellige
PHI. Reuocauerat. cū quæstores omisissent præbere spectaculū gladiatorū in singulos annos: Domitianus
reuocauit pristinū editionis morē. Bina paria: scilicet gladiatorū. E suo ludo. ex gladiatorio imperatoris ludo:
ubi familiæ gladiatoriæ erudiebantur. Itidem Plinius in xi. mentionem facit de ludo gladiatorio imperatoris Ca
ligulæ: cum ait: Thraci enim studioso in Caii cæsaris ludo notum est dextram fuisse proceriorem. Nouissi-
ma. post exhibitos gladiatores quæstorios: nouissimo loco inducebat Domitianus bina paria gladiatorū suorum
Aulicus apparatus quæ populus postulasset exhiberi: & hi gladiatores apparatu aulico hoc est imperatorio inducebātur magnificen
tiæ causa: aulico enī apparatu accipiū pro imperatorio. & ob id cultiore elegātioreue q̄ esset reliquorū gladiatorū.
Frāciscus nanus i deliciis Annibalis bentiuoli. Puerulus. uidetur hic puerulus talis fuisse apud Domitianū: qualis est apud te Inclyte Annibal bentiuole. Frā-
ciscus Nanus: ille omnīū tuorum ministrorum longe strenuissimus: cuius omne studium officiūq̧ ē: ut uel ad nu-
tus tuos præsto sit: tua desideria preueniat: ut deniq̧ omnia facienda faciat fide ac diligentia pari cuius ingenium
& solertiam subinde mecū anio reputans uix adducor: ut credam sententiam illam aristotelicam esse satis proba3
satisq̧ ,pbatā: qua maximus ille philosophorū omnis rerum naturæ scius: & consiliarius ,pdidit: nanos siue pumi
Pumiliōes mente deficere. liones mente deficere. propterea quod pondus partis superioris: quæ in pumilionibus magna est: tardiorem red-
dit mentem sensumq̧ communē. uerū enimuero hic tuus nanus & ingenio solers est & mente strenuus: & sermo
cinatione callidus: & agilitate flexuosi corporis spectaculū: capite non paruo ut puerulus Domitiani sed grandi &
Laus Francisci nani. magno. quod bonæ constitutionis: ut inquit Galenus signum est: & cū Nani auctore Iulio Firmico regu3 deliciis
deputari nascantur habentes horoscopum in quarto gradu siue parte scorpii merito talis dici potest genitura pu
milionis tui. qui cunctis est amabilis: tibiq̧ in primis acceptissimus. Coccinatus. ueste coccina indutus: de coc
co diximus suo loco satis diligenter. Mantilia cocco clauata usurpabat in conuiuio Alexander romanus impera-
tor. Auditus est a circunstantibus. Dum ex eo quærit. dum domitianus ex puerulo illo sciscitatur & inquit
Ec quid uisum esset. ex hoc ostenditur Domitianum solitum cum puero sermocinari de rebus seriis: cum illum
interrogauerit: quid sibi uideretur: q̧ præposuisset ægypto Metium Ruffum talia enim cū seria sint & grauia cō-
municari non solent nisi cum circūspectis consiliariis. Pene iustarū quasi magnarum. iusta enim classis dicitur
Iustus exercitus. magna & legitima: sicut iustus exercitus & iustum prælium. Has autem nauales pugnas a domitiano editas poe-
tico præconio extulit Martialis scribens. Fucinus & pigri taceantur stagna Neronis. hanc norint unā secula nau-
machiam. In thermis imbres prospectauit. corrige inter maximos imbres: ut sit sensus domitianum adeo oble
ctatum esse spectaculis: ut nec quidem ab imbre maximo prohiberetur quo minus prospectaret hoc idem signifi
Spacium secularium ludorum. cauit Martialis illo epigrammate. Aspice q̄ densum taciturum uellus aquarum defluat in uultus Cæsaris inq̧ si-
nus Indulget tamen ille Ioui nec uertice moto Cōcretas pigro frigore ridet aquas. Computata ratione tempo
rum. de secularibus ludis in Claudio scripsimus satis curiose. Cum autem inter binos seculares ludos centesimi
anni spacium debeat interesse. Domitianus fecit ludos seculares computatis temporibus ab eo anno: quo olim
Augustus Cæsar ediderat: Nam inter seculares Augusti: & seculares domitiani fuit legitima intercapedo centum

annorũ:cũ Claudius non expectato legitimo tp̃e seculares fecisset. De quibus Sextus Aurelius sic meminit: Domitiani tempore seculares ludi celebrati sũt: Philippus imperator Romanus secularibus ludis quos fecit millesimũ annum romanæ urbis celebrauit. In his. ludis secularibus.

M. AN. Ita interfuit ea comitate. Paria: gladiatorũ. E suo ludo gladiatorio ludo hoc loco: quo suo noĩe gladiatores asseruabãtur. Nouissima: post alia q̃storio apparatu exhibita. Aulico apparatu: nõ uulgari, quo alii a lanistis accersiti sed aliquãto exquisitiore: ut ex aula principis ꝓducti uideri posset. Mar. dũ peteret pars hæc myrinũ: pars illa triũphũ ꝓmisit pariter Cæsar utraq; manu. Aegypto: preficeret: hoc est quod scio dixit quũ ex eo quæreret: & Ecquid ei de ipa ꝓuinciæ ordinatiõe uideretur. Nauales pugnas: de his Mar. Augusti laudes seruant committere classes: Et freta naualis sollicitare tuba & in calce epigrammatis: Fucinus & pigri tacent stagna Neronis: Hãc norint unã sæcula naumachiã. Ludos sæculares: Mar. Teco lat albano redeuntia sæcula lustro: Et que romuleus sacra tarãtus habet: Papi. Nec tantum induerit fatis noua sæcula crimen: Aut instaurati peccauerit ara tarenti.

*Missus ludorum*

In his circẽsiũ die: quo facilius centũ missus peragerẽtur: singulos a septenis spaciis ad quina corripuit. Instituit & quinquẽnale certamẽ capitolino Ioui triplex musicum equestre gymnicũ: & aliquanto pluriũ quã nũc est coronatorũ. Certabatur etiã & prosa orone græce latineq; : ac præter citharœdos chorocitharistæ quoq; & psallocitharistę. In stadio uero cursu etiã uirginis certamini presedit crepidatus: purpureaq; amictus toga germanica capite gestans coronã auream cũ effigie Iouis ac iunonis Mineruæq;: assidẽtibus diali sacerdote & collegio flauialiũ pari habitu: nisi ꝙ illorũ coronis inerat & ipsius imago. Celebrabat & in albano quotannis qnq̃tria Mineruæ cui collegiũ istituerat: ex quo sorte

PHI Centũ missus. in claudio docuimus missus dici & ferculorũ & ludorũ: in ludis centũ missus equestres exhibebãtur: quãuis Varro & Seruius tradiderint missus uiginti quinq; olim tantũmodo in circensibus ludis exhibitos fuisse: Quorũ ultimus appellabatur ærarius eo ꝙ de collatione populi exhibebatur. Domitianus ut centũ missus in ludis circensibus solẽnes facilius absoluerentur: instituit ut singuli missus: qui per septena spacia prius p agi solebant, quinis spaciis peragerentur. In enarratione illius uersiculi apud Propertium. Septima quã metã triuerit arte rota annotauimus moris fuisse apud romanos ut septimo spacio agitatores circũ metas in circo decurrerent: peractis septem spaciis palma uictori dabatur: unde ait Seneca libro. iiii. epistolarum moralium Agitatorum lætitia cum septimo spacio palmæ appropinquant. & ad hunc numerũ alludens Lactantius sic scribit. lib. vii. institutionum diuinarum: quoniã decursis propositi operis septem spaciis ad metã prouecti sumus. Sidonius quoq; in endecasyllabis mentionẽ facit septem in cursu spaciorum: cum ait: Stringis quadriiugos & arte summa in gyrum bene septimũ reseruas. Domitianus hæc septena spacia contraxit ad qna. ut ita citius centeni missus peragi possent. De missibus ferculorũ & eduliorum meminit Lampridius sic scribens de heliogabalo: exhibuit parasitis cœnas de uitreis. & nunnũq̃ tot picta mantilia in mensaȝ mittebat his eduliis picta quæ apponerentur quot missus esset habiturus. Item ait heliogabalum solitũ struere omnes missus sola carne fasianorum. item celebrauit tale conuiuium ut apud amicos singulos singuli missus appararentur. Instituit quinquẽnale certamen. Censorinus Domitianum institutorem fuisse memorat capitolinorũ agonum. per quos annus magnus. idest lustrũ diligentius seruabatur. Triplex. obtria genera certatorum. musici enim & equites & gymnici. hoc est athletæ certaban. Coronatorũ. eorũ qui uictores coronabantur. Chorocitharistæ. chorocitharistas uocamus citharœdos: qui in choro citharizant: sicut psallocitharistæ dicũtur qui psallunt. hoc est canunt ad citharã. unde psaltes & psalteria pro cantore & cantrice. Cõsimiliter cymbalistæ & tympanistæ nominãtur: q pulsant cymbala & tympana. Apuleius in libro de deo Socratis. Barbara autẽ strepitu cymbalistarum & tympanistarum & choraularum tympanistria uero dicitur fœmina tympanũ quatiens: sicut psaltria cantrix. Sidonius in primo epistolarum: tympanistria psalteria canit. In stadio in gymnico athletarũ certamine & cursu. Virginia certamini. cursu non solum uiros sed etiã fœminas contendisse significat: cũ Domitianus tanq̃ prefectus ludorũ presederit certamini uirginis in stadio decurrentis: ad instar atalantæ quæ cursu pernicissima cum uiris certasse proditur. Crepidatus. calciatus crepidis quæ sũt græcanicæ soleæ. Amictus. uestitus indutusq;. Germanica. Domitianum presedisse ludis indutũ habitu germanico significat. quidã codices habent toga græcanica: ut intelligamus græco magis habitu q̃ romano presedisse spectaculis. Cũ effigie Iouis & Iunonis. in corona aurea quã gestabat Domitianus uisebantur effigies & simulachra deorũ capitolinorũ: qui sunt Iupiter Iuno & minerua. erant eñ hæc spectacula Ioui capitolino dicata. Assidentibus. iuxta Domitianũ sedentibus. Diali sacerdote. flamine diali: qui sacerdos est iouis. Flauialiũ. sacerdotũ: qui templo flauiæ gentis ministrabant. Pari habitu. flauiales sacerdotes & flamen dialis consimili habitu cultuq; ornati aderant: quo & ipse princeps: hoc solum discrimen intererat: quot in coronis flauialiũ & dialis: inerat etiã imago ipsius Domitiani: qua carebat corona principis. In albano quinquatria mineruæ. Domitianus Palladis filius dici uolebat: unde quidã olim accusatus fuit: ꝙ dũ sacrificat publicis precibus nõ addiderat Domitianũ Palladis filiũ esse: unde Palladi solitus erat Domitianus iugiter sacrificare: cuius rei mentio fit a Philostrato. & Apollonius Tyaneus coram Domitiano dixit: talia nũquã ꝓfecto ex pallade audiuisti: quã de tuis rebus solicitã esse atq; de hisdem ꝓuidere fateris. Quintilianus quoq; numẽ Mineruæ familiare Domitiani uocat: ꝙ Minerua peculiariter coleretur a domitiano. Martialis quoq; epigrãmatista testaĩ: q scribens ad Domitianũ ait: Pallada prætereo res agit illa tuas idẽ eundẽ indicat albano secessu delectari solitũ: cũ inqt: hoc tibi palladiæ seu collibꝫ uteris albæ. Cæsar & hinc triuiã ꝓspicis inde thetin. idẽ appellat pallada ꝓsciã

*Septena spacia in cursu.*

*Gyrus septimus.*

*Missus ferculorum.*

*Institutor agonũ capitolinorũ*

*Chorocitharistæ.*

*Psallocitharistæ.*

*Cymbalistæ Tympanistæ*

*Typanistria*

*Dii capitolini.*

*Palladis filius*

*Minerua numen domitiani.*

*Cõscia uirgo tonãtis.*

domitiani sic scribens. Dic ꝑcor o nr̃e dic cõscia uirgo tonãtis. Si negat hoc uultu quo solet ergo dare. Merito itaq; Domitianus ĩ albano mõte ĩ singulos ãnos celebrabas dies festos Mineruę: q qnq̃tria uocãt de qb9 alibi sat̃ mĩta.

M. AN. Centũ missus: & missus & missiones dici; & quid per alterutram uocem significetur superius haud uno loco ostendimus. Singulos. missus. A septenis spatiis: quæ metis inter iacebant. Ad quina spatia: ut breuiores essent cursus. quo apparet missus non solum ferarum sed quadrigarum etiam fuisse: quod supra est significatum. Quinquenale: quinto quoq; anno celebrandis. Triplex: quia musicum gymnicum & equestre.

Coronotorum: præmia accipientium. Chorocitharistæ: cithara choro canẽtes. Psallocitharistæ: a psallo idest cano & cithara: a psallo psaltria est. Cursum uirginis: cur non uirginum potius nisi Atalantæ & hippomenis certamen presentatũ in stadio intelligas. Crepidatus soleas græca uoce crepidas nominamus: q̃dam id latinum existimant & a crepitu: quem ambulando reddunt nomẽ factum: Cicero gallicas appellauit.

ducti magisterio fungerentur: redderẽtq; eximias uenationes & scenicos ludos: superq; oratorum ac poetarum certamina. Congiarium populo nummorum treceñtorum ter dedit atq; inter spectacula muneris largissimum epulum. Septimontiali sacrorum quidem die senatui equitiq; panariis: plebeiia sportellis cum obsonio distributis. Initium uescẽdi prim9 fecit: dieq; ꝓximo om̃e genus rerũ missilia sparsit: & qa pars maior intra popularia deciderat. qnq̃genas tesseras

Græcanica: græco habitu Diali sacerdote: diali flamine iouis scilicet Flauialium: sacerdotum quos ille patri & flauiæ genti consecrarat: Papinius: Est hic agnosco minister illius Aeternæ modo qui sacraria genti condidit atq; alio posuit sua sydera cœlo. Mar. Templa deis mores populis dedit ocia ferro; Astra suis cœlo sydera serta Ioui. Pari habitu: quo & dialis sacerdos an potius græcanico quali erat Domitianus amictus. Albano: Mar. hic colat Albano redeuntia sæcula lustro.

Magisterium. PHI. Magisterio. ut magistri rectoresq; essent palladiæ festiuitatis: sic magisterium dicimus ut ministerium. Liuius magisterium appellat magistri equitum officium & magistratum Venerationes. corrige uenationes. uo-
Papinius luit enim Domitianus uenationes egregias exhiberi in honorem Mineruæ a rectoribus magistrisq; sorte ductis.
coronatus Superq. insuper. Oratorum certamina. repete uerbum illud instituerat ad alterum redderent. Quod autẽ
in certamine poetarũ poetæ oratoresq; certarent in spectaculis Mineruæ institutis in albano: testis est Papinius: qui se in certamine poetarum tanq̃ uictorem coronatum fuisse a Domitiano gloriatur: sic enim ait in. iiii. syluarũ. Lux mihi romanæ qualis sub collibus albæ: cum modo germanas acies: modo daca sonãtem: prelia palladio tua me manus induit auro.

Nummorum tercentorum. ut scilicet uiritim nummi tercenteni darentur in congiario: hoc est dono impera-
Septimontium. torio: quod populo dari solet: ut donatiuũ militibus. Muneris. ludi gladiatorii. Septimontiali. septimontiũ siue septimontialem diem festum agebant romani co q septimus collis urbi attributus est. septimontiali autem die uehiculis iunctis uti cauebant. ut partim semetipsos partim iumenta ocio oblectarent. Septimõtio autẽ: ut ait
Palatiar antistius labeo: hisce montibus feriæ celebrabantur in palatio. cui sacrificium quod fit palatiar dicitur. in uiminali
Fagutal cui item sacrifium fit nomine fagutal in quirinali: Celio oppio montibus de septimontio Mar. Varro sic refert in secundo de lingua latina: dies septimontium nominatus ab his septem montibus: in quibus sita urbs est: feriæ nõ populi sed montanorũ. Igitur Domitianus die urbis festo qui septimontialis uocatur: epulũ largissimũ inter spe-
Panaria ctacula dedit: in quo ordini senatorio & equestri panaria distributa sunt cum obsonio: sicut plebeis sportellæ: in eo
Panariola. autem epulo ipse princeps primus fecit initium uescendi. Panariis. panaria uasa sunt. quibus panes repositi in
Sportula. feruntur in mensa: sicut granaria dicta quibus granum reconditur: Papinius in primo syluarum. hi panaria candi-
Sportella dasq; mappas subuectant. Diminutium panarii est panariolum. Martialis. cum panariolis tribus redisti. Sportellis. tertius gradus est diminutionis. dicitur enim sporta sportula & sportella. ita autem ordinanda constructio est: ut panaria intelligas tanq̃ preciosiora fuisse distributa cũ obsoniis senatoribus & equitibus sportellas uero ueluti uiliores plebeis. Initium uescendi. Papinius Domitiani facilitatem laudat: qui olim discubuit cũ populo Romano. sic eñ ait: tecum uescitur omnis ordo mensa. Martialis quoq; scribit ob id ipsum: uescitur omnis eques tecum populusq; patresq. Omne genus. omnis generis. Missilia. de missilibus hoc est rebus quæ ꝑ
Popularia. sparsionem a principe mittũtur in populũ dictum est suo loco copiosius: & explicatius. Inter popularia. sedi-
Populatia. lia in quibus populus sedens spectare cõsueuit popularia appellantur sic & equestria dicuntur loca in quibus eqtes manentes spectãt. Popularia uero ueteres dixere nugacia & nugatoria siue puerilia. Quinquagenas tesseras. sensus est. cum maior pars missiliũ decidisset inter plebeios & populares. Domitianus ad cõsolandũ equestrẽ ordinẽ & senatoriũ uoluit ut qnq̃genæ tesseræ ꝑ singulos cuneos equestres ac senatorios assignarent: ut ita ꝑ tesseras intelligas notas illas: qb9 uel frumẽti uel pecuniæ sũma ꝑtinebat. De tessera in Augusto nõ pauca sũt explicata de cuneis theatralib9 ante dictũ ẽ: uñ theatrũ cuneatũ ab idoneis auctorib9 noiat̃. Hic tesseræ nũmariæ significãtur; quibus exhibitis repræsentabatur sũma pecuniæ cõstituta: sicut ꝑ tesseris frumẽtariis certa sĩmula frumẽti.

M. AN. Oratorum & poetarum: in Albano repete: Papinius Qualis sub collibus albæ: Cui modo germanas acies modo daca sonantem Prælia palladio tua me manus induit auro. & rursus: si per me serta tulisses Cæsarea donata manu. Septimontiali: festo die: quo septem locis urbis ut festus ait sacra fiebant. Panariis panaria uasa exuiminibus facta ad referendas dapes & fructus: unde panariolum. Sportellis paruis sportis. Missilia: quid missilia essent diximus. Popularia loca: que populus in theatro occupabat. Tesseras est tessera in strumentum lusui aptum: est & lignum ex utraq; parte complanatum: quo numeri notãtur: ad quos numeros forte frumentum populo diuidebatur: est item tessera signum militare: quod & alio loco ostendimus.

In singulos cuneos Equestria:& orchestra in cuneos erant diuisa:ut mediæ uiæ relinquerētur. id uel ex hoc potest intelligi quod incuneos equestris & senatorii ordinis dixit.

in singulos cuneos eqstres ac senatorii ordinis ꝓnūciauit.

De operibus publicis per eum editis.

PLurima & amplissima opera incendio absumpta restituit:in quis & capitoliuꝫ:quod rursus arserat:sed omnia sub titulo tantum suo:ac sine ulla pristini auctoris memoria. Nouam autem excitarit ædem in capitolio custodi Ioui:& forum quod nūc Neruæ uocatur. Item Flauiæ templum gentis:& stadium & methodium:& naumachiam e cuius postea lapide maximus circus deusthis utrinq lateribus extructus est.

De expeditionibus per eum susceptis.

EXpeditiones partim sponte suscepit:partim necessario:sponte in cattos:necessario unam in sarmatas legione cum legato simul cæsa in dacos duas primam

PHI. Plurima opera. Sex. Aurelius in hanc sententiam ait:romæ multa ædificia uel cepta uel a fundamētis construxit. In quis:in quibus operibus. Quod rursus arserat. Capitoliū ter arsisse apud historicos obseruauimus semel Scipione & Norbano consulibus per bella ciuilia Mariana:iterū uitelliano bello:tertio una cū Vespasiani:in teritu inflammatū incensūq est:& tunc a Domitiano refectū fuit magnificentius elegātiusq q antea fuisset: cuius impensam duodecim milia talentoꝝ excessisse autumat Plutarchus. Sub titulo tantū suo. ut ipse conditor & instaurator solus fuisse uideret:nulla habita mentione priorum conditorum. E contrario laudatur Seuerus imperator:qui romæ multa ædificia publica uitio temporū labentia instaurauerit: nusquam prope suo noīe ascripto:seruatis ubiq titulis conditoꝝ. Aedē Ioui. sacellū significat. Cornelius Tacitus. de Domitiano scribens ait: mox imperiū adeptus Ioui custodi tēpluꝫ ingens seque in sinu dei sacrauit. Forum quod nunc neruæ hoc alio noīe transitoriū forū dictū est. Flauiæ templū gentis de hoc tēplo ait Martialis in. viii. epigrāmaton. addita qd latio Flauis templa foro. Et stadiū in Domitianum tanq̄ ædificatorem:ut inquit Plutarchus:merito id dici posset:non religiosus tu quidem aut honoris cupidus morbo afficeris:ædificare gaudes. Erat enim ædificator maximus & conditor nouorum operū & instaurator uetustorum. Inter opera a Domitiano facta stadium quoq Eusebius ponit in quo athletæ exercebantur. Methodium. apud Eusebium lego non methodium a Domitiano factum esse:sed odium: quod nō displicet. Est enim odium locus ubi cantatur. olim Pericles ille olympius apud Athenienses cognominatus: inter cætera opera quæ athenis magnificenter extruxit:fecit & odiū:in quo certamina musica spectabātur: quod multis sedibus & columnis exornatum fuisse historici prodiderunt. preterea ut existimen legendum esse odium apud Trāquillum Suadet auctoritas Amiani Marcellini:qui scribit romæ fuisse stadium & odium spectata ab imperatore Constantio inter cætera decora romanæ urbis. quod si methodium legas:ut pleriq habent codices:significabitur uia modica nomine per diminutionem inclinato a methodo. græci enim methodon uiam uocant. unde medicinæ genus:quæ quasi uia quædam est contemplatrix eorum quæ in morbis communia sunt. methodon græci nominant:de qua dixit Ausonius:triplex quoq forma medendi:quæ logos & methodos cuiq experiētia nomen. & apud Galenum multa disertatio est de medicis methodicis:quos perperam recentiores appellant methoicos. Sꝫ quoniam mentio incidit medicinæ methodicæ: ut trāscunter explicetur carmen Ausonii:scire debes medicinam esse tripartitam in tres sectas:uidelicet logicen empiricen & methodicen. Logice dicitur latinæ rationalis medicinæ:quæ causas morborum abditas scrutatur:Empirice ab experientia nomen accepit: tanq̄ ab experimentis medicina deducta sit. cuius professores empiricos. nominant. Methodice uero est intermedia ac ueluti in ꝯfinio utriusq collocata. itaq methodici medici neq rōnalibꝫ medicis:neq empiricis uolūt annumerari. Logicus medicus q alio nomine dicitur dogmaticus fuit Hippocrates maximus medicorū. empirici fuerunt Philippus chous & Serapion alexandrinus. methodici uero archigenes & themison:de quibus Iuuenalis:aduocat archigenē:& quot themison ægros autūno occiderit uno. Galenus logicam hoc est rationalem medicinaꝫ & dogmaticos medicos cum primis probat: reliquos insectatur. hæc tria medicinæ genera eleganter complexus est Ausonius illo uersu quem modo memorauimus. Triplex quoq forma medendi:quæ logos & methodos cuiq experientia nomē:preterea in tris partes medicina deducta est quarum una uictu:altera medicamentis:tertia manu medetur. primam dieteticam:secundam pharmaceuticam:tertiam chirurgiam græci nominauerunt. Naumachiam. locum naualí pugnæ accommodatum. Deusthis lateribus. cum incendio latera circi deflagrassent nec enim lateribus hic exponendū est pro lapidibus coctilibus:quibus ædificia construuntur. In cattos. populi sunt germaniæ quos ait Tacitus inchoare ab hercinio saltu de his papinius in primo syluarum. Das cattis. dacisq fidem. Idem Cornelius tacitus memorat bellum inter hermanduros cattos gestum:quod cattis ipsis fuit exitiosum. Cattorum meminit Strabo in. vii. qui refert ductum fuisse liberi cattorum sacerdotem in triūpho illo germanici clarissimo memoratissimoq. In sarmatas. Alio nomine a græcis sauromatæ dicti:quorum sunt populi amaxobii: quasi dicas inplaustris uiuentes. In dacos. Plini. ætas a roma dici dacos prodidit. alio nomine daui nominantur:hic serui nomine daui introducuntur in comoediis.

M. AN. Titulo suo:non eorum qui dedicarent olim aut instaurarent. Forum Neruæ:quod & trāsitoriū fuit appellatum:romano foro adiacens. Stadium:serapium stadium Eusebius appellat. Methodium:uiam ratione instructam:quod idem auctor hisuium dixit. Naumachiam:cuius adhuc aliqua creduntur extare uestigia post siluestri phanum inter flaminiam uiam & pincianum collem uinetis cooperta Cattos germaniæ po=

Capitoliū ter arsit. | Aedificare gaudes | Stadium | Odium | Methodiū | Methodos | Methodici medici | Locus Ausonii. | Medicina tripartita. | Logice | Empirice | Methodice. | Logicus hippocrates | Empiricus Serapion | Methodicus archigenes | Dietetica | pharmaceutica. | Chirurgica. | Catti | Sarmatæ | amaxobii | Daci | Daui

polos inter turogos & tubantos. Papinius: Das cattis dacisq; fidem: & rusus. Qualem modo frena tenentem Rhenus & attoniti uidit domus ardua daci. Cum legato. oppio sabino. In dacos duas. s. expeditiões. Mar. tres fuisse uidetur innuere. Sudantem getica ter niue lauit equm nisi finitum numerum pro infinito accipias.

PHI. Cornelio Fusco praefecto. Paulus Orosius refert Domitianū gessisse bellū per legatos aduersum germanos & dacos: maxia reipu. pernicie cū maxima fuerint diurpanei dacorū regis cū Fusco duce praelia magnaeq; Romanorū clades. Eutropius de expeditiõibus Domitiani scribit haec: expeditiões quattuor habuit: unā aduersus sarmatas: alteram aduersus cattos: du-

Expeditiones domitiani.

Oppio Sabino consulari oppresso: secundam Cornelio Fusco praefecto cohortium pretorianarum: cui belli summam commiserat De Cattis dacisq; post uaria praelia duplicem triumphum egit. De sarmatis lauream modo capitolino Ioui rettulit. Bellum ciuile motum a Lucio Antonio superioris germaniae praeside: confecit absens foelicitate mira quum ipsa dimicationis hora: resolutus repente rhenus transituras ad Antonium copias barbarorū inhibuisset de qua uictoria prius praesagiis quam nunciis comperit. Siquidem ipso: quo dimicatum est die statuam eius Romae insignis aquila circumplexa pennis clangores laetissimos dedit: pau=

as aduersū dacos. de dacis cattisq; duplicem triūphū egit: de sarmatis solā lauream usurpauit: multas quidē calamitates eisdem bellis passus est. Nā in sarmatia legio eius cum duce interfecta est: & a dacis Appius sabinus cõsularis & Cornelius Fuscus praefectus praetorii cū magnis copiis occisi sunt hactenus Eutropius. De Cornelio autem Fusco Tacitus haec: sed procurator aderat Cornelius Fuscus ingens aetate clarus natalibus prima iuuenta quietis cupidine senatoriū ordinem exuerat. idem pro Galba dux Coloniae suae eaque opera procurationem adeptus est susceptis Vespasiani partibus accerrimam bello facem praetulit: non tam praemiis periculosum quam ipsis periculis laetus: pro certis & olim partis noua ambigua & ancipitia malebat: hic cum oppressus fuerit a dacis ideo dixit satyrice Iuue. Et qui uulturibus seruabat uiscera dacis. Fuscus marmorea meditatus prelia uilla. epitaphium Corne. fusci extat apud Martialem. Lauream Ioui capitolino rettulit. scribit Plinius lauream in gremio Iouis optimi maximi solitam deponi: quotiens laetitiam uictoria nouam attulit: & ut auctor est Pacatus panegeryst a Curii Coruncani fabricii ne uirtus quiete languesceret depositis in gremio Capitolini iouis laureis triumphales utri rusticabantur. Plinius quoq; in panegyrico: sic inquit. Allata erat ex pannonia laurea id a gentibus diis: ut inuicti imperatoris exortum uictoriae insigne decoraret. hanc imperator Nerua in gremio Iouis collocarat. solebant ut hoc quoq; in praesentia amoteremus impatores Romani re bene gesta litteras mittere lau. o res uinctas uictoriarū & laeticiae nūcias: quae ob id laureatae nūcupãtur a clarissimis oditoribꝫ Liui. in. v. sic ait: litterae a Posthumio laureatae sequūtur uictoriã populi Romani esse: equorū exercitū deletum. Amianus Marcellinus in decimosexto refert Cõstantiū arrogãter clarū misitasse litteras laureratas ad puinciarū praesides: quotiēs eo agente in italia dux quidã fortiter egisset: nulla illius facta in litteris laureatis mentiõe: ut ipse solus dimicasse & solus uicisse uideret. Lampridius tabellas laureatas uocat sic scribens in Alexãdro: actae sunt res foeliciter & in mauritania tingitana: per Furium Celsum: & in illirico per Varium Macrinū affinem eius & in armenia per Iunium Palmatum: atque ex omnibus locis ei tabellae laureatae sunt delatae. ob hoc ipsum dixit Plinius scienter & eleganter: cum de lauro scriberet in decimoquinto Romanis praecipue laeticiae uictoriarumque nuncia: additur litteris: & militum lanceis pilisq;: quidã male litterati existimant: ideo Plinium dixisse litteris addi laurū: quia poetae: & litterati lauro coronantur: cū Plinius intellig: haud dubiae uoluerit de litteris laureatis: quae lauro coronatae: ut documimus mittebantur ad uictoriam laeticiãq; nunciandã. De litteris laureatis intelligenū est apud Caesarem sic scribentem in tertio belli ciuilis commentario: sed neq; in litteris: quas scribere est solitus: neq; in fascibus insignia laureae protulit. A lucio Antonio praeside. Lucius Antonius qui & Saturninus cognominatus est accensus est uehementer in Domitianum ob iniuriã uerborū: qua se scortum uocari dolebat: unde cum curaret germaniã superiorē impiū corripuit: sed per Noebanū Appiū acie stratus occ susq; ē. auctor Sextus Aurelius. in hunc tanquã seditiosum molitoremq; rerum nouarum inuectus est Martialis illo epigrammate. Impia parrasia mouisti bella sub ursa. Resolutus. aquarum ubertate inundans. Inhibuisset. retardasset cohibuisset remoratus esset. Barbarorum: germanorum. Statuam eius: Domitiani. Clangores edidit. in auspiciis quod antedictū est principatus & honos aquilae datur: ut magnarum rerum faciat auspicia: unde proprie regibus principibusq; aquilas portēdere existimauerunt: & ita aquila edens clangores & sonitum circa statuam Domitiani auspitiū fecit illi praesagiumq; uictoriae & foelicitatis: clangor dicitur etiam de ansere de buccina de tuba.

Cor. fus.

Laurea in gremio iouis.

De litteris laureatis.

Tabellae laureatae.

Laurus additur litteris

Scortū dicebatur Antonius.

Auspiciū aquilae.

Clangor

M. AN. Cornelio Fusco: Iu. Et qui uulturibus seruabat uiscera dacis. Fuscus marmorea meditatus praelia uilla Mar. quoq; eius interitum eleganti deplorat carmine. Ille sacri lateris custos martisq; togati. A Lucio Antonio huius quoq; Mar. meminit. Dimicationis hora: quum forte dimicaretur. Inhibuisset: rhenus. Prius praesagiis q̄ nunciis: praesagii huius Plinius meminit: Plutarchus uero tum Antonius ait a Domitiano defecisset: magnumq; in germania bellum concitasset ex insperato fama uictoriae apud populum Roma. uulgata est: Antoniū ipsum cum omnibus copiis periisse. tantanq; habuit fidē hic rumor ut multi ex primoribus immolarent: sed paulo post quum huius nuncii auctor quaereretur inuentus est nemo postea Domitiano ad bellum cum exercitu proficiscenti: nam ea fama ut uana ceciderat: in uia certus nuncius & litterae de uictoria aduersus. Antoniū habita uenerunt: dies pugnae idem fuerat quo Romae uictoriam fama uulgauerat.

loq; post occisum Antonium adeo uulgatum est: ut caput eius quoq; apportatum uidisse sepeliriq; contenderent.

De quibusdam constitutis: & ordinatis per eum.

MVlta etiā in cōmuni rerū usu nouauit: sportulas publicas sustulit: reuocata cœnarū rectarū cōsuetudine: duas circensibus græcū factiones aurati purpureiq; panni ad quattuor pristinas addidit. Interdixit histrionibus scænā: intra domū q̄dē exercēdi artē iure cōcesso. Castrari mares uetuit: spadonum qui residui apud mangones erant precia moderatus est ad summā quōdā ubertatē uini frumēti uero inopiā existimans nimio uinearū studio negligi arua edixit: nequis in italia nouellaret: utq; in prouinciis

PHI. Occisum Antoniū uulgatū est. Plutarchus in uita Pauli æmilii huius historiæ meminit his uerbis. Nā cū Antonius a Domitiano defecisset magnūq; a germania bellū cōcitasset: Romaq; trepidaret: ex insperato fama uictoriæ apud Romanū populū uulgata est Antoniū ipm cū oibus copiis interiisse: tantāq; habuit fidē hic rumor: ut multi ex primoribus imolarēt: sed cū paulopost auctor huius nūcii quæreret inuentus est nemo: sed alter alterū allegabat tandē uero: qa in plebē ueluti in uastū quoddā pelagus sermo referebat: apparebatq; nullū certū habuisse principiū: subito huiusmodi fama prolapsa ceciderat: sed postea Domitiano cū exercitu ad bellū proficiscenti in ipsa uia certus nuncius & literæ de uictoria aduersus Antoniū habita uenerūt: dies pugnæ idem fuerat quo romæ uictoriā fama uulgauerat: ultra distantiā uiginti miliū stadiorū hæc ita fuisse nēo nostræ ætatis ignorat. hactenus Plutarchus. Reuocata cœnarū rectarū cōsuetudine duas circēsibus: suo loco docuimus rectas cœnas dici: quæ legitimo & recto apparatu exhibebant cōuictoribus: cum sportulæ ad sordidos deparcosq; ptinerēt: & hæc duo sportula & recta cœna sibi opponunt: laudatus est Domitianus quod sublato usu sportularū rectas cœnas reuocasset: hinc est illud epigrāmatici poetæ: pmissa est nobis sportula recta data est sportulantes dicti q sportulis operant. Græcū factiones: aurati purpureiq; panni: mendū hoc inoleuit in oibus Tranquilli codicibus: ut græcū factiones uulgo legatur uulgoq; exponat p græcorū. To uero lege gregū: ut ad greges æquorū referas & aurigarū: quorū factiones sūe celebratæ sensus est: cū q̄ttuor essent pristinæ factiōes: gregū in circensib9 spectaculis: Domitianus addidit duas alterā aurati alterā purpurei pāni: In illis autē pstinis q̄ttuor factiōib9 erat factio ueneta: factio prasina: factio albæ: & factio rosea a coloribus nūcupatæ: Cassidorus colores quattuor totidē factionū in circensibus fuisse memorat. propter quattuor anni tēpora: nā prasinus: qui uiridis est uirenti ueri dicatus erat Roseus flāmeæ æstati. Venetus nubilæ hyemi. Albus pruinoso autumno. De coloribus harūsce quattuor factionū & de toto studio aurigarū scite & decenter scribit Sidonius Apollinaris: cuius endecasyllabos subscripsi. Micant colores albus & uenetus uirens. Rubensq; ostra insignia cōtinet ministri ora & lora manu iubasq; totas equum flexilibus latere nodis hortāturq; obiter: iuuantq; blandis: uultus plausibus & uoluptuosum dictant quadrupedantibus furorē: impellunt: Trepidant trahont: repugnant: ardescunt saliunt: timent timentur. Interdixit histrionibus scænam: Ne histrioniam artem in scæna & in propatulo exercere possent. Plinius in panegyrico hoc signat cum ait Pantomimos a malo principe fuisse sublatos: malus enim princeps significatur haud dubiæ Domitianus: qui nō solum malus: sed cōparatione successorum pessimus merito est nuncupandus. Castrari mares uetuit: Amianus: Marcellinus Domitianū scribit in hoc esse laudandū. Quod receptissima inclaruit lege: qua minaciter interdixerat: ne intra terminos iurisdictionis Romanæ castraret quispiam puerū: quod ni contigisset quis eorū ferret examina: quorum paucitas difficile toleratur. Philostratus quoq; in sexto de uita Apollonii sic refert. Per ea tempora Domitianus Romanorum imperator legem tulerat: Nequis faceret eunuchos Eusebius huius quoque rei meminit: cum ait Domitianus eunuchos fieri prohibuit: hinc in laudem Domitiani cecinit Martialis. Non pueri auari sectus arte mangonis uirilitatis damna mœret ereptæ. Docti detestantur memoriam Semiramidis Reginæ: quæ tenens mares omnium prima castrauit. Moderatus est. Moderatiora fecit: & minora: cum alias spadones immenso præcio uenditarentur. Apod mangones erant præcia. uenaliciarios: qui negociationem hominum exercent: de māgonibus supra satis ac super. Venaliciarii dicuntur uenditores seruorum. nouitios peculiariter accipimus uenales: cum multa alia sint uenalia. Arua edixit: frumentaria.

Celeritas famæ.

Rectæ cœnæ.

Sportulantes.

Factiones gregū.

Prasina ueri

Rosea æstati.

Veneta hyemi.

Alba autūno.

Timent timentur.

Ne mares castrarent.

Mágones.

Vēaliciarii.

Venales.

M.AN. Publicas sportulas: ab impatoribus dari solitas. Rectarū cœnarū: quarū usus fuerat iā antea sublatus: pro recta enim cœna sportula fuerat constituta. Papinius hoc noie longo carmine agit ipsi principi gratias & Mar. ut solet assentatur. Aurati purpureiq; panni: de quattuor aliis factionibus: & pannorū diuersitate abūde supra. Castrari mares. Papinius. Nondū pulchra ducis clementia cœperat orto Intactos seruare mares: nūc frangere sæuum: Atq; hominē mutare nefas. Martialis. Nō puer auari sectus arte mangonis uirilitatis dāna mœret ereptæ. Eosebius: Domitianus inquit eunuchos fieri prohibuit.

Pleriq; oẽs eccl'iasticæ lr̃aturæ studiosi:anxie & sitienter uestigare solẽt qd significet illud Hiero. uulgatissimũ qd liminarẽ paginẽ instrumẽti ueteris introeũtibus statim obuiũ fit. ut iarchã in throno sedẽrẽ aureo & de tantali fonte potãtẽ audiret docentẽ. nugatoria nimirũ sũt:que a cõmẽtatoribus referũtur. Nos ut ɋ uirili pte iuuaremus studia studiosorũ. Ad eũdẽ fontẽ accessimus:ex quo Hie. hausit. philostrati eñ penetralia ingressi explicationẽ inuenimus huiusce inuolucri lautissimã:que talis ẽ. Apd indos sapiẽtes sũt. brachmanæ nũcupati:quorũ ɋnceps iarcas noiabatur:eo tpe:quo Apol. thyaneus discẽdi uisendiq; studio ad illos se cõtulerat:qui ẽ accedẽtẽ: cæteri q erant duodeuiginti apprensa manu salutauerũt:iarchas aũt noiatim salutauit q in excelso sedebat throno: quẽ ex ære fabrefactũ aureæ statuæ cõplusculæ exornabãt. infra iarcã sedebãt oẽs in sellis humilioribus. mos post philosphicã sermocinationẽ ostẽdit iarcas appolonio statuã tãtali subscriptiõe notatã:q̃tuor cubitorũ lõgitudinis que sibi is

*Brachmanæ Iarchas*

*Statua tãtali cũ phiala*

propināti phialē porrigebat: in quā humor distillat incorruptibilis potionis phialē mēsura nūq̄ excedētis. ex hoc tātali poculo bibere solebāt indici philosophi anteq̄ somno indulgerēt. & ita iarcas potādi pricipiū fecit ex phiala bibēs: quæ largiter cūctos saciauit iugē humorē fūdēs: nō secus ac si ex fōte scaturiret. bibit una cū philosophis appollonius: est autē amicitiæ firmādæ causa huiuscemōi cōpotatio apud indos iuuentæq ministrū eius faciunt pocillatorēq tantalū: ppterea qđ hic amicissimus māsuetissimusq erga hoies habitus ē post hāc ex phiala potionem humi sternūt corpa in lectis herbaticis hæc copiose refert Philostratus li. iii. de uita Apollonii tyaneiq etiam scribit i. xii. qcūq bibūt ex tātali phiala. pricipes piculorū cū amicis eē oportere. ex hęc enarratōe iā pspicuū fit cur dixerit Hieronymus Apolloniū puenisse ad bracmanas ut audiret iarcam illū pncipē philosophorū in throno sedētem æreo qdē sed q aureis statuis exornaret: potantēq de tātali fōte hoc ē de phiala: quā ppinabat Tātali simulachrū: ex quo mihi uidetur doctius & historiæ accōmodatius legi posse de tātali phiala: q̄ fōte: cū inter phialā & fontē sit quædā litterarū pximitas: & ob hoc lubricus error: qđ si nihil placet imutare exponens fontem p phiala ex qua liquor ueluti ex fonte scaturiēs cōtinenter fūdebatur: q a cōmētatoribus ecclesiasticis tradūt pterita sūt & a fide historica deerrantia sed ego malo hæc & id genus alia haurire ex limpido fonte: q̄ ex riuo turbulento.

Quid sit uetus puerbium. Mutuū muli scabūt: quod in codicibus Ausonii & Nonii pperā scriptū legitur.

Caput secundum.

Mutuum muli scabunt.

Apud ausoniū in epistolio puerbiū usurpat lris inuersis dictiōibusq cōfusis: qđ est mutuū mulīscabā. tu uero ita distincte legas & emēdate: mutuū muli scabūt: cuius puerbii sensus significat: tradere sibi opas mutuas & pari tepēdere. nāq mulorū mos est ut se mutuo scabāt & uicissatim defricēt. Marcus Varro librū cōposuit hoc titulo: mutuū muli scabūt: cuius testimoniū citat Nonius quāuis noniani codices mēdō indubii sint maculosi: in qbus hoc puerbiū corruptius legit: q̄ in Ausonii uoluminibus. ita eī scriptū habent: mulcū mulīscabāt: p mutuū muli scabūt: puerbii huiusce meminit sciēter & enodate symachus. cū in epistolis sic ingt mutuū scabere mulos: cui puerbio ne uideat esse cōsimis præconiū uirtutū tuarū presso dēte restrigo: itaq cū muli soleāt sese uicissim defricare & scabere: merito hoc puerbiū usurpat in cōsimili remuneratiōe. & talionis æquilibrio: quāuis a Scipione Emiliano dictū sit: iumēta qm manibus carerent alterius frictiōe indigere. Adriani quod nō lōge ab re est: locus balnearis innotuit: q plures olim senes euocari iussit. & aliū ab alio inuicē defricari: cū illi se marmoribus attererēt ad liberalitatē principis puocandam: qui seruis donauerat & sumptibus ueteranum quendam. qui se in balneis destringebat: propterea quod seruum non haberent.

Quid intelligi uoluerit Hesiodus: cum scripsit: Dimidiū esse plus toto.

Caput tertium.

Hesiodus in libro cui titulus est εργακαι ημεραι: idest opera & dies uersū hūc posuit: νηπιοι ου Δισασιν οσω πλεον ημισυ παντοσ .i. ignorāt stolidi q̄ toto sit dimidiū plus dissoluēda quæstio ē: cuius mētionem fecit Gellius li. xvii. noctiū atticarū: nec tñ reliqt explanatū: qđ Hesiodus se dicere sentiat: cū dimidiū plus toto esse dicit: qđ cōi planę sensui uideſ reluctari. Plato li. iii. de legibus planissime explicat hoc ambagiosū scribēs rectissime dictū esse ab Hesiodo dimidiū plus esse q̄ totū: qñ uidelicet totū cōprehēdere noxiū ē: dimidiū uero tēperate se habet. hinc itelligi uoluit moderatū imoderato plus esse utpote melius deteriore: docetq pricipatū moderate cōstituendū eē & ad mediocritatē redigendū. idē libro quarto de republica. laudās uitā moderatā tanquā optimā Hesiodū illud sapiēter dixisse cōmemorat dimidiū esse plusquā totū. Cōsiliter Aristoteles in quarto politicorū dimidiū esse plus toto docet: ex eo quod gubernatio tēpeata durabilior est & melior q̄ ipotens & imodica: ideoq phocilides bene optauit multa mediocribus optima. & spe mediocris esse uoluit in ciuitate. idē Aristoteles pfitetur mediocritatē & mediū esse optimū: mediocrisq fortunæ bonorū possessionē ait optimā oim esse existimandam: idē in ethicis uirtutes mediocritates esse tradit: hic illa apud græcos catholica snia. μεσοτητασ αρετασ ειναι. ex quo colligit mediū & moderatū optimū esse in uita degenda. & plusquā totū appetēdū: nō me præterit aliter ab aliis Hesiodi uersū exponi solere se hæc Platonica nobis & Aristotelica interptamēta magis pbant: cum eruditiora sint & ueriora.

Moderatū melius im moderato.

Virtutes medıocritates.

Enodatus nodus ex epła Mar. Ciceronis Ductus ex puerbio Sero sapiūt phryges.

Caput quartum.

Mar. Cicero quadā ad Trebatiū epistola sic cœpit in equo troiano scis esse in extremo. Sero sapiūt. neotherici hoc ē recētiores interpretes magis implicāt q̄ explicent sensū epistolicū: scire aūt debes uetus hoc fuisse puerbiū. sero sapiūt phryges: qđ a troianis natū ē: qui decio demū anno uelle cœperāt helenā quæq cū ea erant rapta reddere græcis: a qbus decēnali bello pressi uastati uexati fuerāt sed hæc sapiētia troianorū serotina erat & nimis tardaq: tūc demū respicere cœperāt: cū res eorū forēt deploratæ: & ægritudo irremediabilis hoc aūt puerbiū cōtinebat in extrema tragœdiæ ptextā titulus erat equus troianus: quā Liuius poeta apud latinos uetustissimus cū primis cōdidit unde a grāmaticis citātur testimonia liuii ex equo troiano huiusce puerbii mentio fit in codice festi Pōpeii integriore ex quo excepta exscriptaq sūt illa quæ uulgi manibus iugiter cōteruntur iā satis liquet opinor: cur Cicero dixerit esse in equo troiano sero sapiūt: uidelicet alludens ad puerbiū illud sero sapiunt phryges quod in extrema fabulæ clausula legebatur.

Equus troianus nomen fabule

Emaculatū uerbū ex uersū Lucilliano: inibiq enotata quædā sup accipensere Decumano.

Caput quintum.

Idem Marcus Tullius libro de finibus bonorū secūdo usurpat uersus Lucillianos in qbus ad galloniū sic loqtur Lelius Cœnasti in uita nonquā bene cū oia in ista cōsumis squilla atq accubas ære cū decumano: si lucillius reuiuisceret carmē hoc in poemate suo satyrico plane nō agnosceret sūmoueretq nō solū ut subditiciū: sed ut in uersum adulteratūq repelleret quid enim significat obsecro te accubas ære cum decumano quis lepor: qui sales quæ satyrica mordacitas: ego etiam atq etiā & sensu introspecto & uerbis syllobatim pensitatis sic censeo corrigendum: ut pro accubas ære cū decumanu meo periculo legas: acipensere cū decumano. Lelius enim est qui apđ Lucilium carpit gulam. galloni gancronis & gurgitis: qui patrimoniū helluabatur in una squilla: quod genus piscis: ē & in acipensere prægrandi: qui piscis est imprimis nobilis: quem prodigis & gulonibus nutriunt maria

De accipen sere.

de quo plinius noster libro nono naturalis historiæ. hæc refert apud antiquos pisciũ nobilissimus habitus acipẽ ser unus oim squamis ad os uersis contra aquá nando meat fuisse autẽ acipẽserẽ in honore mẽsarum pcipuo tem poribus Lelii & africani:testis est Macrobius in saturnaliũ. & Mar. Tullius memorat:q ait oblatum esse africano Scipioni acipenserẽ:qui admodũ raro capiebatur:ad quem epulandum cũ plures conuictores inuitaturus uideretur. pontius in aurem o Scipio inquit uide quid agas acipenser iste paucorum hominum est:samonicus quoq; serenus tradit hunc piscem a coronatis ministris cũ tibicine introferri solitũ in sacrum cõuiuiũ. Quinetiá Martialis signare uolẽs i magno præcio fuisse acipẽserẽ atq; inuentu rarũ sic scripsit in xeniis.

Ad palatinas acipensera mittite mensas.

Ambrosias ornent munera rara dapes.

Decumanus aũt acipenser a lucillio dictus est: quẽ intelligi uolebat pergrãdẽ & enormẽ. antiq enĩ decumana oua dici uoluerũt magna apud quos scuta quoq; decumana uocabaut:q essent amplissima: & decumani fluctus quia essent magni:ex quo apud poetas decimus fluctus p maximo & undabundo celebratissimus est:hinc decumana quoq; porta in castris dici uideť qd esset ampla & patens sicut & decumanus limes in limitatione agrorũ a magnitudine dictus putať:cuius Pli. & Columella meminerũt. cãdidus quæso lector diligẽter pẽsitet uerbũ lucilli anũ:syllabas trutineť:lřas elemẽtarias cõferat sensũ itrospiciat:pfecto correctionẽ hác urã non improbabit quá si dicere fas est:nec lucillius ipe sit iprobaturus:ut aũt in hác suiam nõ pedibus sz calamo pclius irẽ impulit ora. offellut:q galloniũ hũc cuius igluuiẽ diximus a Lelio lucillano taxari morsu satyrico lácinauit & sale pfricuit ob hũc ipm acipẽserẽ decumanũ:sic. n. scribit in sermo. galloni præconis erat acipẽsere mensa in famis.

Decumana oua

Decimus fluctus.

Perpensa diligenter emẽdataq; dictio apud Mar. Tullium in cuius in libris legitur de narthec. p Narthecio.

Caput sextum.

Idem Marcus Tullius in eodem de finibus bonorũ & malorum uolumine sic scribit iá doloris medicamenta illa epicurea tanq̃ de nartheo pmant. Tu emendatius leges & uerius de narthecio græci. n. narthecа uocant ferulam assurgentem in altitudine:humilẽ uero & depressam υποκοριστικοσ. narthecion dicũt. cuius rei mẽtio fit a Plinio. cũ autem semen ferulæ morbis quibusdẽ auxiliari dicant medici:hinc narthecion pro repositorio medicamentorũ usurpatur. etiam si fuerit ex alia materia fabrefactũ. uel quia id ligni genus accõmodatum est ad seruanda medicamenta apud Martialem in apophoretis lẽma est narthecion;cui subscribitur hoc distichon.

Narthecid

Artis ebur medicæ narthecia cernis:habebis.

Munera:quæ cuperet pactius esse sua.

Cõmentatores epigrámatarii poetæ exponũt narthetiũ p ferula:de qua iá dictũ est:aiunt q; ebur dici a poeta uel a candore eburneo uel qm in locũ Scipionis eburnei successit nartheciũ. non inficior ferulá siue narthecion baculorũ usum senectuti potissimũ pbere:qd & Pli. docet. sed hoc totũ nihil prorsus ad poetæ sensũ enucleandum q ut dicá qd sentio:omissa insectatiõe aliorũ:qd a me uitiũ longissime abest:nil aliud significare uoluit epigrámatista noie narthecii:q̃ repositoriũ siue loculamentũ medicamẽtorũ:ut exponas ebur p pyxide eburnea:qd & narthecium dr in quo medicamẽta seruant:ex hoc significatu explicatior fit & lucidior sensus tam Cic. q̃ Marcialis:q nartheciũ planæ accipiũt p arcula medicamẽtaria:sicut myrotheciũ significať theca atq; repositoriũ unguẽtorũ delicatiorũ. græci enĩ μυρον uocát unguẽtũ & θηκην thecá & loculũ ac repositoriũ. hinc dictũ est illud a Mar. Tul. quadá ad atticũ epistola p tráslationẽ decẽtissimá:meus aũt liber totũ isocratis:myrotheciũ atq; ois eius discipulorũ arculas ac nõ nihil etiá aristotelica pigmẽta cõsumpsit:sz ut ad narthecá. i. ferulá reuertamur:ea sit baccho dicata. ministri dionysiaci in mysteriis bacchicis ferulas gestabát. dicebátur q; græco uocabulo narthecophori. q̃si feruligeri. hic illd apd Platonẽ in phedone:narthecophori mlti sũt. bacchi uero pauci.

locus martialis.

Myrotheciũ quid

Narthecophori.

Correctus senecæ locus enarratusq; de psychro lutre. Caput septimũ.

Cũ mihi decretũ sit nõ minus publicæ utilitati studiosorũ psulere uelle q̃ gloriæ priuatæ respectũ habere. nõ me a pposito deterrebit humilitas rerũ imo táto magis minuta quæq; scrutabimur:quanto talia in curiosius tráşmitti solent. legimus apud Sene. usurpari uocabulũ græcũ. qd si recte legať elegátissimũ est:sed bis apud eũdẽ ppera legiť. sic enĩ in. vii. epi. scriptũ est:frigidæ cultor mitto me i mare:quõ p sicholutá decet gausapatus. idẽ i. xii. ille tátus psycolutes:q cal. Ian. euripũ salutabá. mẽdũ est hic & illic. sz in prio loco isignitũ magis. Nos utrobiq; sic emaculauimus ut illic psychrolutrá hic psychrolutres legas græco eĩ uocabulo psychrolutres dr his q frigida aq̃ corpus lauat & balneo frigido lætať. charmia massiliẽsis frigida ẽt hibernis algoribus lauari psuasit:mersit ægros in lacus. hinc illud Plinianũ ex lib. undetrigesimo. Videbamus senes cõsulares usq; in ostẽtatiõe rigẽtes: qua de re extat etiá Annei senecæ astipulatio:asserit his uerbia Pli. Senecá pbare frigida lauacra:quæ haud dubie: nõ solum doctrina pbat sz etiá exẽplo:cũ ait se fuisse psychrolutrẽ hoc est lauacri frigidi cultorẽ:q cal. Ianua. quẽadmodũ legere:scribere:dicere:aliqd:sic auspicabať in uirginẽ desilire. est aũt uirgo fons Romæ clarissimus aquæ frigentis quem Mar. Agrippa Romá pduxit quæ uirgo appellata est ex eo:qd q̃rentibus aquá militibus puella uirguncula quasdá uenas mõstrauit:ut docet frontinus libro prĩo de aquæductibus. Plinius uero libro. xxxi. nomen uirgini inditũ esse ex eo autumat:q riuum herculaneũ q iuxta est:refugere uideretur:quátum aũt martia haustu prestat. tantum uirgo tactu præcellebat. ψυχοσ græce dicitur frigus ψυχροσ frigidus λουτρον uero balneum & lauacrũ unde composita ex utraq; dictione fit psycholutres. significaturq; lauacri frigidi cultor & amator:qualem se fuisse intelligi uoluit Seneca si sinceriter legatur & probe intelligatur.

Psychrolutres qui

Virgo fõs.

Mendum occupasse codices Senecæ:in qbus p parænetica philosophia corrupte scribitur parentia p euthymia ectimia. Caput octauum.

Apud eundem pars philosophiæ:quá nos preceptiuá dicimus corrupto uocabulo græco Parentia noiať cũ parenetica dicenda sit a græco uerbo παραινεω qd significat præcipio & admoneo. inde παραινετικοσ precе

Parænetica

ptiuus & admonitorius. & παραινεσις. preceptio siue admonitio. hinc acron oratianus interpres & si nõ classi
cus nõ tñ proletarius idẽtidẽ hæc ait ode Paranetice scripta est: pro eo quod est preceptiue siue monitorie sicut ab
eodem dicit hæc erotice dicta est ꝓ amatorie. Nõ minus illud apud eundẽ emaculandũ est ex libro epistolarũ. xi.
asperomachiã auocauit pro ad speromachiã:que dictio significat pilarẽ lusionẽ:siue ludicrã pugnã sphæristaruꝫ
qua dictione Papinius quoq; usus est in epistola ad marcellum sic scribens: sed & speromachias spectamus & Pi-
laris lusio admittitur. Sidonius ait in certamie spheræ se primum fuisse signiferum:& quoniam senecæ adhuc res
agitur restituenda forma est deformatæ dictioni quæ nunc nuper in mentem uenit namq; democriti ecumia legi
tur pro eu thymia:democritus enim euthymiam probauit tanq̃ beatæ uitæ effectricem: quæ interpretatur animi
tranquillitas. cuius & Ci. meminit lib. v. de finibus bonorũ & malorũ:de qua diogenes laercius ita prodidit in ui-
euthymia. ta democriti. finem esse rectum quietumq; animi statum: quem euthymiam dicit:quæ non ut quidem male intel-
ligentes iidem sit quod uoluptas uerum secundum: quem animus magna tranquillitate constantiaq; beatus est.
dum nullo metu nulla superstitione aut alia quauis perturbatione agitatur.

Explicatũ carmen persianũ de aceruo crysippi:lõge secus: q̃ a cõmẽtatoribus & grãmaticis explicari solitũ sit

Caput Nonum.

Persius satyrographus poema suum hoc uersu cludit:depingue ubi sistã inuentus chrysippe tui finitor aceruũ
quo plane aliud significari uidet:q̃ aut cõmentatores nouerint aut in scolis uulgo prodat:nõ eni ad aceruũ uolu-
minũ:quæ innumera condidit chrysippus id referendũ esse autumo:sed ad argumẽtatiões:quas græco uocabulo
Sorites. soritas uocãt:Ci. aceruales interp̃tat:sed ut ipse ait in. ii. de diuinatiõe sicut multa uerba græcorũ sic sorites satis la-
Aceruales. tino sermõe tritus ẽ:igit chrysippus solitus erat p soritẽ argumẽtari & gradati interrogare:ex quo argumẽtario fie-
bat numerosior:& aceruus quasi qdã gradati cumulabat ꝓpositionũ & ꝓbationũ: ut ita pclusio efficeret: ad pro-
bandũ quod moliebat:ultra prescriptũ argumentationis:q̃ ex preceptione dialecticorũ tripartita est ex institutio-
ne oratorũ quinq; partita fieri potest ultra quẽ numerũ ꝓgredi nõ licet:sed sorites. i. aceruus siue acerualis chry-
sippeus in infinitũ pœne ꝓgrediebat:diffusus p multiplicationem numerorũ innumerabilẽ. cuius exẽplum extat
apud eundẽ Ciceronẽ:qui in hortensio quoq; soritas lubricos esse & periculosos tradit: & post Paulũ placet inge
chrysippo cũ gradatim interroget uerbi ca. tria pauca sint an multa:aliquanto priusq̃ ad multa ꝑueniat:mox post
multa per soritas ꝓgrediendo tractata subiungit. hæc chrysippea sunt nec ab eo quidem dissoluta: refert laercius
chrysippum libros quattuor cõdidisse de soritis:nimirum ob hunc aceruum chrysippeũ:qui longius progredie-
batur:ita ut uix concludendi modum inueniret:dixit scite & eleganter persius ex persona auari cuius cupiditates
immodicæ nullo modo finiuntur per apostropham ad chrysippum: o chrysippe saltem tu depinge modũ ultra
quem nõ progrediat aceruus diuitiarũ interminabilis: qui inuẽtus es finitor terminatorq; tui aceruiihoc est illius
argumẽti soritæ:qui q̃uis longo ordine producereturitamẽ aliquando conclusionis modo cludebatur terminaba
turq; & hic est uerus poetæ satyrici sensus hoc uerũ interpretamentũ:hic est ille aceruus chrysippeus in quo cecu-
tientes commentatores hallucinantur:de quo est astipulatio illa sidonii ex hendecasyllabo chrysippi potuisset ex
aceruo & marciani. chrysippus cumulet propriũ consumat aceruũ:qui alibi dixit:soritas cumuli accessibus agge-
rans:potest uideri Oratius in hanc quoq; aceruí chrysippei suspitionem lapsus esse cum dixit: mille talenta rotun
dentur: totidem altera porro. tertia succedant: & quæ pars quadrat aceruum illud quoq; ex secundo epistolarum
hinc opinor fluxit:dum cadat elusus ratione ruentis aceruí.

Quod sit roboris supplicium in lectionibus ueterũ scriptorum.

Caput Decimum.

Apuleius platonicus philosophus in copiosissima illa & disertissima oratione:qua crimen magiæ a se alienuꝫ
esse defendit:sic indignabundus exclamat. o mirũ cõmentũ o subtilitas digna carcere & robore merito uideri po
test ignorabile:nec indignũ explicam illud roboris. suppliciũ:scito igit robur in carcere dici locũ: quo precipitabã
Robur in carcere. tur malefici & sontes & ex eo dictũ qđ robusteis lignis sepiebatur:de hoc robore in hoc significatu accipitur locus
hic apuleianus:sicut & ille apud ualerium ex lib. vi. dictorũ factorũq; memorabiliũ:qui etiã familiares eorũ neqs
Ro. po. inimicis amicus esse uellet:de robore præcipitati sunt. Plau. quoq; ad hoc robur allusisse uideri potest:cuꝫ
ait in curgulione:ego uos ambo in robusto carcere ut pereatis.

Quam ob causam herculanea pars a Plauto dicta sit pro decuma: ibiq; quid sit pollucere & polluctum.

Caput Vndecimum.

Plautus latinæ linguæ delitiũ in comedia:cui titulus est truculẽtus ex ꝑsona getæ serui sic inqt:detraxi ptẽ her
culaneã:quo dicto significat decumã se detraxisse:nãq; ueteres herculi decimas dicauerũt:quærit Plutar. in quæ-
stionibus:cur plerique copiosi & locupletes patrimonii sui decimã herculi offerebãt:an inquit quod hercules in mõ
te palatino boum quas gerionæ abstulit decimã immolauit:an qđ Romanos ab ethruscis decimari solitos liberas
Decumæ Herculi dicatæ. uit:an illud potius quasi odiosas ciuibus & molestas nimias diuitias cõminuentes eo pacto maxime coli herculẽ
existimabãt:quẽ iccirco luxuriã coercere & cõprimere delectaret:qđ ipse paucis cõtẽtus frugaliter cõtinenterq; ui
xisset:refert Diodorus in quinto bibliothecæ herculem dictitasse eos: qui sibi iam diuo facto decimam bonorum
Sylla. dicarent beate fœliciterq; uicturos: ex quo multi decimas herculi uouerunt: posteaq; fortunatiores facti bona
Crassus. sua ad quattuor talentorum milia herculi sacrarunt: tradunt historici syllam ex uniuersis fortunis herculi de-
Lucullus. cimam sacrificantem laura populo Romano fecisse conuiuia consimiliter crassus ille Romanorum ditissimus
decimas herculi sacrarunt. decimam facultatum suarum partem herculi consecrauit epulumq; populo dedit: uiritimq; minas tres diuisit
hoc idem a Lucio lucullo factitatum est. De hac decuma herculi dicata sensisse uidetur. Mar. Tul. cum ait in se
cundo de officiis: ut hostesti nuper prandia in semittis decumæ nomine magno honori fuerunt. Quinctiam
Teren. Var. in ea satyra quæ inscribitur κεραυνου Testatur maiores solitos decimam herculi uouere:nec decem

dies intermittere:quin pollucerent;pollucere autẽ est libamenta herculi in aram porricere. idq; sacrificiũ: qđ her-
culi decuma data sit polluctum dictũ. Igitᷣ cũ decumæ fortunarũ herculi peculiariter dicatæ sint: elegãter & scite Pollucere.
dixit Plautinus seruus se detraxisse partem herculaneã ex bonis domini amotoris intelligi uolens se decumam si- Polluctũ.
bi subduxisse:in hanc sententiã nõ minus scienter q̃ festiuiter dixit columen plautinæ familiæ chrisalus in bacchi- quid.
dibus :si frugi est herculem fecit ex patre:decumam partem ei dedit.

Correctus Ouidii uersus: inibiq; nonnulla super smintheo apollinis cognomento digna memoratu.

Caput Duodecimum.

In codicibus Ouidii uolumine metamorphoseon.xii.uersus hic perperam legi & perperam enarrari solet.

Talibus intonsum compellat cynthia dictis.

Tu uero dictionẽ illam cynthia ueluti adulterinam subditiciãq; obelisco confodito. & in eius locum Sminthea
cũ asterisco substitue:accipeq; ꝑ apolline. inter cætera enĩ apollinis cognomenta:q̃ multiiuga sunt hoc quoq; cele
bre est:quo smintheus cognomiatᷣ:autumat. Macro.in.i.satur.apollinẽ sminthea dici. στιζεωνθει qa feruẽs currit
sed homeri interpretes & Strabo homericæ maiestatis illustrator ꝓdiderunt apollinẽ sminthcũ a muribus tanq̃
apollini sacris cognomiari q lingua cretensiũ σμινθιοι. appellantᷣ:mythici referũt teucris e Troia ꝓfectis datum
esse oraculũ ibi eos sedẽ posituros ubi terrigenæ eos adorirentᷣ:id circa amaxicũ dicunt cõtigisse: maximãq; agre-
stiũ muriũ multitudinẽ noctu exortã quicqd armorũ & utensiliũ ex corio inuenissent corrosisse:teucrosq; ibi mã-
sisse:heraclides põticus auctor ẽ mures ibi circa tẽpliũ apollinis habũdare & sacros existimariᷣ:simulachrũq; apol
linis ita instructũ esse:ut murẽ pedibus premat;multis in locis fuit antiqtus celebratum sminthei nomẽ. Nam iux Locus Pli-
ta amaxitum duo loca sunt:quæ sminthea uocantur. Item in larisseo agro & in pariano locus erat smintheus ap- nii.
pellatus. Itẽ apud rhodũ & lindũ:nunc ut inqt Stra.in.xiii.tẽpliũ sminthiũ uocant. Apud Pliniũ dictio mendosa
est in quinto Na.histo. Namq; pro sminthium tẽpliũ:legitur Zinitiũ templũ durat in urbe crisa fuit apollini smin
thei templũ cum statua. cuius pedi mus subiacebat:quã scopas parius fecit homerus in prima illiados rhapsodia
mentionem facit sminthei Apollinis in oratione chrysæ sacerdotis.

Consideratum pensitatumq; solerter prouerbium græcum. in noctibus Gillianis. επιτηφακημυθον.

Caput Decimumtertium.

Apud Au.gelliũ in noctibus illis lucidissimis ꝓuerbiũ græcũ mẽdose legiᷣ:sic enĩ lib.xii.scriptũ est ;ne plane
fiat græcũ illđ de uarronis snia ꝓuerbiũ. επιτηφακημυθον. i. in lente fabulã:sed si qs curiosius itrospexerit uim
sniamq; ꝓuerbii:haud dubie cognoscet talẽ sensum taleq; lectionẽ esse penitus insipidã & inuenustã qđ enĩ est in
lente fabula qs sensus ꝓuerbialis:qs atticus lepor:qđ deniq; ad ꝓpositũ gellianũ:ego existimo legendũ esse nõ μυ
θον:qđ plane fabula significatᷣ:sed μυρον. qđ unguentũ dr̃ & ita elegantia græci prouerbii elucescet. si legeris επι In lente un
τηφακημυρον. hoc est in lente unguentũ:quo plane ꝓuerbio significatᷣ haud quaq̃ unguentũ cũ lente cõgruere guentũ.
nec cõsociationẽ fieri unguẽti:qđ delicatius est:& lẽtis qđ genus est uulgatissimi leguminis: hoc ꝓuerbiũ usurpat
Mar. T. quadam ad atticum epistola decenter & salse.sic enĩ ait legati sunt. Q u. Metellus Creticus &. L. Flaccus&
τοεπιτηφακη μυρον lentulus clodiæ filius;uoluit enim symbolicos & subobscure. Mar. Tullius taxare lentu-
lum clodiæ filium:qui ita male copulandus esse uidebatur in obeunda legatione cum metello cretico &. L. flacco
uiris clarissimis:sicut lens cum unguento male consociatur : cum inter unguenti delicias & lentis uilitatem ea sit
disparilitas ac dissociatio: quæ inter amaiorem dulcedinemq; internoscitur.

Q uid significet apud eũ Gelliũ: ꝓuerbiũ alterum latinũ. Nihil cum fidibus graculo; nihil cũ Amaracino sui.

Caput. Decimumquartum.

Idem in calce operis meminit ueteris ꝓuerbii. cuius snia haud longe abest a supiore:sic enĩ ait uetus adagiũ est
Nihil cũ fidibus graculo nihil cum amaracino sui:sensus adagii siue ꝓuerbii est satis apertus & expositus quo si-
gnificatur neq; musicã graculis:auibus obstreperis & clamosis:neq; unguenta porcis immũdis & lutosis conueni
re: sed nõ de nihilo amaricinũ cõprimis dixit timeri a sue. obseruauimus apud Lucretiũ: q sues odore unguenta Amaraci-
& peculiariter fugitant odorẽ amaracini. uersus Lucretii ex lib. vi. subscripsimus ut res fiat manifestior deniq; ama nũ quid.
racinum fugitat sus & timet omne Vnguentũ:Nã setigeris subus acre uenenũ est in codicibus lucretii quis men- Sansucinũ.
dis pregnantes circũferuntur:pro amaracinũ legitur amaracum: pro sus fur: sensu confusaneo uerbisq; corruptis
est autem amaracinũ unguentũ ab amaraco herba odorata nomiatũ:diocles medicus:& sicula gens amaracũ ap
pellauere:qđ ægyptus & syria sansucũ nostri uernacula lingua maioranã uocant:hinc unguentũ cõfectũ nũcupa-
mus modo amaracinũ modo sansucinũ:Pli.in.xiii.scri.sansucinũ optimũ in cypro fuisse & mytilenis:ubi erat plu
rima sansucus. Idem ait amaracinum fuisse in insula. Co. laudatissimũ:enunciatᷣ autẽ amaracinum penultima cor
repta: contra uulgi præposteram consuetudinem producentis.

Q ui sit sensus Nasonis in eo uersu. Deprensum polypus hostem continet ex omni demissis parte flagellis:ini-
biq; de significatu acceptabulorum. Caput Decimumquintum.

Ouidius in quarto metamorphoseon sic scribit:deprensum polypus hostem.

Continet ex omni demissis parte flagellis.

Hoc uersu significatur:conchilia a polypo pisce cõplexu crinium detineri frangiq; solita:est enĩ polypus:quod Polypus.
uel mediocriter eruditis ꝑspicuum est:piscis sanguine carens:q inter mollia numeratur:cui pediculi sunt octoni:a
quorum multitudine nomen inuenit:quos Pli. modo crines modo cirros appellat:qui instar sunt capillamẽtorũ:
Oui. flagella uocat:quibus complectuntur conchilia:quorũ carne uescuntur : & ita expones hostem pro conchi-
liis:conchis siue:quas peculiariter polypi uenantᷣ; & flagellis hoc est crinibus siue cirris:ita enĩ illorũ pediculi nomi- Cirri.
nantur cõplectuntur: ut auelli nõ queant:sunt enim auidissimi concharũ: quæ ad iactum cõprimũtur precidẽtes Flagella.
brachia polyporũ: cauent ergo polypi insidianturq; conchis apertis: impositoq; lapillo in discuneatas grassant

extrahūtq; carnes. Idē pli. auctor est Polypū in aqua luctari cōplexu ad hoiem cōficiendūq; sorbere acceptabulis ac numeroso suctu detrahere: ubi acceptabula significant caliculi: qbus peculiariter prædita sunt illa piscium genera que mollia nuncupant. Itē Aristoteles lib. iiii. de aiali. tradit mollibus oibus esse binos acceptabulorum ordines ita Polypo uerorq & ipe ex numero molliū est: simplicē acceptabulorū ordinē cerni: trebius niger acceptabula caliculos: interpretari uidetur cū ait: barbas fuisse polypo clauarū modo torosas longas pedū triginta acceptabulis siue caliculis urnalibus peluiū modo. Seneca quoq; acceptabula elegāter appellat uascula illa & calculos: qbus repēte plenis repente uacuis pstigiatores fallere fauorabiliter solēt oculos cōtēplātiū: uerba Senecæ hæc sūt ex li. vi. epi. sic ista sine noxa decipiunt: quo modo pstigiatorū acceptabula & calculi: in qbus me fallacia ipsa delectat in mensuris uero & ponderibus cū acceptabuli mensura dicit: significat heminæ quartā partē. i. drachmas. xv. Pli. uolumine duo de trigesimo tradit ossa ex acceptabulis paruarū prebere usum dētifricii: ubi acceptabula appellasse uidet: quas pyxides medici recentiores & anatomici scriptores appellitant: quibus infixæ sunt coxendices: circaq; ea uertuntur ossa coxarum; sunt enim illæ concauitates Caliculis persimiles.

Acceptabula pstigiatorum.

Emaculatus Plutarchi codex: in quo pro Fabius buteo: inscite legitur bulco: ibiq; de buteonibus.

Caput Decimumsextum.

Apud Plutar. cheronensem: latinitate donatū: error est in uita Fabii maximi minutulus qdē: sed nō tamē aspernandus: sic eni habēt codices impressi: alterū dictatorē creauerūt Fabiū bulconē: tu corrige fabiū buteonē: fuit eni Romæ familia fabia buteonū cognominata ex eo: quod in ducis naui pspero auspicio quondam sedisset accipiter quē Romani buteonē appellant græci triorchen a numero testiū quasi tris testiculos habētē: cui principatū in augurüs phemonoe dedit q apollinis filia dicta est ut inquit Pli. & ut auctor est Eusebius chonographus: prima exametris uersibus futura cecinisse narrat. Ex quo nō inscienter Luca. phemonoē appellauit pythiam siue phebada quæ responsum ex oraculo apollinis delphici dedit Appio Romano. Liuius historiam fabii buteonis eloquenter explicat lib. xxiii. ab origine urbis: qui dictator creatus ut senatum legeret peracta lectione eodem die exēplo dictatura se abdicauit lictoribusq; abire iussit turbæ se immiscuit: hæc eadem a plutarcho memorantur: sed pro fabio buteone Mendum irrepsit procliuiter in fabium bulconem.

Butones. Triorchæ.

Subesse sensum occultiorem q enarratores agnouerint in illo epigrammatistæ uersiculo pastas glandenates habet secundus.

Caput Decimumseptimum.

Versiculus est apud Martialem: in quo subest obscœna quidem significatio: non tamen dissimulanter prætereunda: sic enim inquit in endecasyllabo. Pastas glande nates habet secundus.

Vbi nō pinguitudo pueri significat sicut pperā exponit interpres: sed patici effœminatiq; ipudicitia: acumen eni sensus & aculeus totus est in dictione glande: qua significat pars obscœna genitaliū uirilių de qua Cor. celsus lib. vi. de medicina: ubi uero glans cōtecta est ericulario quoq; clystere iter eā cutēq; aqua calida inserēda est. Item tubercula etiā q phymata græci uocant circa glandē oriunt. Aristote. & Galenus alter maximus philosophorū alter nobilissimus medicorū. βαλανον appellant græco uocabulo notissimo: qd significat glandē: est autē prima pars uirilis pœnis: sic eni honos auribus præfandus est: mentula uocat. Aristoteles in. i. de aialibus: ita pdidit. maris pœnis postremo thorace ppendens parte sui prima carne ppemodūq; cōstās & inequabili facie turbinata: nomen a glande pars hæc mutuata est. Igit mordax sine fine Martialis uolens intelligi puerū noie secūdū fuisse paticū & em asculatoribus ad obscœnam libidinē frequenter morigerum festiuiter simul & salse dixit eū habere nates glande pastas: tanq subactione illa prepostera concubinis ueluti cibo nates pascerent: & in hoc toto epigrāmate epigrammatisq; sensu explicando cecutit interpræs: cū sententia poetæ lasciuientis sic referenda ad delicias puerorum multiformes nequitiasq; dissimiles: & fastus amabiles: & morositatem illicibilem quæ omnia malle sese ait poeta in sodalitate puerili: q dotes dapsiles in uxoria contubernalitate.

Glans uirilitatis.

Versus lucretii explicatus de lampade cursoria & de sicyoniis calciamentis.

Caput Octauumdecimum.

Lucretius lib. ii. de rerū natura sic ait: & quasi cursores uitai lāpada tradunt: cū significare uellet mortaliū esse perpetuā successionē uicissimq; primos a secūdis: secūdos a tertiis: & ita deinceps ipelli & urgeri: est autē trāslatio sūpta a cursoribus: q ex pmethei cōsuetudine: ut docet Higius. instituerūt currere lāpadē iactātes: quā primus cursu defatigatus: secūdo itegro tradebat: cuius rei mētio quoq; fit lib. iiii. rheto. ad herēniū: ubi tradit nō illū in palestra qui tedas ardentes accepit celeriorē esse in cursu continuo q sit ille q tradit: pp terea qd defatigatus cursu integro facem tradit: in hunc sensum translatione quadā oppido q decēti dictum est a Persio.

Lāpada primus tradit secundo.

Qui prior es cur me in decursu lampada poscis.

Mar. quoq; Varro scitissime dixit in. iii. de re rustica. nō cursu lāpada tibi trado: significans puerbialiter nō tibi caedo: uel. p contrarium nō sum te superior. Herodo. lib. viii. historiarū: refert cursores persarum pnicissimos primū secūdo secūdū: tertio: & ita deinceps aliū alii mādata tradere solitos: quemadmodū inquit apud græcos fax traditur: quā uulcano p uices ferre cursores pseuerant: & qm Lucretii mentio facta est enodemus illud quoq; uelut in transcursu uocabulum: quod ab eo positum est lib. quarto de rerum natura.

Vnguenta & pulchra in pedibus sicyonia rident.

Sicyonia.

Vbi sicyonia significantur calciamenta muliebria atq; amatoria delicatioraq: & effœminatis tantum congruentia: de quibus ait lucillius.

Et pedibus læua sicyonia demit honesta.

De quibus. Mar. Tul. in primo de oratore sic refert: ut si michi calceos sicyonios attulisses: non uterer quamuis essent habiles & apti ad pedem: quia non essent uiriles: sed de lucretii locis obscurioribus alibi plura. cum eius pœmata adeo mendosa circunferantur: ut non lita multia luminibus ingenii uideri possint; sicut

Qu. Ciceroni uidebantur: sed oblita tenebris errorum praescatentibus.

Lapsum esse indiligenter interpraetem Plutarchi apophthegmaton sup λημη πειραιως. i. lippitudie pirei.

Caput undeuigesimum.

Plutarchus cheronensis: in apophthegmatis: de pericle atheniensi sic ait. εκελευσε τους αθηναιους την αιγιναν ως λημην αφαιρειν του πειραιως. interpres Plutharchi homo graecae latinaeq; linguae oppido q̄ peritus & calens: ita interpraetatur: iusserat autem athenienses eginam quasi pirei portum existimarent ac tuerentur. demiror uirum alioquin graecatiorem dedisse id interpraetamentum quod penitus contrarium est a sensu uerbisq; graeci scriptoris: quae nos ita latina fecimus: iusserat autem athenienses eginam quasi pirei lippitudinem auferre: hoc est uerum graecorum uerborum interpraetamentum: & sensus ex historia ductus: nam pericles suadere uolebat atheniensibus: ut eginam insulam delerent & e medio tollerent perinde ac lippitudinem labemq; pirei atheniensium portus: a quo. xii. milibus passuum abest. hoc aperte demonstrat idem Plutar. in uita periclis: cum ait. aeginam ueluti perei lippitudidinem delendam censuit: impressi codices mendosi sunt: in quibus pro lippitudinem legitur lippedinem: potuit fortassis interpres labi ex incuria uicinitateq; graecarum dictionum: nam apud graecos. λημην est & λημη. pronunciatu quidem non longe distantes inter se dictiones: scriptione uero & significatu multum dissidentes: λημη enim foeminino genere significat lippitudinem ocularium: scribiturq; per. η. λιμην uero masculino genere dicitur portus: & p iota scribitur. sed in codicibus Plutarchi graecis scriptum est. λημη quae est lippitudo hoc est lippitudo per. η. non λιμενα hoc est portum per iota: praeterea quis nescit. αφαιρειν apud graecos accipi pro auferre non pro tutari: plura dicere quibus hoc nostrum tuear supersedeo: ipsa enim sunt per sese satis opinos euidentia: & quod ab interpraete dicitur: & quod a nobis: quae pensitanda diiudicandaq; candidis lectoribus permitto.

Egina lippitudo pirei.

Erratum alterum eiusdem interpretis super immolatione filiorũ: quos saturno sacrificant carthaginenses.

Caput Vigesimum.

Idem Plutarchi interpres sic in latinum uertit apophtegma illud. Zelo tyrannus quo tẽpore carthaginenses ad himeram debellauit: pacem cum his acturus coegit foederibus inscriberent: fore ut etiam filii a praestandis saturno sacrificiis quiescerent haec nouissima apophthegmatis pericula: non uidetur satis fideliter sincerit erq; expressisse atq; explicasse uerba graeca Plu. quae ideo subscripsimus: ut docti dispiciant utrum laude digna sit an reprensione nostra haec curiositas: ad q̄ nos unica impellit utilitas iuuandi fouendiq; pro uirili parte studia scolasticorum uerba Plu. haec sunt ηναγκασεν εγγραψαι ταις ομολογιαις. οτι και τα τεκνα παυσονται τω κρονω καταθυοντες. idest ut nos interpretamur: coegit inscribere in foederibus: q cessarent immolare filios saturno: hoc uerba ipsa significant: hoc exposcit fides historiae carthaginensium: qui soliti erant immolare hostias humanas saturno excellentioresq; ex filiis uictimare: qui cum olim essent obsessi ab agathocle rege siculorum saturnum iratum sibi esse rati sunt: quod loco liberorum infantibus clam emptis atq; educatis sacrificassent: itaq; ut diligentius ad piaculum soluerent deumq; complacarent ducentos nobilium filios publicae immolauerũt: sicut Lactantius in primo Eusebius in quarto praeparationis euangelicae & Diodorus in. xx. bibliothecae. pdiderunt hinc Silius Italicus in quarto punicorum sic cecinit.

Saturno filii immolabantur.

Mos fuit in populis quos condidit aduena dido. Infandum dictu paruos imponere natos.
Poscere caede deos ueniam: ac flagrantibus aris.

Qui inibi subdidit filium annibalis nomine asparem fuisse forte adiudicatum huic infando sacrificio: igitur ut ad rem redeam sensumq; Plutarchi explicem: Zelo tyrannus pacem cum deuictis carthaginẽsibus fecit his cõditionibus ne in posterũ immolarent filios saturno: ut ita a sacrificio sanguinario plenoq; inhumanae crudelitatis abducerẽtur: & haec est Plutarchi sententia uera q interpraetatio quod & uerba ipsa demonstrant: si circũspectius pensitati usq; perpendãtur: cũ interpretis interpretamentũ sit deuiũ ab historiae fide & a sensus elegantia.

Inscite eundem deerrasse super interpretamento thericliorum: inibiq; consideratus perpensusq; non indiligẽter locus ex Caesaris commentariis.

Caput nouissimum.

Apud eundem Plutarchi interpretem: in apophthegmatis Romanorum: ubi de Scipione Aemiliano differitur sic scriptum legimus: cum Memmii cuiusdam tribuni militum iumenta comprendisset: quae lapideas pelues & uitrea pocula deportarent: quod interpres dixit lapideas pelues & uitrea pocula: graecus scriptor ait. ψυκτηρας διαλιθους και θηρικλεια: quae uerba graeca nequaq̄ adamussim congruunt cum latino interpretamento: neq; hoc sensisse uidetur Plutar. qui noluit significare memmium fuisse castigatum increpitumq; acriter a Scipione: q in usu castrensi haberet uasa preciosa & delicata: minimeq; disciplinae militari conuenientia: lapideae autem pelues & uasa uitrea non sunt digna castigatione censoria: cum non sint aliena a parsimonia frugalitateq; priscorum cumq; ut dicere solebat Galienus imperator: nihil sit uitro communius: quo circa ita meo periculo interpretaberis. ψυκτηρας διαλιθους και θηρικλεια. id est uasa gemmata & thericlia: διαλιθος. enim graece gemmatus dicitur thericlia uero sunt uasa potoria delicatiora a thericle artifice celeberrimo nominata de quo est illud Plinianum ex libro. xvi. celebratur & thericles nomine. calices ex therebintho solitus facere torno. de thericliis poculis utpote praeciosis sic refert phalaris in epistola ad policletum. misi ad te puri auri phialas quattuor crateres argenteos non nostri temporis artifici duos poculorum thericliorum paria decem. de thericliis mentio ab eodem pli. habita est in uita Alexandri ex hoc thericliorũ significatu existimo corrigendum esse locum apud Caesarem: in cuius. iii. ciuilis belli põpeiani cõmentario sic legitur in castris pompei uidere licuit trichilas stratas: opinor irrepsisse mendum: emendandũq; pro trichilas stratas. thericlia strata. ut sit sensus thericlia pocula quae erant praeciosa celebrataq;: uisa fuisse strata atq; iacentia passim in castris põpeianis: & si scio tri-

Thericlia uasa.

Locus Caesaris.

chilas exponi solere pro abacis mensisq; potoriis uduti habentibus tria labra & triplices margines: in quibus uasa more aulico gradatim disponi collocariq; cõsueuerũt: sed iam receptui canendũ est ne modũ excedat appendix: quæ nõ contẽta latialiter dissertasse: etiam nõ nihil atticissauit. iam pausa facienda est & animus ocio refouendus: ut mox uegetior alacriorq; resurgat ad excudenda id genus annotamenta longe uberiora: quæ succisiuis temporibus condimus mox in tempore deprõpturi. meditor enim pro uirili parte agere negocium posterorum: sucurrere hesitantibus litteratoribus prodesse scholasticis: nõ minus prouincialibus q̃ italicis: qui auditorium meũ frequẽtissimi quotidie stipant. meq; peramanter obseruant. sed cum aurium sensus sit fastidiosissimus iam uale inclyte. Hannibal Bentiuole: & quicquid est istud quantulumcũq; est boni consule: & ama praeceptorem; qui non solum te pie diligit ut alumnum: sed & reuerenter colit: ut patronum.

## I. K. Lectori beneuolo. .S.

PEruenerunt iam/ lector candide/ non mala ut reor aui ad umbilicum: clarissimæ illæ duorum inq̃ doctissimorum uirorum commentariones: in Suetonium Tranquillum rerum gestarum scriptorem syncerissimum. Que quidem tanta emendatione: tanta deniq; industria nouissime in lucem prodierunt: ut nihil uel parum sit: in quo labor noster culpe obnoxius esse possit. Est tamen ( quod candidum lectorem admonitum uelim ) nõ nihil aliquando hallucinatum: in grecis potissimum/ ex paraphrasi. M. Antonii Sabellici/ cum ob exemplaris mendosissimam corruptionem: tum etiam grecoruz ( quos sepiuscule citauit) anthorum inopia. Quod facile resarcient/ qui hæc: que nobis defuere: indepti fuerint. Cetera omnia munda: excussa: polita: & ad unguem facta/ ipse ( uel si nolis ) confiteberis. Mire enim hec nona editio alias oẽs hactenus impressas: & superat: & longo relinquit interuallo: quippe cum prese ferat/ nõ tam ꝙ uiuat q̃ ꝙ melli sit. Sed iam satis est. Frustra enim probam mercem laudibus oneraueris: cum uulgo quoq; iactatum sit. Vino uendibili suspensa hedera nihil opus esse. Vale.

### Eiusdem Tetrastychon.

Qui fueras imo Suetõni interprete clarus
Nunc alio longe clarior/ ecce nites.
Ille tuos aperit sensus breuitate Laconum
Hic uelut effuso flumine cuncta rigat.

### Registrũm huius operis.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.u.x.y.z.&.ꝓ.ꝶ.
aa.bb.cc.dd.ee.ff.gg.hh.ii.kk.ll.mm.nn.oo.pp.qq.rr.ss.tt.uu.xx.yy.zz.
&&.ꝓꝓ.ꝶꝶ. aaa.bbb.ccc. Omnes sunt terni.

FINIS.

Impressum Parrhisiis/ opera cumprimis honesti uiri Magistri Ioannis Philippi: ære uero necnon impensis integerrimorum Bibliopolarum Lodouici Hornken & Godofredi Hittorpii. M.D.XII.

Accipe & hunc: Lector candide: indicē dictionum selectio
rum tanq̄ scopum rectissimū: ad quem inquirendi ani=
mi propositum certissime fixeris. Verum quia no=
bis idem usu uenire potuit quod & ceteris: qui
in hoc genere laborem suum impenderunt:
sepicule accidit. Quis eni Lynce⁹ adeo/
sempq̄ tā acutū uiderit? Spero tamen
nobis hanc ueniam/ quē & plusculi
licet uix equiore iure cōsecuti sunt/
nō incōmode dari posse. Quod
si equi iudicis mentem erga nos
susceperis: credo facile nobis
hoc grecanicū σκαρδαμυ=
κτειν cōcesseris. Benigni
nanq̄ lectoris ē minutula
queq̄/ que etiā nolēti=
bus nobis occurrūt/
equo aio/ & quod
aiūt/ susq̄ deq̄
ferre. Vale.




Parrhisiis Anno domini. 1 5 1 2



In.xii.Cæsarũ cõmẽtarios.C.Suetonii Trãquilli uocabulorũ Index.

In.xii. Cæsarũ cõmẽtarios. C. Suetonii Trãquilli uocabulorũ Index.

Finis tabule.

Hec paucula (ut fit) librariorum In curia errata obrepserunt. Fo. 334.

In Elogio nonaꝫ pro nona.
Item Anthorum pro Authorum
Item uiuat pro iuuat.
In carmine, imo pro uno.